

Digitized by Google

4° [illegible]. 79.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ironica.

R

Tithmarus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Irenica.

R

Pithmarus

Digitized by Google

Digitized by Google

Specimen Codicis Dresdensis.

Initium codicis Dresdensis.

nomine· posteriaui· mese. idē mediā regionis
nuncupabant eā: l a quadā uirgine· sic dicta. Qui
uero eiusdē principes uelque eorunde fuerunt
uirtutes ante xpi incarnationē. uel post. quia an
tiquo sagaci memoria. certū dare nequeo· nec
pscripta inuenio· ne mendax inueniar. prorsus
omitto· db heinrico sumat exordiū· quip̄ dicte
ciuitatis adptinentia multos iustē respicientia
uniuit· maioraq his multū suauirtute & indus
tria subegit. Hic nobilissimā ottonis & hathui

Scō petro WERNherus epis f. 9.

Scō petro in Merseb̄g Werner' Eps f. 10.

Scō pet' i mseb̄g Wner' eps fundator loci. f. 124 b.

Digitized by Google

DITHMARI

EPISCOPI MERSEBVRGENSIS

CHRONICON

AD FIDEM CODICIS

QVI

IN TABVLARIO REGIO DRESDAE

SERVATVR

DENVO RECENSVIT

I. F. VRSINI, I. F. A. KINDERLINGII ET A. C. WEDEKINDI

PASSIM ET SVAS

ADIECIT NOTAS

IOAN. AVGVSTIN. WAGNER

CONRECT. GYMNAS. MERSEB.


CVM SPECIMINE SCRIPTVRAE CODICIS DRESD.

NORIMBERGAE

SVMTIBVS I. L. S. LECHNERI

MDCCCVII.

Digitized by Google



Digitized by Google

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO

REGI SAXONIAE

REL. REL. REL.

DITHMARVM

NOVA HAC SPECIE INDVTVM

DEMISISSIME OFFERRE

SEQVE EVMQVE IN CLIENTELAM

SVBIECTISSIME COMMENDARE

AVSVS EST

IOANNES LEONARDVS SIXTVS LECHNER

BIBLIOPOLA NORIMBERGENSIS.

Digitized by Google

Haud inutilem in edita Dresdae MDCCXC. Dithmari, Merseburgensis Episcopi, versione Germanica collocaverat operam I. F. VRSINVS, adiectoque Commentario maiorem, quam pro homine rusticano multae lectionis industriam aequis iudicibus probaverat quidem, nec defuere tamen, qui publice privatimque melius eundem arbitrarentur facturum fuisse, si Dresdensis, cuius ipsi copia facta indulgentissime esset, Codicis ope textum Latinum dedisset castigatiorem. Quibus monitis obtemperans ultimis vitae annis totus in eo fuit, ut textum Latinum ex memorati Codicis fide emendatiorem redderet, Commentarioque vel adderet, vel demeret, sua haud raro vineta caederet, Annalistam inprimis Saxonem crebrius, quam antea, consuleret, temporumque notationem adscriberet margini. Sic profligatum opus morti vicinus adfinitatis iure demandare voluit mihi, quem nosset et ipsum Dithmari ita amantem

esse,

Digitized by Google

esse, ut, si quid ad eum ornandum faceret, hic loci sedulo conquirerem.

Quamquam vero, quod ipsum Dithmari textum iuvare possit, nihil in tabulariis vel bibliothecis nostris servetur, nova tamen, dum in quaerendo operis redemtore morae traherentur, adfulgere lux coepit Episcopo nostro. Vir enim Summe Reverendus atque Generosissimus, ADOLPHVS AVGVSTVS DE BERBISSDORF, S. R. Capituli Merseburgensis Decanus, primus episcopatus Consiliarius, Consistorii et nostri et Lipsiensis Director gravissimus, cuius eximias laudes Ego quidem celebrare non sustineo, earum tamen unicum idque luculentissimum documentum adferre sat est hoc, ut a Serenissimo Patre Patriae, FRIDERICO AVGVSTO, Amicisque Eius tali Principe dignis quidquid petat, facile impetret — hic igitur (quem Deus diu servet!!) vir praestantissimus impetravit et hoc, ut Codicem Dithmari, qui in tabulario interiori Dresdae servatur, per aliquot menses haberet secum.

Ita vero accidit, ut Codex iste in eas manus perveniret, quae eum dexterrime possent tractare: nam in ceteris laudibus Viri ornatissimi ii, quibus propius eum nosse contigit, norunt et hanc, ut, uti in omni historia, subsidiariisque eius disciplinis, ita in re inprimis diplomatica, librisque chartisve antiquis legendis versatissimus sit. Qui, quum suspicatus fuisset, fieri tamen forsan potuisse, ut, qui Codicem antea contulissent, non recte ubique viderint, mox, non omnino falsum in eo sese fuisse animadvertit; me vero, concessa benevole Codicis copia, meliorum testem lectionum esse voluit. Sic sociata opera pristinam sanitatem

Digitized by Google

tem multis locis restitutam esse Episcopo, pluribus adlatis exemplis demonstravi in *Allgem. Literar. Anzeiger* 1801. n. 77. veriorem autem lectionem, suo quamque loco ita recepi in contextum, ut tamen diu temere propagatae lectioni locum in notis adsignarem.

Ex eo igitur, quale Codici Dresdensi pretium statuendum sit, facile intelligitur. Quamquam enim ipsum Dithmari autographum esse vix crediderim, omnium tamen, quos nunc novimus, antiquissimum, eodemque, quo Dithmarus vixit, seculo exaratum esse cum ipsa scriptura docet, tum *Werneri* manus Episcopi, qui sub finem seculi undecimi ecclesiae praefuit nostrae, Codicemque, uti ego quidem coniicio, in privatos usus descriptum Abbatiae S. Petri in suburbio nostro, Altenburg dicto, a se fundatae morti propinquus in sui memoriam reliquerat; ipsum enim Dithmari autographon, quod bibliothecae Capituli erat, Wernerum donare nec voluisse, nec potuisse putaverim. Dolendum tamen, hoc donum a monachis ita negligenter habitum, ut ἀκέφαλον sit, ut totus quaternio perierit, ut exterior margo aliquando laesus inveniatur, quae omnia tamen ex Codice Antverpiensi in hac nostra editione restituimus. Ceterum non eadem ubique manus, maioribus maximam partem, quales in adiecto scripturae specimine conspiciuntur, in medio minoribus etiam literis, et satis eleganter exaratus est, a scriba tamen Latinae linguae non satis perito, qui verba dictando praeeuntis non semper recte reddidit: scripsit enim aliquoties pro *egregius* — *egreius*, pro *scelus* — *zelus*, porro spatium inter literas vel tenue, vel nullum reliquit, ideoque duo verba in unum conflavit, compendiis etiam scribendi usus est crebro, quae dubiam aliquando

lectio-

lectionem reddant, sed facile expediuntur diligenter et uno tenore legenti. Adiecta denique alia manu, ea tamen prisca, eiusdemque aetatis, nonnulla, fortasse ex ipso autographo, quae non sprevi quidem, uncinis tamen includi iussi, et de singulis notula subiecta monui.

Quo terrarum vero abierit ipsius Dithmari liber authenticus, equidem fateor me ignorare. Fama, per aliquot secula ad nos propagata est, *Sigismundum de Lindenau*, Decanum, postea Episcopum († 1544) librum ad aliquod tempus legendum concessisse amico, qui tamen nunquam reddiderit. Extitere quidem, qui Moguntiam istum Codicem migrasse putarent, quam opinionem tamen vanitatis convincere duobus argumentis possum: uno, quod in schedis Vrsinianis Reverendiss. Episcopum suffraganeum *Würdtwein* inveni Ill. *Adelungio* confirmasse, Codicem aliquem Dithmari nec in tabulario, nec in bibliotheca Electorali Moguntia adesse, vel unquam adfuisse; altero, quod *Ge. Forsterus* literis Cal. Martiis MDCCXCI. Moguntia datis testatur, nec in bibliotheca Vniversitatis, cuius ipsi cura demandata sit, nec in tabulariis manu exaratum Dithmarum inveniri. Nulli profecto operae pepercit Vrsinus meus, ut, quibuscum literarum ipsi commercium intercederet, viros eruditos de investigando aliquo sollicitaret Codice. Sic, quem iisdem precibus adierat, Cel. Pragensium Professor *Pelzelius*, nec Viennae, nec Lembergae, nec Olomucii, nec in omni Bohemia sua Dithmarum servari significavit, nisi quod in bibliotheca Vniversit. Vindobonensis inter alia, uno volumine comprehensa historica excerpta etiam aliquot foliorum e Dithmaro exstet particula. Ipse igitur ego, cum illustrem olim *Denisium*, bibliothecae Imperialis Praefectum, quem

Digitized by Google

quem in Alciphrone meo facillimum eram expertus, de ea re consuluissem, hoc tuli responsum, nec pro certo hoc affirmare se, nec negare velle, cum Vniversitas Viennensis opum suarum nondum habeat indices accuratos, in scidula tamen seorsim adscripserat, aliud eiusmodi fragmentum adesse in monasterio Benedictinor. *Raygen* prope Bruennam, inter MSS. ab Abbate *Bonav. Pitter* relictos.

Quae porro per Zittaviensis olim Gymnasii Directorem, *Dan. Richterum*, fama divulgata esset, de speranda per *Io. Ge. Eccardum* e Msto bibliothecae S. Germani Parisiis nova Dithmari editione, ea praefectis istius bibliothecae ante triginta, et quod excurrit, annos consultis, inanis reperta est. Paucissima omnino exemplaria Chronici nostri olim extitisse, vel ex eo potest colligi, quod *Trithemius*, Abbas Hirsaugiensis, bibliothecarum suae aetatis indagator sagacissimus, nusquam eius mentionem fecerit. Nec tamen spem omnem abiicio, fore, ut inter libros e monasteriorum tenebris protractos, quorum non acervi, sed montes congesti Parisiis, Monachiique quiescunt, pulvere absterso Dithmarus aliquando inveniatur.

Vti nunc est, non habemus, nisi Bruxellensem, Leibnitio olim a *Dan. Papebrochio* Antverpia missum, et Dresdensem. Ille, ubi nunc lateat, non constat, plures tamen, ut denuo consuleretur, optarunt, Leibnitium quippe, vel cui conferendi negotium demandaverat, suspicati non satis diligenter ubique versatum. *Ianningius* certe in Actis Sanctorum Iun. T. VI. P. I. p. 38. in una Leibnitii pagina 335. viginti et plures a Codice Antverpiensi discrepantes inveniri lectiones adfirmat.

Digitized by Google

vid. *Kinderling* Literar. Anz. 1801. n. 11. p. 97. Habet etiam nonnulla, quae episcopi nostri vix esse possint, librariusque quaedam addidit de Corbeia, Dithmari aetate adeo recentiora. v. Vrsinum p. 13. not. 62. p. 208. 245. Aestimandus tamen maximopere eo, quod lacunas Dresdensis expleat. Vtrumque igitur et Bruxellensem et Dresdensem in unum quasi conflavimus, ita tamen, ut in notis subiectis, quid cuiusque proprium esset, indicaremus, historiae amantibus haud iniucundum fore sperantes, quod insertum maiori cariorique Leibnitiano operi Dithmarum longe viliori pretio sibi comparare, eundemque Dresdensi pleniorem atque integriorem legere possint.

Hactenus de contextu. Restat, ut de Commentario addito dicamus pauca. Vix enim, prodituruum, si Sosiis nostris placeret, Dithmarum latinum, adnuntiaveram, quum symbolas largas ad emendandum eum illustrandumque conferrent Duumviri, historiae medii aevi peritissimi. Et primo quidem plurimum reverendus *Io. Frid. Aug. Kinderling*, V. D. M. Calbae ad Salam, vere polyhistor, auctor libri laudatissimi: *Geschichte der Nieder-Sächsischen oder sogenannten Plattdeutschen Sprache, Magdeburg* 1800. ephemeridibus a *Rochio* per aliquot annos editis: *Allgem. Litt. Anz.* 1800. n. 178. et 1801. n. 11. notas quasdam inseruerat, deinde vero uberiores transmisit, quas tamen ad libros tantum quatuor priores pertinere mecum dolebunt omnes. — Alter, de episcopo nostro optime meritus, *Ant. Christ. Wedekind*, ICtus Lueneburgensis, qui, ne quid dicam de aliis in publicum emissis scriptis, ediderat 1799. *Necrologium des Klosters S. Michaelis in Lueneburg. Ein Probedruck*, S. 18. 4. cuius libelli tamen nonnisi centum

exem-

Digitized by Google

exemplaria typis expressa sunt. Haud levis vero momenti hocce necrologium est, quod Abbas monasterii S. Michaelis *Riddagus* († 1026.) eadem, qua Dithmarus, aetate vixit, eiusque, fratrisque Sigfridi, Episcopi Monasteriensis, praeceptor fuit; quo factum, ut tum Dithmari cognatorum, tum aliarum in Chronico nostro occurrentium personarum memoria ibi servaretur. Quae igitur ad Dithmarum nostrum illustrandum facerent, accuratissime enotavit Wedekindi diligentia, attulitque haud pauca, quae et Chronologiae et Genealogiae medii aevi novam affundant lucem.

Nec praeterire silentio fas sit quasdam *Alphonsi de Vignoles* notulas, quas, cum in bibliotheca viri, dum viveret, ornatissimi, interioribus rei bellicae consiliis Dresdae adhibiti *de Ponikau*, inter plures historiae Saxonicae divitias adesse comperisset Vrsinus, modeste petiit, ut sibi earum copia fieret. Humanissime respondit vir egregius, consilia dedit de recte adornanda Dithmari editione saluberrima, Vignolii tamen schedulas cum aliis Academiae Vitebergensi donatis iamiam convasatas esse doluit. Ego vero ante aliquot annos eam ob causam et meritis et annis venerabilem adii *Schröckhium*, eumque ita habui facilem, ut amicissime Facultatis philos. Adiuncto *Manitio* exscribendas illas schedulas concederet. Quum vero plurima iam in editione Leibnitiana occupata deprehenderem, paucula tantum, quae e re mea essent, exscripsi. v. p. 4. not. 12. p. 220. not. 43. p. 233. not. 51. p. 239. not. 60. p. 240. not. 66.

b 2 Indices,

Digitized by Google

Indices, historicum et geographicum, haud iniucundos fore historiae amantibus spero, in quibus ita versatus sum, ut, quae Vrsinus aliquando, in *Henricis* praesertim, cuius nominis plures vel principes, vel privati in Dithmaro obvii, turbasset, emendarem, in geographicis etiam quaedam corrigerem. Denique interiori margini paginas Leibnitianae editionis apponere typothetas iussi. Omnino vero operae me meae nunquam poenitebit, si non ingenii quidem, sed oculorum tamen in conferendo Codice Dresdensi recte videntium, manuumque in Commentariis conscribillandis agilium laudes tulerim. Scr. Merseburgi a. d. XII. Dec. MDCCCVI.

Tamen

Digitized by Google

Namen der Herren Subscribenten.

Altdorf.

Universitäts-Bibliothek.

Bamberg.

Herr *Göbhardt*, Buchhändler.

Dresden.

Churfürstliche Bibliothek.
Herr *Schneider*, Vice-Landrentmeister.

Eisenach.

Herzogliche Bibliothek.

Erlangen.

Universitäts-Bibliothek.

Frankfurth.

Andräische Buchhandlung.

Friedersdorf.

Herr *Otto*, Pfarrer.

Giesen.

Herr *Tasche* und *Müller*, Buchhändler.

Halle.

Universitäts-Bibliothek.
Herr *Elste*, Doctor der Philosophie. (2 Exemplar.)
Herr *Evers*, Doctor der Philosophie.
Herr *von der Ohlen* und *Adlerscron*.
Herr Doctor *Schwedler*.
Herr *Voigtel*, Professor.

Leipzig.

Herr *Arndt*, Professor.
Herr D. *Bauer*, Ordinarius, auch Domherr zu Merseburg.
Herr *Diemer*, Privatlehrer der Rechte und Oberhofgerichts-Advocat.
Herr D. *Eberhard*, (2 Exemplar.)
Herr D. *Haubold*, Professor.
Herr D. *Koch*, Proconsul.
Herr D. *Rau*, Professor, auch Domherr zu Merseburg.
Herr D. *Stockmann*, Professor.

Meissen.

Herr D. *Hofmann*, Stifts-Syndicus.
Herr Freyherr *von Odeleben* auf Riesa.
Herr *Schumann*, Schul-Amtmann.
Herr M. *Thalwitzer*, Diaconus zu St. Afra.
Herr M. *Tzschucke*, Rector der Churfürstl. Landschule.

Merseburg (und Umgebungen).

Herr *von Alvensleben*, Domherr und Stiftsrath.
Herr M. *Baumbach*, Past. in Clobica.
Herr D. *Baumgarten-Crusius*, Consistorial-Assessor und Stifts-Superintendent.
Herr *von Berbisdorf*, Dom-Dechant und Consist. Präsident.
Herr Domherr *von Bodenhausen*.

Herr

Digitized by Google

Herr D. *Böschen*, Amtmann in Lützen.
Herr *von Brandenstein*, Domherr.
Herr *von Britzke*, Domherr.
Herr *von Carlowitz*, Domherr.
Herr *von Ende*, Kammerrath, auch Vice-Oberhofrichter zu Leipzig.
Herr *Frank*, Regier. und Consistorial-Rath.
Herr *Heimbach*, Regier. Secretair.
Herr *von Helldorf*, Stifts-Hauptmann, auf Bedra u. s. w.
Herr M. *Hennicke*, Rector.
Herr *Heydenreich*, Consist. Assessor und Pastor zu St. Maximi.
Herr Graf *von Hohenthal* auf Dölka, Amtshauptmann.
Herr Graf *von Hohenthal* auf Hohenprieswitz.
Herr *Just*, Regier. Secretair und Protonotar. Consistorii.
Herr *Ködel*, Past. in Bündorf.
Herr *Manitius*, Lehn-Secretair.
Herr *Rinkleben*, Vice-Actuar in Lützen.
Herr *Schmidt*, Stifts-Syndicus.
Herr Graf *von der Schulenburg*, Domherr.
Schulbibliothek.
Herr *Segnitz*, Domkämmerer.
Herr *Semler*, Gerichts-Dir. in Bedra.
Herr M. *Wagner*, Past. in Schkeitbar.
Herr Freyherr *von Werthern*, Domherr.
Herr Domherr *von Wolfersdorf*.
Herr *Zahn*, Prediger in Delitz.

Naumburg.

Herr *Lepsius*, Rathsassessor und Rechtsconsulent.

Nürnberg.

von Ebneritsche Bibliothek.
Herr *Kiefhaber*, Registrator und Bibliothekar.

Roßleben.

Herr *Hennicke*, Pastor.
Schulbibliothek.

Strasburg.

Herr *König*, Buchhändler.

Tennstädt.

Herr *Just*, Kreis-Amtmann.

Weimar.

Herzogl. Bibliothek.
Herr *von Breitenbauch*, Kammer-Rath, auf Bucha.
Herr *Lauhn*, Regier. Rath.
Herr *von Vogt*, Geh. Rath.

Wirzburg.

Herr *Stahel*, Buchhändler.

Zeitz.

Herr M. *Müller*, Rector.
Stiftsbibliothek.

Zerbst.

Herr *von Bennigsen*, Kön. Preuss. Land-Rath.
Herr *Stenzel*, Conrector.

Digitized by Google

P r o l o g u s *)

Venerabilis Domini Dithmari Epiſcopi Mersburgenſis in Geſta Saxonum, ad fratrem eius germanum, abbatem Coenobii Bergenſis prope Magdeburgum.

„ Coniunctum dulci fraterni iuris amore
„ Et mihi dilectum ſupplex rogo te Sigefridum
„ Nunc ego Dithmarus: videas mea ſcripta benigne,
„ Quae placeant addens, et quaeque ſuperflua tollens.
„ Haec non ornatu ſplendent dictaminis ullo,
„ Sed tantum plano percurrunt ordine campo
„ Saxoniae Regum vitam moresque piorum.
„ Quorum temporibus regnum velut ardua cedrus
„ Enituit noſtrum longe lateque timendum.
„ Dicunt eccleſiae ſtructuram damnaque noſtrae
„ Eius laetificos, in quis reparatur, et annos,
„ At proviſores eiusdem tum ſimul omnes.
„ Non adſcribatur mihi, ſi quid in hoc variatur
„ Libro, vel deſit, teſtis cum parvulus adſit.
„ Naevos inſcitia natos, cariſſime, muta,
„ Credens quod nunquam cepiſſem ſcribere quicquam
„ Ni quod praefatus tibi ſum, foret. Ergo benignus
„ Tales funde preces mecum de corde gementi:
„ Chriſte, decus regum, moderator et imperiorum,
„ Propiciare tuo cum commiſſis ſibi regno,

Ut

*) Hic qui primo libro totique adeo operi praemiſſus erat excideratque prologus, nunc ex Codice Mſpto Antwerpienſi ſive Bruxellenſi reſtitutus eſt a Leibnitio Tom. I. Script. Rer. Brunsvic. p. 323 ſq.

A

Digitized by Google

„ Ut tibi, non nobis, ſolvatur gloria laudis,
„ Et non externis tuis unquam ſubſtet ovilis.
„ O! vos chriſticolae, cordis nunc voce rogate,
„ Maieſtas Domini quo dignetur miſereri,
„ Ne mala nos ſtringant, quae multa meremur, et angant,
„ Certa futurorum quae vox ventura bonorum
„ Praedixit noſtris in temporibus manifeſtis,
„ Proh dolor! in multis, manifeſtandisque profecto.
„ Et quicunque meam debes curare cathedram,
„ Hanc lege ſcripturam, ſtudioſus amato puſillam,
„ Quae ſtrictim pandit, quae plurima mens tua poſcit.
„ Vincit mortales florens dictatus et omnes.
„ Quod nunc eſt paſſim diſperſum, collige ſenſim.
„ Non ſervi famae, ſed vitae dona ſuperne
„ Ut capias, vigila, merearis ut hancque labora.
„ Sis memor, oro, mei, qui crimina multa peregi,
„ Praedeceſſorum deterrimus ecce! meorum.
„ Me tibi committo, veniam petito mihi quaeſo.
„ Chronica Dithmari ſe poſcunt, lector, amari,
„ Uſibus aſſiduis excludunt triſtia mentis,
„ Ludis et variis eadem praeponito vanis.
„ Sis iuſtos laudans, pro peccatoribus orans.

Inci-

Digitized by Google

[library stamp, illegible]

Incipit

Chronici Dithmari

Episcopi Merseburgensis

Liber Primus.

Leibnitz 324 „Mens est omnibus 1) aliqua proficuitate cluentibus in praesenti et in futuro sibi „proficere, commissasque sibi res, ut potis est, vel solers fiducia sinit, propagare, vi„ventique semper memoriae commendare. Quocirca ego Dithmarus non solum hono„ris, verum etiam nominis indignus episcopalis, Merseburgensis seriem civitatis olim „longe lateque cluentem, nunc autem oblivionis senio caligantem fervens retegere, „admodum vereor fumum ex fulgore inscitia producere et ut imus faber infelici sum„ma operis deficere. Sed suppetente cuiquam bona voluntate, et ut beatus fatetur „Gregorius, Christo ad hoc adspirante, incipio, ac non ignotae ejusdem clementiae, „qualiter vel scriptura haec, vel etiam omnis praefatae urbis summa concludatur, sup„plex committo.

„Huius a primo fundamentum et cum terra super aedificationem Romulea ex „gente, quae Julium Caesarem Pompeii generum est huc olim secuta, in omnibus „potentem et utrisque 2) viribus praeclunm incepisse, lector diligens, accipe." Et quia „tunc haec fuit apta bellis et in omnibus semper triumphalis, antiquo more Martis „signata est" nomine 3). Posteri autem *Mese*, id est 4) mediam regionis, nuncupabant eam, vel a quadam virgine sic dicta. Qui vero eiusdem principes, vel quae eorundem virtutes fuerint, ante Christi incarnationem vel post, quia antiquorum sagaci memoria certum indagare nequeo, nec perscripta invenio, ne mendax inveniar, prorsus omitto. Ab *Heinrico* sumatur exordium, qui praedictae civitatis adpertinentia multorum ius tunc respicientia univit, maioraque his multum sua virtute et industria subegit.

1) *Mens est omnibus.* Haec, et quae sequuntur usque ad verba: *Martis signata est*, e Cod. Bruxellensi desumta sunt in edit. Leibnit. p. 324. *Vrs.*

2) *utrisque.* Leibn. lectionem *utriusque* notat, sed lectio *utrisque* non est sollicitanda. Ditmarus vult, Jul. Caesarem utrisque viribus seu artibus, sc. belli et pacis, sive domi forisque celebrem fuisse. *Praeclnus* pro inclytus, celebris, vox est mediae Latinitatis, quae tamen raro occurrit. Arnulfus, Dux Bav. infra p. 329. (Leibn.) praeclnus dicitur. *Kind.*

3) *nomine.* Hac ipsa voce orditur Codex Dresdensis, primis duobus foliis truncatus. *Vrs.*

4) *id est.* Sic Cod. Brux. Recte. Nec aliter Cod. Dr. quamquam compendio scribendi sic: *idt*, quod aliis tamen etiam locis significat: *id est.* Cf. inprimis p. 409. Leibn. med. ubi post verbum *Arctos*, et post *arcturis duabus*, idem scribendi compendium voculae *est* occurrit. Non erat igitur, quod Vrs. reciperet *idem*, quod vix admittit sensum. *Wa.*

Digitized by Google

egit. Hic nobilissimo *Ottonis* et *Hathui* stemmate editus 5), ut arbor occulta exerevit
An. 908. A. S. a puero, et ut bonae indolis gradatim enituit tyro, sicut flos in vere novo. Isque a patre suo in provinciam, quam nos teutonice *Delemenci* 6) vocamus, Sclavi autem *Glomaci* 7) appellant, cum magno exercitu missus, devastata eadem multum atque incensa, victor rediit. Sed qualiter pagus iste nomine hoc signaretur, edicam 8).

Glomuzi est fons non plus ab Albia quam duo miliaria positus, qui unam de se paludem generans, mira, ut incolae pro vero asserunt, oculisque approbatum a multis saepe, operatur. Cum bona pax indigenis profutura suumque haec terra non mentitur fructum, id est tritico et avena ac glandine refertus, laetos vicinorum ad se crebro confluentium efficit animos. Quando autem saeva belli tempestas ingruerit, sanguine et cinere certum futuri exitus indicium praemonstrat. Hunc omnis incola plus quam ecclesias, spe quamvis dubia, veneratur et timet. Et haec provincia ab Albia usque in *Caminizi* fluvium porrecta, vocabulum ab eo 9) trahit derivatum. Sed non longe a praedicto amne in pago *Chutizi* dicto, *Arnus* episcopus sanctae Virciburgiensis ecclesiae VIIII. ab expeditione Boemiorum reversus et iuxta plateam 10) in parte septentrionali, fixo super unum collem suimet tentorio, cum missam caneret, hostili circumvallatus agmine, praemissisque omnibus per martirium 11), suimet consociis semet-
A. 892. ipsum obtulit Deo Patri cum oblationibus consecratis in sacrificium laudis, (DCCCXCII. 12) dominicae incarnationis anno temporibus Arnulfi Imperatoris, ubi hodie saepe accensa videntur luminaria: et sanctos Dei martires hos esse, nec Sclavi dubitant. Praedictus antistes in diebus officii suimet in urbe Uvirciburgiensi unum Domino tem-

5) *editus.* Cod. Brux. *ortus.*

6) *Delemenci.* Daleminci habitabant in parte Misniae hodiernae. v. not. ad vers. German. *Vrs.*

7) *Glomaci.* Non constat sibi in hac voce Cod. Dresd. Paullo post *Glomuzi*, Lib. V. p. 373. (Leibn.) autem *Zlumizi.* Ceterum eadem refert de hac regione, hodie *Lommatscher Pflege.* Annal. Saxo p. 238. *Wa.*

8) *edicam.* Non erat, quod Reineccius haec omitteret, et huic loco exiguam lacunam inesse contenderet. Plane et aperte ita in Codd. etiam leguntur. *Vrs.*

9) *ab eo.* scil. fonte. cf. Annal. Sax. *Vrs.* Qui sequitur, numerus VIIII. in Cod. Dresd. recentiori manu superscriptus est. *Wa.*

10) *iuxta plateam.* In Cod. legitur *iuxta Plat.* quod nomen aliquod proprium videri possit; sed secunda manus adscripsit: *atam*, (aream?) et Annal. Saxo. ad an. 908. p. 238. etiam *iuxta plateam* habet. Est igitur: ad viam publicam. *Vrs.*

11) *per martirium.* Scriba Cod. Dr. compendio literarum usus erat admodum obscuro et detrito, manus tamen secunda, eaque eiusdem aetatis, veram, quam dedimus, lectionem restituit, quam editiones omnes praeferunt, quaeque Annalistae Sax. auctoritate firmatur. *Wa.*

12) DCCCXCII. usque ad *Imperatoris.* Haec temporis notatio serius, a vetustiori tamen manu textui adiecta est, cui conveniunt Annales Hildesheim. ap. Leibnit. T. I. p. 717. et Andr. Brunneri Annal. Boic. ap. Bucellinum p. 56. *Vrs.* Bruschius 891. 13. Jul. Chronogr. Saxo, Conr. Vrsperg. et Alb. Stad. 889. Sed pro Ditmaro stant Continuator Rheginonis et Lamb. Schafnab. *de Vignoles.*

Digitized by Google

templum, et in epiſcopatu ſuo ad inſtar eiusdem eccleſias VIIII. in X. annis fecit. Et cum maximam harum is benediceret, et cum reliquiae Chriſti martyris, *Kiliani*, (qui de Scottis huc veniens, Chriſtum *Gozberto* duci et *Geilan* uxori eius, caeterisque An. 689. conprovincialibus primo praedicavit, et inſtinctu ſecundae Herodiadis cum ſociis ſuimet, Bucellini Annal. *Colomanno* et *Totmanno*, ibi martyrizatus eſt,) circumferrentur, dominus per eum Germ. LXX. operatus eſt miracula, et magiſter coquorum hoc videns ſuos ſic hortatur diſcipulos: *Nolite*, inquiens, *tardare, ſed quae vobis ſunt credita, diligenter et ſine mora operamini, dominus enim noſter Kilianus inclita ex ſe nunc agit ſigna absque omni mora.* Quantae autem virtutis ſupra memoratus praeſul fuiſſet, ſtylo comprehendere nequaquam ſufficio; ſed hunc apud Deum magni eſſe meriti, ex corde credo.

Interim cuiusdam matronae famam, quae *Hatheburck* dicebatur, Heinricus comperiens, qualiter eam ſibi ſociaret, juvenili exarſit amore. An. 911. A. S. Haec erat filia *Eruini* ſenioris, qui in urbe praedicta, quam *antiquam civitatem* 13) nominamus, maximam
325 tenuit partem, et quia is filium non habuit, geminis filiabus ſuis, e medio decedens, reliquit. 14) Ob huius pulchritudinem et haereditatis divitiarumque utilitatem, internuncios Heinricus quam propere miſit, et quamvis hanc eſſe viduam ſciret velatam, ſuae tamen ut ſatisfaceret voluntati, eam fide promiſſa petivit. Tunc illa multorum precibus et conſilio devicta, comitatur, et honorifice ſuscepta, ac karitative a ſuis, ut decuit, eſt habita. Nuptiis ex more peractis ſponſus cum contectali ad Merſeburch venit, omnesque convocans vicinos, quia vir fuit inluſtris, tanta familiaritate ſibi adiunxit, ut quaſi amicum diligerent, et ut dominum honorarent. Ea tempeſtate *Conradus* Francorum quondam Dux egregius, et tunc *Luthuuuici* ſucceſſor pueri, arcem tenebat regni 15), quem ob meritum ſui Otto praedictus ab omnibus regni principibus in regem electus, ſibi quaſi ad hoc indigno praepoſuit, ſeque cum filiis fidei ſuae ac poteſtati ſubdiderat. Spiritualis autem pater et paſtor Orientalium tunc fuit *Sigimundus* ſanctae Haluerſtidenſis eccleſiae praeſul egregius, vir ingenioſus, omnigenarumque, quae ſpiritualia vel etiam carnalia 16) reſpicit, artium ſcientia, omnes ſuimet contemporales praecellens. Hic pietate maxima, et quod ſummum eſt perfectionis culmen, Chriſti zelo fervens, ut perpetrati facinus connubii primo audivit, ovium culpam ſuarum ingemuit, et aliquam inter ſe fieri amplius commixtionem per internuncium, et per

13) *antiquam civitatem.* Videtur Alſtedium in Thuringia intelligere. Sic Kinderl. praeeuntibus Leukfeldio et Mascovio. Sed ſi verum eſt, quod adſcriptum legitur in Cod. Dr. margine, *Eruinum* fuiſſe, Comitem Merſeburgenſem, *antiqua* illa *civitas* Merſeburgum ipſum ſit neceſſe eſt. Recte igitur in margine Cod. Dr. *Aldenburg*, quo nomine etiamnunc venit ſuburbium civitatis noſtrae. *Wa.*

14) *reliquit.* addit Cod. Brux. *hereditatem magnam.* *Vrs.*

15) *arcem tenebat magni.* Quid ſignificent haec, oſtendunt Acta Academ. Theodoro-Palatinae T. III. p. 389. *Vrs.*

16) *carnalia.* Cod. Brux. ad ſenſum facilius: *ſpiritualium vel etiam carnalium.* Lectio tamen Cod. Dr. ferri etiam poteſt, ſi *reſpicit* iungas verbo *ſcientia.* *Wa.*

Digitized by Google

An. 912. A. S. per epiſtolam banno apoſtolicae autoritatis interdicens 17), ad condictam ambos ſynodum vocavit. Heinricus tali rumore turbatus ad Imperatorem properavit, omnemque indicens ei rem ordine, auxilium eius petivit, et quia familiaris ei fuit, et patris commiſſo 18), ac fideli ſervitio impetravit. Nam legato ad antiſtitem concite 19) directo, ut vinctos ſolveret, et ad ſuimet praeſentiam differre voluiſſet, poſtulavit. Poſt haec
An. 912. A. S. Ottone II. Kl. Decemb. 20) carnis univerſae viam intrante, ſaepe memoratus iuvenis in vacuum ſuccedens, haereditatem iure 21), et maximam beneficii partem gratuito regis ſuſcepit ex munere, et quod ei defuit, cum ſuis omnibus aegre tulit, ac poſtea ſicut cum tritico lolium, ſic ex eo latentis odii ſilex excrevit. 22) Quod rex caute conſiderans, ut ignotum diſſimulat, et quem vi aliqua ſuperare non praeſumſit, nota
An. 906. A. S. *Hathonis* verſutia archipraeſulis 23), qua et anteceſſor ſuus *Aethelbertum* comitem Tereti 24) capitis abſciſione devicit, et hunc decipere tentavit. Hoc conſilium Deus ſapiens infatuavit. Nam faber ille, qui iuſſu praeſulis torquem aureum, in quo Hein-
An. 914. ricus occidi deberet 25), mira arte praeparabat, cum ingemiſcenti ſenioris relatu, quo pacto haec fieri deberent, perquireret, opere ad ungvem perducto et praeſentato, clam poſtea evadens, obviam Ducem praedictum habuit, et cuncta ei ordine pandit. Qui rediens nuncium remiſit ad antiſtitem, qui occulta pateſceret, ſeque in ſui detrimentum celeriter invigilare pronunciaret. Quicquid enim ad epiſcopum in Saxonia vel Thuringia pertinuit, totum ſibi praecepit occupari: amicos regis partibus ex his
An. 914. A. S. omnino depraedatos expellens. Moxque morte repentina archipraeſul exſpirat hominem 26), et fortuna, quae hactenus regi feliciter aſpiravit, Heinrico quam propere ceſſit. Sed mihi ad alia properanti longum eſt enarrare, quoties congreſſi mutuo cederent 27), et quod 28) poſtremo bonorum inſtinctu in amicitiam convenirent.

Inter-

17) *Interdicens.* Minus recte Baronius T. X. Annal. n. 3. p. 790. haec ad annum 919. refert. *Vrs.*

18) *et commiſſo.* Cod. Br. ex patris commiſſo. *Vrs.*

19) *concite.* Sic vere Cod. Dr. pro ſtatim, illico. *Vrs.*

20) *II. Kl. Decemb.* Cod. Br. habet *pridie Kal. Decemb.* Rectius. *Vrs.*

21) *hereditatem iure.* Cod. Br. *hereditatis iura.*

22) *excrevit.* In margine Cod. Dr. notatur: Obitus patris Heinrici. Non omnia accepit Heinricus, inde infenſus Imperatori factus. *Vrs.*

23) *archipraeſulis* ſc. Moguntini. *Vrs.*

24) *Tereti.* In margine Cod. Dr. Athelbertus Comes Babebergenſis. — Tereti arx Rheginoni Teraſſa, al. Theres, Tharis. Hodie *Deres*, monaſterium ord. Benedicti in episcopatu Wirceburgenſi ſitum. Bucellini Germania ſacra P. II, p. 86. Annales Hildeshem. p. 717. decollationem Adelberti ad annum 907. referunt. *Vrs.*

25) *occidi deberet.* Leukfeld in Antt. Halberſt. p. 115. recte huic facto annum 914. adſignat. *Vrs.*

26) *exſpirat hominem.* Cod. Br. *omen et fortuna, quae hactenus regem feliciter aspiraverunt. Heinrico quam propere ceſſerunt.*

27) *cederent vel vincerent.* Cod. Br. *ſecederent vel vicerint.*

28) *et quod.* Cod. Br. quomodo.

Digitized by Google

Interea *Conradus* longa infirmitate detentus, et quia poſt inimicitias irae meminiſſe malorum eſt, totius contrarietatis, quae ſibi ex parte Heinrici provenerat, oblitus, fratri ſuo *Euerhardo*, populoque primario in unum collecto, conſilium hoc dedit, ſi quando naturae communi ſe concederet, ut eum 29) regni gubernaculo undique ſecus 30) aptum, eligeret, animamque ſuam cum reſidua conſanguineorum ac familiarium caterva firmae ſuimet ſidei committerent, et ad hoc ſine aliqua dilatione conſentirent. Hanc petitionem extremam cum magno luctu et gemitu ſuſcipientes et impleturos ſe vita comite promittentes, feſtino eius obitu in VIII. ordinationis ſuae anno XIIII. Kl. Novembris 31) proh dolor! completo, ac exequiis in *Uiliniburch* 32) peractis intererant 33), et concione in *Fridisleri* 34) celeriter poſita, Heinricum coronaverunt, et ſibi credita ſub Chriſti et totius eccleſiae teſtimonio fideli, non ſine lacrimis regi tunc et domino commendaverunt. Qui primo, ut decuit, divinae pietatis munus, poſt univerſalem tantae charitatis affectum, humili ſuſcipiens devotione, Deo gratias egit, ſeque ad haec et ad omnia, quae communi conſilio expetiſſent, ſe aſſenſurum promiſit. Epiſcopalis unctionem benedictionis a *Herigero* Archiepiſcopo exhibitam anteceſſorum more priorum, non deſideravit, nec ſuſcipere voluit, ſed prorſus ad hoc indignum ſe affirmavit. Attamen in hoc eum equidem peccaſſe vereor, quia in vita ſancti patris *Othelrici*, quem idem rex poſt ad ſacerdotalem promovit ordinem,

An. 919. A. S.

326

29) *ut eum.* In margine Cod. Dr. a manu antiqua *Heinricum*. Leibnit. in ipſo contexto. *Wa.*

30) *undique ſecus.* Poſteriorem voculam ignorat Leibnit. ſed ſaepius additur a Ditmaro. v. Ind. Latinit. *Wa.*

31) *Conradus* — XIIII. *Kl. Novembris.* In Necrologio S. Michaelis Luneburg. Mſto ad diem XIX. Octobr. itidem adſcriptus legitur: *Conradus rex.* Alia necrologia eundem diem non habent, immo vero, uti Chroniſtae, in XXII. Nov. et XXIII. Dec. ſolent diſcrepare. *Jo. Gottl. Krauſe* de *uſu diplomat.* ap. *Baring* p. 388. XIX. Octobris diem, quo regnare coeperit, fuiſſe exiſtimat. De quo die non minus, quam mortis anno uberius egit *Phil. Ern. Spieſs* in *Aufklär. in d. Geſchichte u. Diplomatik* S. 112–128. qui Conradum regem putat die XXII. Nov. 919. mortuum, et Weilburgi, non Fuldae ſepultum. De annis vero quanquam ſatis certi ſimus, quum diplomata Conradi, quae X. Nov. et IX. Sept. 919. praeferunt, habeamus, dies tamen ille etiam nunc in dubio eſt. Quid? ſi Dithmarus eum cum emortuali die *Conradi*, regis Burgundiae et Arelati confudiſſet? Huius vero regis mentionem ipſe facit p. 364. (Leibn.) ut avi *Henrici Sancti*, et teſtibus *Origg. Guelf.* T. II. p. 54. ſ. vere obiit XIV. *Kal. Nou.* (994.) Opinionem meam firmare videtur hoc, quod in Necrologio noſtro regis nomen *poſt* Abbatis Luneburgenſis *Brunonis* nomen conſignatum invenio, quem Abbatem *Catal. Abbat. ap. Leibnitium* III, 700. qua tamen fretus auctoritate, neſcio, anno 994. diem ſuum obiiſſe confirmat. *Wed.*

32) *Uilliniborch.* Reineccius, Maderus et Leibnitius (in contexto) habent *Limburg.* Cod. Brux. *Wiliniburg*, uti et Annal. Saxo p. 244. Witichindus Lib. I. Annal. p. 657. Chron. Abb. Vrſperg. p. 208. Rhegino Prum. Eſt autem urbs Naſſoviae, Weilburgum ad fl. Lanam. *Vrs.*

33) *intererant.* Cod. Br. *iterarant*, quod non contemnendum. Eſt enim *proficiſci*, *iter facere.* v. Ind. Latinit. Vox diſceſſere huic ſubſtituta a Reineccio et Madero in Codicibus non eſt. *Vrs.*

34) *Fridisleri.* Hodie *Fritzlar*, Haſſiacae ditionis oppidum. Plura de hoc comitiali negotio v. in Leukfeldii Antt. Halberſtad. p. 127. *Vrs.*

Digitized by Google

ordinem, legi, sanctam Christi martyrem *Affram* dilecto suimet praesuli multa in visu ostendisse. Inter quae duos enses, unum cum capula 35), aliumque sine ea, ac per eum Heinricum regem consecrationis expertem demonstrasse. Sed occulto hoc Dei iudicio relinquens amplius progrediar.

Fama novi regis undique secus dispersa, amicorum corda laetificat, rebelliumque contra moestificat, quia vir talis fuit, ut suos sciret sapienter tractare, inimicos autem
An. 911. A. S. callide viriliterque superare. Interea *Tammo* natus est, et mens regis ab amore uxoris decrescens, ob pulcritudinem et rem 36) cuiusdam virginis, nomine *Mathildis* 37), secreto flagravit. Iam iamque latentis animi fervor erupit, et iniusto se hactenus multum peccasse conubio tandem professus, per affines legatosque suos filiam *Theodrici* et *Reinildae* ex *Widikindi* regis 38) tribu exortam appellat 39), ut sibi voluisset satisfacere. Et quia flexibilis est mulieris animus, et quia sciebat eum in cunctis elegantem, consensit, coniunctaque ei tam in divinis, quam in humanis, profuit. 40). Quae tres filios congruo pariens in tempore, *Ottonem*, *Heinricum* et *Brunonem*, prospere educavit, doloremque partus tantae stirpis dulcedine superavit. Et quoniam mihi sermo est de Ottone, non autumo opus esse, omnia patris sui gesta singulatim discutere, cum et in filio appareat, quanta eius sit dignitas, et scriptis multorum vitae eiusdem satis fulgeat claritas, sed quaedam intersero, quae dictu maxime necessaria puto.

An. 929. A. S. Has regiones sibi fecit tributarias, *Boëmiam*, *Deleminci*, *Apodritas*. *Uuilci*, *Hevellum* et *Redarios*, qui statim rebelles aliosque ad haec concitantes, urbem *Uuallislevo* 41) oppugnant, destruunt et incendunt. Ad hoc vindicandum noster convenit exercitus, et *Lunzin* 42) civitatem obsidens, socios eorundem, eos defendere cupientes,

35) *capula — ea.* Sic Dresd. correxit tamen secunda manus: capulo — eo. *Wa.*

36) *rem cuiusdam virginis.* Cod. Br. et in *amorem* c. v. Manus prima in Cod. Dr. aperte scripsit *rem* (divitias? *Wa.*) cui recentior manus literam S. praefixit, R. in P. transformavit et sic *spem* facile effinxit, cuius loco Reineccio et Madero *speciem* scribere libuit, quod et Leibnitius retinuit. *Vrs.*

37) *Mathildis.* Cod. Br. *Mechtildis.*

38) *Theodrici — Widikindi regis.* Theodoricus fuit Comes Ringelhemii. v. Leukfeld Antt. Halberst. p. 112. f. Inter omnes historiarum Saxon. scriptores Ditmarus solus Witikindum *Regis* nomine honestat, in ceteris Chronistis titulum *Ducis* sustinet. v. Ann. Saxo p. 240. *Vrs.* — Videatur vita Mathildis ap. Leibnit. T. I. p. 193. 194. cuius auctor Wittekindum verius *Ducem* appellat. *Kind.*

39) *appellat.* Cod. Br. *interpellare cepit.* *Vrs.*

40) *profuit.* Sic etiam Cod. Br. Lectio igitur Reineccii et Maderi *par fuit* aperte est depravata. *Vrs.*

41) *Uualislevo.* Est *Wallersleben* ditionis Luneburgicae. *Vrs.*

42) *Lunzin.* In margine Cod. Dresd. *Lunizina.* Witichindus Lib. I. p. 639. et Annal. Saxo hanc civitatem *Lunkini* nominant. cf. Meibomii adnot. ad h. l. p. 653. qui, uti et Chron. Quedlinb. p. 279. situm eius ad Albim ponit. Fabricius Lib. II. Origg. Saxon. *Linichinum* vocat. Proxi-

Digitized by Google

tes, invadit, et paucis effugientibus proſtravit, urbem quoque praefatam acquiſivit. An. 930.
Ex noſtris autem duo abavi mei uno nomine, quod *Luther* ſonat, ſignati, milites A. S.
optimi et genere clariſſimi, decus et ſolamen patriae, Nonas Septembris cum multis aliis oppetiere. Ut nullus Chriſto fidelium de futura mortuorum reſurrectione diffidat, ſed ad beatae immortalitatis gaudia anhelanter 43) per ſancta proficiſcatur deſideria, quaedam quae in urbe Uuallislevio poſt excidium eius reaedificata, accidiſſe veraciter comperi, intimabo.

In ipſo orientis diei crepuſculo ſolitus erat presbiter eiusdem eccleſiae matutinam An. 929.
canere, ſed cum ad atrium defunctorum veniret, videns in eo magnam multitudinem A. S.
oblationes offerentem ſacerdoti coram templi foribus ſtanti, primo ſubſtitit, poſteaque ſigno ſanctae crucis ſe muniens, per omnes hos, nec uno ſaltem agnito, oratorium trepidus adiit. Quem una, noviter de hoc ſeculo egreſſa, et ſibi bene nota, quid hic vellet, interrogat; edoctaque ab eo, quare venerit, haec omnia ab his eſſe completa 44), parvumque temporis eundem victurum, praedixit. Quod vicinis poſt retulit, veraque haec eſſe comprobavit. 45) Meis temporibus in Magadaburg, ſicut a veracibus accepi teſtibus, in ipſa tunc continue manentes 46) eccleſia mercatorum cuſtodes, An. 929. A. S.
eadem nocte vigilantes, his quae praedixi convenientia viſu et auditu percipientes, rectius
optimos civitatis adducunt. Qui cum longe ab atrio cadaverum adſtarent, lucernas circ.
candelabris ſuperpoſitas videre, duosque invitatorium canere, matutinasque laudes or- an. 996.
dinatim omnes perſolvere pariter audiere, accedentes autem nihil omnino intellexere. Hoc ego cum ſubſequenti die nepti meae, quae *Brigida* dicebatur, cura regens paſtorali

Proximam cum ea cognationem habere videtur urbs *Lenzen* in Marchia Brandeburg. ſecundum deſcriptionem ipſius *Bueſchingii* T. III. P. 2. Geograph. quanquam *Gruppenius* in *Origg. German.* P. II. p. 199. aliter ſentit. *Vrs.*

43) *anhelanter.* Eſt etiam ap. Ammianum Marcellin. XVI, 15. pro *feſtinanter, cupide. Vrs.*

44) *completa* Mstum addit: *narravit.* Vignoles.

45) *comprobavit.* Legendum omnino ex Autv. Codice: *morte ſua* comprobavit *Kind.*

46) *in ipſa tunc continue manentes Eccleſia mercatorum cuſtodes eadem nocte vigilantes. Manentes* recepit in textum Vrſinus. Codex Dr. habet quidem *manens*, ſed cum compendio ſcribendi, ſic *manen''s*, quod vel *manentibus*, vel *manentes* eſſe poteſt. Prius Ditmarum voluiſſe vix crediderim, partim, quod iſthoc ſcripturae compendio plures literae eliſae, quam alias fieri ſoleat, eſſe videantur, partim, quod ipſi *teſtes*, ad quos τὸ *manentibus* referendum eſſet, non perpetuo in eccleſia manſiſſe credendi ſint. Poſterius igitur: *manentes* arridet magis, quod placuiſſe videtur etiam priſco Dithmari lectori, qui poſt *cuſtodes* inciſum poſuit. Fieri etiam potuit, ut mercatores Magdeburgenſes in eccleſia, quae nomen eorum haberent, non animorum tantum ſaluti conſulerent, ſed pecunias etiam ſecuritatis cauſa reponerent in concameratione, cui niſi perpetuos, ſaltem nocturnos adderent cuſtodes. *Wa.* — Vel *manentes* legendum, et ad cuſtodes referendum, vel cum cod. Antv. *manentibus*, ut ad praecedentem vocem teſtibus reſpiciat. Manentes in Eccleſia dicuntur in Latinitate mediae aetatis parochiales, *Eingepfarrte*, ergo homines, qui eccleſiam quandam frequentant. Manentes in oppido ſeu vico quodam ſunt *Eingeſeſſene.* Ab his cuſtodes templi diſtinguuntur. *Kind.*

Digitized by Google

An. 929. A. S. ſtorali monaſterium Sancti Laurentii 47), referrem, in infirmitate ſui corporis laboranti, protinus ab ea nequaquam hoc miranti, tale percepi reſponſum: Tempore *Baldrici* praeſulis, qui (ante) octoginta annos, vel plus, Traiectenſem regebat ſedem 48), in loco, qui *Deventeri* dicitur, eccleſiam ſenio dirutam renovans benedixit ac presbitero ſuimet commendavit. Qui in una dierum valde diluculo ad eam pergens, vidit mortuos in eccleſia et atrio offerentes atque audivit cantantes. Quod mox epiſcopo ut primum is retulit, iuſſus ab eo in eccleſia dormire, cum lecto, quo requievit, ſequenti nocte a defunctis eiectus eſt. Ob hoc idem trepidus apud antiſtitem talia queritur. Is autem praecepit ei, ut cum ſanctorum reliquiis ſignatus, aqua ſacra aſperſus, ſuam cuſtodire non deſiſteret eccleſiam. Qui iuſſa ſecutus domini iterum dormire in eccleſia voluit, ſed ſtimulati timoris caſu 49) ſic iacendo vigilavit. Et ecce ſolita venientes hora, elevaverunt eum, coram altari eum ponentes, et in favillas tenues corpus igne reſolventes. Hoc ubi praeſul audivit, poenitentia ductus triduanum indixit ieiunium, ut et ſibi animaeque defuncti ſuccurreret. Multa, fili, de his omnibus, ni infirmitas obſtaret, dicere potuiſſem: ut dies vivis, ſic nox eſt conceſſa defunctis 50); ſed non oportet plus ſapere mortalem, quam, ut ſanctus admonet Paulus, ad ſobrietatem. Sed quia duo vel tres ad unum ſufficiunt teſtimonium; haec quae novellis noſtris evenere temporibus ſcripſi, ut diſcat incredulus, vera eſſe prophetarum oracula, e quibus 327
teſtatur unus: *vivent*, inquiens, *mortui tui*, *Domine!* et alius: *Surgent mortui*, *qui in monumentis ſunt*, *audient vocem filii Dei et laetentur*. Quandocunque a viventibus

47) *Brigida — S. Laurentii.* Videtur omnino Monaſterium monialium in nova urbe Magdeburg, bello tricennali penitus deſtructum, intelligere, cuius hiſtoria ceteroquin perobſcura eſt. Ceterum Calbe in ſuburbio quoque exſtitit monaſterium monialium, S. Laurentio dicatum, et iam ſeculo X. a Bohemis deſtructum, cuius infra mentio occurrit. *Kind.* — Haec Magdeburgenſis Abbatiſſa ſine dubio eadem eſt, quae in Necrologio noſtro ad diem 6. Sept. *Bige* Abbatiſſa nominatur. Patrem ea habuit Comitem *Lotharium Waldeccenſem.* vide *Io. Lud. Levin. Gebhardi aquilan. marchion.* p. 29. *Wed.*

48) *Baldricus — octoginta annos vel plus Traiectenſem regebat ſedem.* Cod. Dresd. *octoginta annos* non numeris, ſed literis praefert. Cum vero, ſi tot epiſcopatus anni recte ſe haberent, tota viri vita ultra conſuetum vitae humanae terminum longius extenderetur, et amiciſſimo Kinderlingio monenti (vide paullo poſt) epiſcopus Traiectinus ab an. 928—977. munere functus ſit, non Dithmaro ipſi, error tribuendus ſed ſcribae, cuius oſcitantia non tam in numeris peccavit, quam in eo, quod praepoſitionem *ante* negligeret. Quod ſi vero ſumas, Dithmarum ultimis vitae annis Chronicon ſuum conſcripſiſſe (mortuus eſt autem anno 1018. vel 1019.) optime conſtabit tempus, ſi voculam *ante* denuo textui inſeras. Alius tamen infra Lib. VII. p. 402. Leibn. 85. adeo annorum episcopus occurrit, de quo, quid agam, adhucdum neſcio. *Wa.* — Baldericus episcopatui Traiectenſi per annos 49. ab a. 928—977. praefuit, itaque vel *quadraginta* ſcribendum, vel legendum eſt *ante octoginta annos.* Prius tamen verius videtur, quia rari ſunt episcopi, quadragenarium annum officii attingentes vel ſuperantes, et quia facilis eſt permutatio inter 4. et 8. numerus enim quartus olim ita ſcribebatur, ut numerus octavus inverſe poneretur, ſic 8. *Kind.*

49) *ſtimulati timoris caſu.* manifeſto legendum: *timoris cauſa. Kind.*

50) *ut dies vivis — defunctis.* Gloſſema videtur hic verſus rhythmicus. *Kind.* — In Codice Dr. haec verba eraſa ſunt, ita tamen, ut veſtigia eorum manifeſte appareant. *Wa.*

Digitized by Google

tibus haec audiuntur vel videntur, novum aliquid fignat, ut idoneum in multis approbat teftimonium, cuius magnam partem fcio, maiorem autem ignoro, fed veracibus teftimoniis credo. Fui ego in mea curte *Ratmersleve* dicta, ubi XV. Kal. Ianuarii feria, in primo galli cantu magna lux ab ecclefia emicans totum replevit atrium, fonitusque grunnientium more auditur immenfus. Quod meus frater *Fr[idericus]* 51) cum fatellitibus meis caeterisque huc convenientibus afpexit, et ille, qui coram me dormivit, capellanus audivit. Hoc craftino cum comperirem, fi unquam prius 52) ibi aliquid tale contigerit, interrogans, femel his fimilia accidiffe, ab antiquiffimis percepi, et in hoc anno miferabiliter compleri videbam in obitu dominae *Lukardis* inclitae, ex una parte neptis meae, ac ex alia nurus 53), et quod inter amicos praecipuum, familiariffimae mihi, de qua in fequentibus ediſſeram enucleatius. Saepe mihi accidit, ut in nocte ligna incidi audirem, et femel defunctos pariter colloquentes ego et focius meus caeteris dormientibus manifefte percepi, et in his duobus fignis craftino fubfecuturum funus intellexi. Etfi ego fungar vice cotis, ferrum et non fe exacuentis; tamen ne muti canis opprobrio noter, illiteratis et maxime Sclavis, qui cum morte temporali omnia putant finiri, haec loquor, certitudinem refurrectionis et pro qualitate meriti futurae remunerationis firmiter indicens cunctis fidelibus. Tres namque funt animae nec aequaliter incipientes, nec fimul finientes. Prima angelorum incorporeorum, quae cum eis eft fine initio et termino. Secunda hominum, quae cum eis fumit exordium, fed in fine non habens participium. Namque immortalis eft, et ut quidam gentiles opinantur, in futuro non habens hoc officium, quod in hoc feculo. Tertia fpecies eft animae pecudum ac volatilium, quae cum corpore parem initii finisque fortitur aequalitatem. Unde ficut in lege Mofi a domino clare praecipitur, ita verus Chrifticola ab eorum fanguine nequaquam pollui canonica auctoritate prohibetur. Multi enim funt pauperes, qui hunc in ufu comeftionis habent, et fe in hoc aliquid peccare ignorantes, fibi in hoc contradicentibus cunctis refiftunt. Ergo tu homo gloria et magno honore a Deo coronate et fuper omnia eiusdem opera conftitute, da prae omnibus gratias altiffimo, retribuens ei pro poffibilitate tua, quae tibi fecit miferatione fua. Et ego repetam longius aberrata.

An. 951. A. S.

51) *meus frater Fr[idericus])* — Monogramma huius nominis in textu fr. i. e. Fr. alia fed vetufta manus in margine fic fupplevit: *ithericus.* Albinus hoc non attendens oculo fugitivo fatis male legit *Theodericus;* hinc factum eft, ut Meibomius in Chron. Walbeccenfi p. 23. et, qui hunc fecutus eft, Maderus, fratrem Dithmari procrearent, qualem nunquam habuit. Etiam Leibnitius e fuo Codice legit *Fridricus. Urs.*

52) *prius.* Sic Cod. Dresd. non *plus*, quod editiones obfederat. Recte. *Wa.*

53) *ac ex alia nurus.* Haec verba defunt in Cod. Brux. et in editione Leibnit., in Paralipomenis tamen *ex* reftituit. Sed defuere primitus in ipfo Dresdenfi, atque ab emendatrice manu inter lineas tantum infcripta funt. Sermo eft de coniuge Wirinharii Comitis, confanguinei Dithmari, de qua in fequentibus plura dixit. *Nurus*, ut ego quidem puto, ponitur pro *affinis. Urs.*

Digitized by Google

An. 932. Rex autem *Avares* 54) saepe numero insurgentes expulit, et cum in uno dierum
A. S. hos impari congressu laedere tentaret, victus in urbem, quae *Bichni* vocatur 55), fugit, ibique mortis periculum evadens, urbanos maiori gloria, quam hactenus haberent, vel comprovinciales hodie teneant, et ad haec muneribus dignis honorat. Quotiescunque contra Deum et seniorem suimet, dum vixit, se unquam superbiendo erexit, toties humiliata potestate sua se ad emendationem condignam 56) inclinavit. Audivi, quod sic Romam causa orationis petens, plus pedibus quam equo laboraret, et a multis interrogatus, cur sic ageret, culpam profiteretur.

[Anno dom. incarnationis DCCCCXXXI. imperator effectus est.] 57) Hic mon-
An. 922. tem unum iuxta Albim positum et arborum densitate tunc occupatum excoluit, ibi ur-
A. S. bem faciens, de rivo quodam, qui in septentrionali parte eiusdem fluit, nomen eidem *Misni* imposuit, quam, ut hodie in usu habetur, praesidiis et impositionibus caeteris munivit. Ex ea *Milzenos* suae subactos ditioni, censum persolvere coëgit. Urbem
An. 922. quoque *Liubusuam* 58), de qua in posterum latius disputaturus sum, diu possidens,
A. S. urbanos in munitiunculam infra eandem positam fugere, et dedititios fieri compulit. Ex eo die, quo haec tunc incendio iuste periit, usque ad nostra tempora habitatore caruit. Siquidem in regno suimet, ut multi dicunt, is praedatus sit, huic Deus cle-
An. 926. mens ignoscat. Insuper *Northmannos* et *Danos* armis sibi obtemperantes fecit, et ab
A. S. errore pristino revocatos, cum rege eorum *Cnutone* 59) hos Christi iugum portare edocuit. Sed quia ego de hostiis eorundem antiquis mira audivi, haec indiscussa praeterire nolo. Est unus in his partibus locus, caput istius regni, *Lederun* 60) nomine, in

54) *Avares*. Recentior lector Cod. Dr. Ungaros adscripsit. *Vrs.*

55) *Bichni*. Nomen hoc apud Ann. Saxonem p. 253. est *Bicni*. *Abelio* est *Beckem*, oppidulum episcopatus Monasteriensis, de quo tamen ambigitur. v. Meibom Chron. Walbecc. p. 38. *Vrs.*

56) *condignam*. Cod. Dr. proprie non habet, sed calamo diverso nomini substantivo assutum est, Annal. tamen Saxo voce eadem usus est. *Vrs.*

57) *Anno Dom. incarnationis* DCCCCXXXI. *imperator effectus est.* Haec cum signo intercalationis ductu literarum satis antiquo, Codice fere coaevo, in fine paginae adscripta sunt. In prioribus editionibus desiderantur. *Vrs.* et recte quidem. *Wa.*

58) *Liubusuam*. Cod. Brux. et Ann. Saxo habent *Lubuzuam*. Vox in Cod. nostro depravata est. Secunda enim litera *i*, et literae *uam* in fine evidenter erasae sunt, ita tamen, ut adhuc distincte in oculos cadant. Remanet igitur nil nisi *Lubus*, cuius loco Reineccius *Lebus* ponere maluit. Infra de hac urbe plura dabimus. *Vrs.*

59) *Cnutone*. Egregie hunc locum illustrat *Grammii* Diss. *de Henrici Aucupis expeditione Danica* in Menkenii Misc. literariis novis T. II. p. 228–304. In Cod. Brux. legitur *Cnittone*, nihili prorsus aestimandum, cum facile unius literulae mutatione corrumpi istud nomen potuerit. Grammius veram appellationem fuisse, quam Witichindi nobis codices servarunt, qui *Chnubam* vel *Chnupam* exhibent, nullus dubitat, et ipsi admodum probabile videtur, a Dithmaro *Cnuponem* scriptum, hocque ab aliis deinde in *Cnutonis* multo notius nomen mutatum; sed Codex noster perantiquus Dithmariano autographo fere aequalis non addicit. *Vrs.*

60) *Lederun*. Est antiquissima et celeberrima urbs *Lethra*, sedes regia regum Daniae, de qua in translatione mea Dithmari German. p. 33. f. pluribus egi. cf. Leibnitii T. I. Scr. rerum Brunsv. p. 7. de antiquitate Lethrae. *Vrs.*

Digitized by Google

in pago qui *Selon* dicitur, ubi post VIIII. annos mense Ianuario post hoc tempus, quo
nos theophaniam domini celebramus, omnes convenerunt, et ibi diis suismet LXXXX.
et VIIII. homines et totidem equos, cum canibus et gallis pro accipitribus 61) oblatis
immolant, pro certo, ut praedixi, putantes, hos eisdem apud inferos servituros et
commissa crimina apud eosdem placaturos. Quam bene Rex noster fecit, qui eos a
328 tam execrando ritu prohibuit! Acceptabilem enim domino patri hostiam fert, qui humano sanguini parcit. Praecipit enim dominus: innocentem et pium non interficias.

Antiquum opus Romanorum muro Rex praedictus in *Mersburg* decoravit lapideo, An. 922.
et infra eandem ecclesiam, quae nunc mater est aliarum, de lapidibus construi, et A. S.
XIIII. Kl. Iunii praecepit dedicari. Caeteras quoque urbes ad salutem regni, et templa domino ob remedium animae devota mente fabricavit. 62) Post innumera virtutum
insignia idem decurso vitae suimet stadio sexto decimo regni, aetatis autem suae sexa- An. 936.
gesimo anno, Sexta Non. Iulii *Miminlevo* 63) moritur, et in *Quidilingaburch* 64), quam A. S.
ipse a fundamento construxit, sepultus, a cunctis optimatibus merito defletur. Accidit hoc anno dominicae incarnationis DCCCC.XXXVI° Indoles autem relictae posteritatis tristia principum corda laetificat, et certos voluntariae electionis hos fecit. Vae populis! 65) quibus regnandi spes in subsecutura dominorum sobole non relinquitur, et inter se facta dissensione et longa contentione aliquod consilium vel solamen cito non providetur. Si in consanguinitatis linea aliquis tali officio dignus non invenitur, saltem in alia bene morigeratus, omni odio procul remoto assumatur. Quia maxima perditio est alienigenos regnare, hinc depressio et libertatis venit magna periclitatio. Ab hoc, de quo dixi, Heinrico et successoribus suis usque huc Saxones elevati et in omnibus sunt honorati. Quicquid in his laudatur, ab aequivoco eius, de quo scripturus sum vita comite, diligenter servatur, et post, ut vereor, finitur. Ergo quaecunque de his ullatenus nunc praeteream, vel vita deficiente, indiscussa relinquam, successor karissime, compleas, et temporum qualitates scripturae memoria concludas. Ego peccator et in omnibus negligens vacavi hactenus a bonis et studui in malis, sero ad ista et ad meliora respiciens, animaeque memoriam salutarem nullam exercens. Postquam pastor effectus sum, docui subiectos verbis tantum, et non exemplis. Extrinsecus apparui

61) *gallis pro accipitribus.* Sensus est: Gallis gallinaceis in locum accipitrum (quorum copia tanta non erat) substitutis. Male Vrsinus verterat: *Hähne* und *Habichte*. *Kind.*

62) *fabricavit.* Quae Leibnitius hic ex Cod. Brux. inseruit, in Cod. nostro non inueniuntur, ideoque omisi: *Hic in nova urbe Corbeia aram S. Viti Martyris auro et gemmis variis mirifice ornavit hortatu Mathildis coniugis suae.* Eadem habet Ann. Saxo p. 247. *Vrs.*

63) *Miminlevo.* Iam Memleben, villa Thuringiae ad Vnstratam sita. Mire nomen variant Annalium conditores et diplomata, de quo vide Leukfeld. Anti. Halberst. p. 157. *Vrs.*

64) *Quidilingaburch.* De origine et genuina huius nominis significatione, accurate, ut semper, egit *Grupen* P. I. *Origg. German.* p. 117. cf. Leukfeldium l. l. p. 128. f. *Vrs.*

65) *vae populis.* Reineccius, Maderus et ipse Leibnitius habent: *nec pluribus*, quod sensu caret. Verba Codicis nostri per compendium scripta: *vae plis* nil aliud significare possunt, quam quod in textum recepimus. *Vrs*

Digitized by Google

parui bonus, interiora violans pessimis cogitationibus, de immundo semine conceptus, volutabar in luto, ut immunda sus. Dicat aliquis: male laudasti te! cui respondeo, verum hoc esse, quod deteriorem me nescio. 66) Idcirco me sic arguo, ut agnitis vulneribus meis succurras medicationibus necessariis, et ex magna parte consors mei sic adiuves in omnibus me, sicut velis exhiberi pro te.

Et inclita venerabilis gesta *Mechtildis*, quae post excessum senioris sui summopere fecit 67), equidem paucis comprehendam ad imitationem bonam fidelibus cunctis. Quia sancta est, ut scriptura docet, et salubris cogitatio pro defunctis orare et elemosynis absolutionem his impetrare. Legimus, quod unius captivi vincula, quem uxor sua putans mortuum assiduis procuravit exequiis, toties solverentur, quoties pro eo acceptabiles domino patri hostiae ab ea offerrentur, ut ipse ei post retulit, cum domum suam liber revisit. Hoc exemplo domina *Mechtildis* viro suimet vinculo momentaneae mortis depresso succurrit, non solum pauperibus, verum etiam avibus victum subministrans. Congregationem quoque sanctimonialium in die tricesima in supra memorata urbe 68) statuit, et huic quantum ad victus et sui vestitus necessaria suppetebat, ex sua proprietate, laudantibus hoc suimet filiis concessit et scriptis confirmavit. Asserunt nonnulli eandem hoc summopere diu nisam fuisse, quod iunior filius suimet *Heinricus* patris sedem possideret. Sed hoc Deus, electos sibi ad unaquaeque semper praeordinans, noluit, nec summatum optima pars consensit, sed ratione prudenti et ideo facile suadenti, haec moerentis reginae animum paulo minus a proposito declinavit, et hunc Bavarios ad tuendum aptius assignari, praehabito sibi nato maiori, consulitur.

An. 923. A. S. Anno dominicae incarnationis DCCCCXXIII. 69) Indictione XI. regni autem primi Regis Heinrici V̊. venerabilis *Sigismundus*, sanctae Haluerstidensis ecclesiae antistes VIus [ab Arnulfo rege ibi positus anno regni suimet VIIo. 70)] XVIIII. Kl. Februarii obiit, cui

66) *quod deteriorem me nescio.* Leibnitius et ipse Vrsinus habebant: *quia me deteriorem nullum scio*, sensu eodem, sed Cod. Dresd. uti ego dedi. *Wa.*

67) *Et inclyta venerabilis gesta Mathildis* (Cod. Dr. Mechtildis) *quae — summopere fecit.* cf. vita Mathildis, ubi etiam donatio eius larga, Nordhusensi urbi facta, memoratur. Ceterum vocem *Senioris* de Domino in genere, tum et de Imperatore, Rege, Episcopo, Abbate et marito honoris caussa adhiberi, pluribus Dithmari et aliorum locis demonstravit *Scheidius* in *histor. u. diplomat. Nachrichten von dem hohen u. niedern Adel in Deutschland* p. 210. s. Vide infra p. 330. 334. 339. Senior est radix hodierni tituli *Seigneur, Signor* etc. *Kind.*

68) *in supra memorata urbe.* v. *Kettner hist. des Stifts Quedlinburg* p. 10. s. et *Beylagen* p. 1. 2. *Urs.*

69) DCCCCXXIII. Chron. Quedlinb. ap. Leibnitium T. II. p. 278. Necrol. Fuldense ap. eund. T. III. p. 763. et Chron. Halberstad. ib. T. II. p. 114. annum 924. habent, quibus suffragatur Leuckfeld p. 132. *Urs.*

70) *suimet* VII. Verba: *inde ab Arnulfo rege ibi positus anno regni suimet* VII. uncinis inclusa a me sunt, quoniam non nisi in margine Cod. Dresd. ab antiqua tamen manu adscripta leguntur. *Wa.*

Digitized by Google

cui *Bernhardus* 71) eiusdem capellanus ſucceſſit, ſicut ei prius vir ſanctus praedixit. Namque is diu infirmus vidit in ſomnis, quod baculum paſtoralem e manibus ſuis elapſum, Bernhardus pone ſequens elevaret et in aperto portaret. Et expergiſcens vocavit eum ad ſe, dicens: vade ad curtem regiam, ſumens ex mea parte quae tibi ſint ad haec neceſſaria, et acquire gratiam et auxilium ibi optime valentium, ut tibi liceat ſine omni offenſione mihi ſuccedere, providebit enim haec omnia tibi Deus, dilecte fili! Edictum amati ſenioris obeditione humili Bernhardus mox complens, dum a rege Heinrico reverteretur, comperit dominum ſuimet et patrem de hac luce triceſimo ordinationis ſuae anno ad Chriſtum migraſſe, et mox repedans 72), praedicti regis munere, quod poſtulat, conſequitur. Poſitum eſt autem corpus praefati praeſulis in dex-
329 tera parte altaris Chriſti protomartyris in gradu praeiacenti, ut ipſe antea praemonſtravit, non iacendo, ſed ſupra cathedram ſedendo, ſperans ſe patroni ſuimet interceſſione ſancta et benedictione ſacerdotali perpetualiter muniri.

Qualiter miſericors Deus praedictum Regem in diebus ſuis reſpexerit, quamvis An. 925.
de Pierio fonte nil unquam biberim, cunctis tamen fidelibus innoteſcam. Fuit in oc- A. S.
ciduis partibus quidam rex 73) — — — qui ab uno ſuimet ducum captus tenebris includitur carceralibus. Hic Heinrici Regis noſtri, nepotis autem ſui, implorans auxilium, dexteram Chriſti martyris Dionyſii et cum ea omne regnum Lutharìorum, ſi ab eo liberaretur ſibi traditurum ſacramentis promiſit. Nec mora, inclytus miles invictricibus ſe armis circumcingens, proximum laborantem viſitat, et in ereptione eius ac reſtitutione dignus operator mercedem ſuam promeruit, et honorem priſtinum ſibi ſuiſque ſucceſſoribus in tantum adauxit. Sed quia homo unusquisque proclivior ad labendum, quam natura ſuimet muniatur ad ſtandum, quam miſerabiliter iſte ſemel deliquerit, ad terrorem et ad devitandum piis, non taceam.

In coena Domini nimis inebriatus in ſequenti nocte uxori ſuae multum repugnanti An. 921.
diabolico inſtinctu inlicite coniunctus eſt. Hoc factum auctor tanti ſceleris et humanae A. S.
ſalutis irretitor, Satanas, cuidam venerandae ſic prodidit matronae: Mechtild regina nuper hortatu meo maritali conſentiens voluptati concepit filium, ſine omni dubio meum, et tu vide, ut tantum optime celes commiſſum. Haec multum ob hoc clam triſtis effecta, praedictae hoc celeriter annunciavit reginae, admonens, ut ſemper epiſcopos atque presbyteros ſecum haberet, et in ipſa pueri nativitate ſacri baptiſmatis unda

71) *Bernhardus.* e familia nobilium de Hadmersleben v. Leukfeld. p. 133. 164. 636. *Vrs.*

72) *repedans.* i. e. *revertens* v. Ind. Latinit. *Wa.*

73) *quidam rex.* Totus in Codice noſtro verſiculus eraſus eſt, ita, ut ne minimum quidem verbi alicuius veſtigium appareat. In textu Leibnitiano p. 329. poſt verbum *rex* haec uncis incluſa leguntur: *(ab incolis Karl Sot, id eſt ſtolidus ironice dictus.)* Sermo eſt de rege Francorum *Carolo*, cui nomen *Simplicis* adhaeſit. In Gervaſii Tilberienſis Otiis Imperialibus de ſucceſſione regum Franciae p. 944. *Karolus* cognomine *Stultus* legitur. *Vrs.*

Digitized by Google

unda ablueret, ne, quicquid 74) in eo ſibi delictum 75) accidiſſet, Daemon infauſtus iactaret; et ſic Deo gratias egit. Videns autem daemon, id eſt, omnia ſciens, ſe prorſus eſſe deluſum, dominam increpavit ſupramemoratam, talia ſubnectens. Etſi mea nunc ſit voluntas tuis fruſtrata blasphemiis, tamen in hoc profeci, quod ex eo et ex omnibus de lumbis eiusdem unquam progredientibus, nunquam deerit mea comes discordia, nec proueniet eis pax firma. Mendax ille et veritatis inimicus haec pro voluntate ſua dixit, et ut ſpero, non pro adimpletione. Multi autem affirmant, ut in ſequenti dictatu adparet, quod ſub eius et filii ſuimet temporibus crebra fieret commotio, et quietis parva certitudo.

In diebus vero his, quibus regnare coepit tertius in numero ducum, Heinricus, et in ordine ſceptriferorum ſecundus, tunc illa ſilex iniquitatis exaruit, et pacis bonae flos virens enituit, et ſi quid prioribus huic ſimile in aliquo nunc accidit, hoc non culpa ſui, ſed inſtigatoris fuit impii. Legimus, quod omnia tempora tempus habent, ſed non omnia, id eſt, a Deo nullum eſſe vitiis locum ab initio conſtitutum, et quia fragilitas carnis ſine aliqua contagione non valet eſſe, a capitalibus ſe criminibus abſtineat, et in ſolemnitatibus univerſis munditiam ſervet. In legitimis coniunctionibus non eſſe delictum aliquod, ſcriptura teſtatur, et hoc cum obſervatione feſtivitatum honoratur, et nulla periculi imminentis procella turbatur. Ad haec amplius approbanda unum profero exemplum. Quidam vir, Uffo nomine, civis Magadaburgenſis, nimia ebrietate compulſus, in ſancta ſolennitate Innocentum, coniugem ſuam Gelluſam conſentire ſibi coëgit, quae eadem nocte a viro alligata ſuo, cum in congruo tempore pareret infantem, in pedibus digitos habentem retortos, obſtupuit, et accerſito protinus ad ſe marito, miraculum oſtendit. Culpaque amborum hoc eveniſſe ingemiſcens, nonne, inſit, praedixi, ne ſic faceres? ecce! ira Dei ſe nobis manifeſtat, et ne ſic ulterius agamus, atrociter rogat. 76) Peccatum tibi magnum eſt iniuſta mihi praecipere, et mihi, obedientiam tibi exhibere. Poſtquam autem infans baptizatur, inter innocentium agmen de hoc exilio deducitur. Bene eſt in perpetuum illi, qui tali utitur contectali, quae pro abſente infatigabiliter orat marito, et praeſentem, oblita ſexus, ut ſe cuſtodiat, hortatur. 77)

Eo

74) *ne, quicquid.* Cod. Dr. uti dedimus, non a prima quidem, antiqua tamen manu. Edd. Reinecc. et Maderi habent: *ne quid*, quod et Leibnit. retinuit. *Urs.*

75) *delictum.* Cod. Dr. habere *dilectum* haud infitior, quia vero librarii errore hoc accidiſſe facile intelligitur, accuratiorem lectionem reſtituere nullus dubitavi. *Urs.*

76) *rogat.* Cod. Anuv. *imperat.*

77) *hortatur.* Quae ſequuntur, in editionibus Reineccii et Maderi deſiderantur. Explevit ea Leibnitius ex Cod. Bruxellenſi. Reineccius ſine dubio eam ob rem omiſerat, quoniam a duodecimo Codicis noſtri folio particula deſuper abſciſſa, ideoque textus aliqua ex parte mutilatus eſt. Verba tamen pauca ſunt, quae in fine cuiusque verſus perierunt, eaque ex connexione coniectura aſſequi haud difficile eſt. Quae literis igitur curſivis imprimi iuſſi, in Cod. Dr. deſunt. Notavi praeterea ſingulare hoc, quod ſcriba Codicis poſteriorem huius folii, et priorem ſequentis, decimi tertii partem reliquerit vacuas, ſecundaque demum pagina inferiori textum ſuum exſcri-

Digitized by Google

Eo tempore, quo supra memo*ratus Rex* maxime vigebat, fuit in Bauaria qui*dam* An. 920. A. S. *Dux*, Arnulffus nomine, praecluus in mente pariter et *corpore*, *qui* omnes episcopatus in his partibus constitutos sua di*stribuere* manu singularem habuit potestatem; sed An. 930. A. S. cum *hic post vari*os virtutum suimet ornatus vitam hanc *finisset*, *succ*essoribus suis (minime) tantum reliquit honorem 78), *quin potius* Reges nostri Imperatores, summi Rectoris *vice in hac* peregrinatione praepositi, hoc soli or*dinant*, *meri*toque prae caeteris pastoribus suis praesunt, *quia incongru*um nimis est, ut hi, quos Christus sui memores *huius terrae* principes constituit, sub aliquo sint do*mino absque* eorum 79), qui exemplo Domini benedictionis *et coronae* gloria mortales cunctos praecellunt: Aud*ivi tamen non*nullos sub Ducum, et quod plus doleo, sub Comi*tum potestate* magnam sustinere calumniam, quibus *nil licit*um est, nisi quod seculi amatoribus prodest. Impia namque potestas cum Domino id consentiente recte dominantes premit, dilatata crudelitate mox furit.

330 In palatio praedicti regis accidit res una mirabilis. In conspectu totius populi An. 929. A. S. praesentis quidam canis, dum eminus hostem suum consedentem agnosceret, propius accedens dexteram eiusdem rapido morsu ex improviso abstraxit, et quasi optime fecisset, cauda reverberante mox rediit. Mirantibus hoc cunctis, et admodum stupentibus, ab his miser is, quid fecerit, interrogatur; quibus illico respondit, divina ultione id sibi merito evenisse, et prosequitur: Inveni, inquiens, virum, huius canis dominum, fesso corpore dormientem, et infelix occidi eum, multas tunc ab isto, qui me modo laesit, persecutore impugnationes perpessus, et quem tum vix evasi, nunc ista sperans prorsus oblita, culpabilis occurri. Scio deinceps, quod aut hic, aut in futuro examine unusquisque reus sine subsequenti poena non latet ullatenus.

Multa sunt, lector carissime, regis nostri ac imperatoris praedicti facta memoria semper viventi admodum digna; sed quia haec, sicuti fuere, concludere nequeo, tristis omitto, quia hic, sicut praedixi, de nostris regibus nomen et in omni virtute sua principatum iuste obtinuit. Parvum de magnis eiusdem operationibus librum habeo inscriptum, sed spero memoriale eius in libro vitae ascriptum fore, qui praecursoris Christi 80) inter natos mulierum, ut Christus, dominus ac Deus noster affirmavit, maximi,

exscribere perrexerit verbis: In *palatio* e. g. s. At facile causam odorari possumus, qua fieri potuit, ut successor aliquis Dithmari in episcopatu, vel alius eius dignitatis patronus hunc locum cultello depravare auderet. *Urs.*

78) *minime — honorem.* Cod. Brux. *successorum suorum nulli tantum* etc. Loco *nulli* astam voculam in Cod. nostro adfuisse contextus ipse docet; quia vero exsculpta est, adverbio *minime* reficere satius duxi. *Urs.*

79) *absque eorum.* i. e. praeterquam eorum. *Urs.*

80) *praecursoris Christi — famulus erat.* Anonymus meo exemplari adscripsit: *er hat die Kirche zu St. Iohann erbaut.* De ecclesia Merseburgensi S. Iohanni Bapt. dicata, et ab Henrico rege an. 934. saltim restituta, haec intelligenda sunt. Eius mentionem fecit Ditmarus Lib. II. p. 339. ubi Bosonis sepulchrum describit. *Kind.*

Digitized by Google

ximi, fidelis famulus erat, et in nostra urbe fundamentum subsequentis culturae primus posuit, et quicquid unquam huic ullatenus superaedificatur, laudi eiusdem merito signatur. 81) Elegans namque ortus ac finis bonus, ubicunque id fieri potest, optime concordant, ac si hoc in omnibus compleri nequit, laudemus dominum in hoc, quod fecit, et maiestatem suam ut ad summum perducere dignetur, benignitatem suam suppliciter orent quique fideles, et maxime tu, Merseburg, inclyta cum spirituali prole tua 82), in tempore dilecti Senioris tui, more cipressus prae caeteris conprovincialibus tuis exaltata. Age grates continuas Deo, et ut in te bona quaeque divino moderamine perficiantur, studiosa in timore dominico semper adoptato. Mos est enim malorum, immemores esse bonorum, et hoc vertere in peius, quod creare dignatus est omnipotens in melius. Si aliquid praedicto operi ego unquam addere queo, nullatenus cessabo. Sin autem, si quis tanti rectoris nostri sit aliquantulum in bono memor, sit ei propitius omnium, qui sunt, exauditor! Primus iste codicillus clausus sit primi morte Heinrici.

Chro-

81) *signatur.* Cod. Brux. rectius assignatur. *Wa.*

82) *prole sua.* Rectius legendum est tua, alloquitur enim ecclesiam Merseburgensem. *Kind.* Nec aliter Dresd. *Wa.*

Digitized by Google

Chronici Dithmari
Epiſcopi Merſeburgenſis
Liber II.

Prologus.

Otto decus régni, de ſtemmate cretus herili
Heinrici patris, fulgebat ubique coruscis
Actibus, et ſolium conſcenderat inde paternum.
Huic primo multi contradixere maligni
Invidia, cunctos quos vicerat iſte ſuperbos
Famine divino, quod ſemper poscit ab alto.
Non fuerat tantus Caroli de morte patronus,
Nec puto ſimili regnum paſtore potiri.
Epiſcopatus conſtruxit denique ſenos.
Hic Beringerum ſuperans virtute ſuperbum,
Longobardorum ſibi ſubdit colla furentum.
Imperatorem fecit ſibi Roma potentem
Hunc, et maritimi ſolvunt tributa remoti.
Pacis amicus erat, bellum lateque premebat;
Occidentales ſedat Danosque feroces.
Partibus Eois tunc non apparuit hoſtis.
Maximus in ſceptro ter denos ſedit et octo
Annos in regno, tunc et diſceſſerat Otto,
Flebilis heu patriae, ſimul invincibilis, atque
Linquens hic poſt ſe tunc contectalis amicae
Pignus, et gnati, quo laetabantur amici.

* * *

531 Omnes Reipublicae principes magnum reginae Mechthildis moerorem lenire cupientes, *Ottonem* filium eius patris ſui decreto ac petitione uno ore in regem ſibi et dominum elegerunt, elevatis dextris conclamantes: vivat et valeat Rex victor in aeternum! pariterque cum eo ad Aquasgrani proficiscuntur. Quo cum appropiarent, omnis ſenatus obviam perrexit, fidem cum ſubiectione promiſit et ad ſedem eum ducens usque imperialem, ſtatuit eundem in loco priorum, in regem ſibi conlaudans, ac Deo tunc gratias agens. Hunc *Hillibertus*, Mogantinae cura cathedrae, cum licentia *Wig-* An. 936. A. S.

 fridi,

Digitized by Google

fridi, ſanctae ſedis Colonienſis Archipraeſulis, in cuius dioeceſi hoc fuit, et auxilio Treverenſis benedixit, anno dominicae incarnationis DCCCCXXXVI. in eccleſia ſanctae Mariae ſemper virginis, quam cum omni diligentia magnus conſtruxit Carolus. Confortatus in Deo tunc et in regno ſceptriferorum maximus Otto coniugem ſuam *Edi-*
An. 930. A. S. potius 928. *tham* 83) *Ethmundi* regis Anglorum filiam bene timoratam, quam patre ſuo adhuc vivente duxerat, conſecrari praecepit. Huius proſpera multa turbabant adverſa. Nam
An. 936. A. S. Boemiorum ducem *Venzlavum Bolizlavus* nefandus, fratrem Deo ac regi perimens fidelem, reſtitit multo tempore audacter, et poſtea devictus eſt a rege viriliter, fratri ſuimet Heinrico Bauuariorum duci ad ſerviendum 84) traditus eſt. Avares quoque patri ſuimet quondam contrarii, ſed diu pacificati, iterum inſurgunt celeriterque fugati redeunt. Diſcordia etiam inter concives conſociosque oritur non minima, quae *Tam-*
An. 938. A. S. *monem*, regis et *Liudgerdae* 85) concitavit filium, eo quod legatio 86) *Sifridi* comitis Merſeburgenſis, quam ſibi idem vendicaverat, *Geroni* ſit tradita marchioni, haereditasque materna ſit ei prorſus ablata. Hunc Rex in Eresburch 87) obſedit, filiumque 88) ab iniqua praeſumtione terroribus et blanditiis amovere curavit. Sed exercitus capta urbe ingreſſus iuvenem praefatum usque in eccleſiam ſancti Petri, ubi prius ab antiquis

83) *Editham Ethmundi regis Anglorum filiam.* In diplomatibus Ottonis I. vocatur *Edgid.* v. Sagittarii Antt. Magdeburg. p. 80. *Vrs.* — Falſo Editha filia Edmundi Regis et hic, et apud Witichindum et alios, quin imo et in ſarcophago eius Magdeburgenſi nominatur. Pater eius erat *Eduardus*, et, qui poſt eum regnabant, *Ethelſtanus* et *Edmundus*, fratres Edithae erant, nec tamen uterini, ſed ex diverſis matribus. Id patet ex omnibus fere de rebus Anglorum Hiſtoricis, Simeone Dunelmenſi, Ricardo Hagulſtadenſi, Radulfo de Diceto, Ioanne Hiſtoriographo etc. Wilhelmus Malmesburienſ. in libro de geſtis regum Anglor. in Savilii Scriptt. rer. Angl. p. 47. enumerat omnes Eduardi ex triplici connubio liberos. Ex primo ſuscepit Ethelſtanum et filiam, cuius nomen tacetur. Ex ſecundo cum Elfleda tres filios et ſex filias ſuscepit, quarum quinta erat haec Editha ſive Edgitha. Ex tertio connubio ſuscepit filios duos Edmundum et Edredum, quorum mater erat Edgiva. Idem illud apparet ex vita alterius ſenioris Edithae, Sanctis adſcriptae, quam *Mabillonius* cum notis ſuis in *Annal. Bened.* T. V. p. 636. ſ. edidit, repetitam in *Actis Sanctorum Antverp.* T. V. Sept. p. 593. Annaliſta Saxo, qui plura ex Ditmaro hauſiſſe videtur, iam correxit hunc errorem, et Eduardum patrem Edithae recte nominavit, in Eccardi Corp. hiſt. medii aevi, T. I. col. 261. — *bene timoratam* hanc Editham Vrſinus olim verterat *wohlgerathen*, ſed potius ſignificat *gottesfürchtig. Kind.*

84) *ad ſerviendum.* Sic Cod. Dr. ſed antiqua manus correxit *ſervandum*, quod magis placet. *Wa.*

85) *Liudgerdae.* Hathui eam vocaverat in principio Chronici. Cod. Brux. habet *Hatheburgae.* Librarius cod. Dr. nomina matris et primae coniugis Henrici I. confudit. *Vrs.*

86) *legatio.* Hac denominatione provinciam ſive comitatum denotat, ubi Miſſi dominici legatio obitur, quae et Miſſaticum dicitur in Capitular. 3. ann. 812. cap. 7. Cf. Witichind Lib. II. Annal. p. 643. Chron. Vrsperg. p. 215. et Albertum Stadenſ. in Schilteri T. I. rer. German. p. 213. De *Sifrido* Comite v. Ann. Saxon. p. 262. *Vrs.*

87) *Eresburch.* Eresburg in Cod. Brux. de quo perantiquo loco v. Gobelinum Perſon. in Meibomii T. I. S. R. G. p. 235. ſ. et Monumenta Paderborn. p. 94. ſ. Annal. Saxo habet *Heresburch. Vrs.*

88) *filiumque.* Fratremque habet Cod. Brux. idque, ut videtur, accuratius. *Vrs.*

Digitized by Google

quis *Irminsul* 89) colebatur, bello defatigatum depulit. Ad ultimum autem *Maginzonis* 90) hasta de fenestra tyro perfossus a tergo secus aram oppetiit, quem rex postea crudeli morte vindicaverat secundo regni suimet anno.

Quaecunque ei publice vel occulte provenere nocentia, divinae miserationis gratia ac intercessione suimet sanctissimae contectalis Edithae assidua securus evasit. Cuius instinctu *Magadaburgiensem* aedificare coepit civitatem, ad quam reliquias Christi martyris Innocentii cum magno adduxit honore. Nam urbem hanc ob aeternae remunerationis gratiam patriaeque communis salutem et acquisivit atque construxit 91). Iuvit eum ad hoc beatae Edith memoriae quibuscunque potuit, quae innumera virtute praedita, ut signis post obitum claruit, inducias vitae istius sibi concessas Deo hominibusque accepte perduxit. Fuit haec cum viro suo X. et VIIII. annos, ordinationis suaeque obiit XI. anno, VII. Kal. Febr. 92) unicum relinquens filium nomine *Luidulfum* An. 947. cunctis virtutibus 93) fulgentem, sepultaque est in civitate praefata in maiori ecclesia, A. S. in oratorio aquilonari. 94) ∗ Rex autem in venatione, qua sperabat se paululum resocillari, turbabatur vulnere letali, inauditumque sustinuit moerorem, ab quo adventu dilecti compescitur filii. 95) Qui ramosam Samii Pythagorae literam, humanae motus vitae signantem, laudabili puer simplicitate percurrit ad bivium, et dextrum iter aggressus, virgulam breviorem, tamen potiorem, de die in diem ut virens hedera exsurgit, et in omnibus patrissans, nobilitatem moribus in tantum ornavit, ut cunctis primatibus,

89) *in ecclesiam S. Petri — Irminsul colebatur.* Pro glossemate habet hoc additamentum *Semlerus.* Ceterum hic Eresburg ex Antv. codice rectius legitur, quam Merseburg. *Kind.*

90) *Maginzonis.* MS. Meinzonis. Witichind p. 645. Maincium. *Vignoles.*

91) *nam urbem hanc — et construxit.* Recte Vrsinus videtur sensum expressisse: *er nahm sich dieser Stadt* (Magdeburg) *an, und baute sie.* Clarius foret: *er eroberte sie, oder nahm sie den Wenden ab*, non enim de prima exstructione, sed de restitutione urbis a Slavis devastatae intelligendus est Dithmarus. *Kind.*

92) VII. *Kal. Febr.* Annum Edithae emortualem 947. probe stabilivit Leukfeld in Antt. Halberst. p. 190. *Vrs.*

93) *virtutibus.* Hoc a secunda manu; primus Codicis descriptor dederat: *viribus. Wa.*

94) *sepulta est — in oratorio aquilonari.* Anonymus quidam adscripsit meo exemplari haec: *Hodie est orientali, sed aliter versus Albim aedificata fuit ecclesia prima, quod ex eo patet, quod primam Albis abserpserit.* — Prius quidem verum est, namque Capella iam orientalis est post summum altare templi metropolitani Magdeburg. sed cetera huc non pertinent. Ea ecclesia, quae Albis impetu diu ante Ottonem I. destructa est, omnium fuit prima, et longe a metropolitana dissita. Oratorium vero aquilonare, in quo sepulchrum Edithae exstat, posset quidem cogitari tanquam pars prioris Templi metropolitani, quod Otto I. condidit, et post breve tempus igne periit; sed cum illud templum diu post mortem Edithae, et alio loco constructum sit, verius haec capella sepulchralis in aedificiis antiquissimi monasterii SS. Petri et Mauritii quaeritur, quae eum fere locum ex parte occuparat, quo praesens magnificum Templum conspicitur. *Kind.*

95) *ab quo adventu dilecti compescitur filii.* Sic aperte Cod. Dr. priores editt. *quem ab adventu dilecti compescuit filii. Wa.*

Digitized by Google

matibus, quod laus est non ultima, placeret. Unde patris gratia sibi in tantum arrisit, ut hunc communi totius senatus electione honoris consortem atque laboris decerne-
An. 948. A. S. ret 96), successoremque firmaret. Desponsavit etiam illi *Idam Hirimanni* Ducis 97) filiam, pulchritudinem et sexum omni probitate vincentem. Quam cum sibi pater vinculo maritali coniungeret, modicum post intervallum soceri ducatum et haereditatem defuncti sibi dedit. Tanti patris ac filii temporibus quantum vigeret regnum, difficile est ulli ad enucleandum. Venerabilis autem regina Mechthildis, constructo, ut praedixi, in Quidlingeburg monasterio, congregationeque sanctimonialium ibi collecta, fideli erga Deum servitio promeruit, quod virtus filii in omnibus floruit.

An. 951. A. S. Interea *Beringerus*, *Luthuvici* 98) invasor regni, *Adhelheidam* eiusdem viduam XII. Kal. Maii captam Cumis depraedavit, et cum custodia ac inedia lacrimabiliter afflixit. Huius laudabilem formam et famam Rex noster animadvertens, Romam pergere simulavit, in ipsoque 99) itinere Longobardiam usque perveniens praefatam per legatos alloquitur dominam fuga tunc elapsam a custodia, et donis praecedentibus placatam suae voluntati consentire coëgit, pariterque cum ea Papiam vendicavit civitatem. Qua de re *Dudo* 100) filius eius admodum tristis effectus ad nostrates properavit, locisque quae ad *Saleueldum* pertinent abditis doloque idoneis (insidias) 1) occultavit. Posthaec rex Papia praesidio munita, dispositisque ibi rebus necessariis, reverti- 332
An. 952. A. S. tur, quem *Beringerus* cum duce *Conrado* subsequitur, regisque gratiam in urbe Augustana sua filiique deditione promeruit, simulque reginae iram supplici venia placavit, bonaque cum pace patriam revisit. Rex autem Franciam regrediendo perlustrans la-
An. 953. A. S. tentes insidias, quae a filio generoque *Hugone* 2) parabantur, comperit, moxque eis per internuncios ira dictante haec mandavit, ut vel tanti facinoris autores sibi mitterent, vel se potestatis regiae inimicos pro certo scirent. Quos huiuscemodi legationi connivere 3) nolentes, collecto exercitu usque in Magonciam persequitur, universis urbibus,

96) *decerneret.* Cf. Witichind Corbei. Annal. Lib. III. p. 651. *Vrs.*

97) *Hirimanni ducis.* i. e. Sueviae. *Vrs.*

98) *Interea Beringerus, Ludovici invasor regni.* Germanum eius regis Italiae nomen fuit *Lotharius*, ut testis est Odilo Cluniacensis, biographus Adelheidis ap. Leibnit. T. I. p. 263. Luithprandus Histoiar. Lib. V. c. 13. 14. Burchardi de Biberaco, alias, sed falso, Conradi Abb. Vrsperg. Chronicon p. 220. Cf. Meibom. ad Witichindum p. 669. f. *Vrs.* — Manifestum est, *Lotharii* nomen pro Ludovici hic substituendum esse. *Kind.*

99) *in ipsoque.* Sic Dresd. latinius, quam editt. *in suoque.* *Wa.*

100) *Dudo.* Sic a prima manu in Cod. Dr. scriptum erat, cui Brux. respondet. Inepta scil. manus radendo literam d. facile nomen *Ludo* effinxerat, peritior vero prius superscribendo veram lectionem restituit. *Vrs.*

1) *insidias.* Hanc vocem ignorat Cod. Dr. Recepi ex Leibnitio. *Wa.*

2) *Hugone.* Sic in Cod. Dr. et Brux. sed minus recte. Melius *Canone:* nam vero nomine Conradum, qui Lotharingiae dux erat, appellant Witichindus in Annal. et Sigebertus in vita Theodorici, Episcopi Metens. c. 3. p. 296. *Vrs.*

3) *connivere.* Cod. Brux. *consentire.*

Digitized by Google

bibus, quas natus possedit, aut captis, aut deditiis, hacque manu valida circumsepta, rebelles assiduo multum fatigavit bello. Datis tunc electis ex utraque parte obsidibus, pater cum filio loquitur, ac sui gratiam, si consocios talia machinantes aperiret et sibi traderet puniendos, daturum spopondit. Hoc cum iuvenis facere nec posset, neque voluisset, eo quod apud suos fidem cum iuramento polluere noluisset 4), a patruo convitiatus Heinrico, urbem rebellaturus ingreditur, *Ekbertumque* comitem cum multis patrui militibus sibi associavit, et clam noctis silentio cum suis omnibus exiens, *Ratisbonam*, quae Reinesburg dicitur, Bauuarii caput regni, cum urbibus munitissimis cepit, ductricem *Iuthitam* solum cum filiis ab his expellens finibus. *Thiedricum* insuper ducem ac *Uuigmannum* comitem, in praesidium ad Magontiam denuo possidendam arma commoventes, patre se subsequente, pecunia per legatos amovere tentans, Thiedrico nequaquam aspirante Uigmannum blanditiis delinitum celeriter corrupit. Interim Rex, parata in expeditionem militia, Bauuariam petens, clausis sibi omnibus murorum portis, eadem regione depopulata atque combusta rediit. Tunc *Dudo* 5) An. 954. A. S.
patri suimet ac regi resistere desperans, *Auares* pharetratos conduxit in socios, quod regem protinus non latuit. Namque cum signis militaribus obviam pergit inimicis insurgentibus, sed aliter ei, quam quisquam ratus sit, proh dolor, evenit. Hi siquidem ducibus iniquis per aliam directi viam, Franciam invaserunt, miserabiliterque vastaverunt. Sed si quis secreto mentis seu viva voce requirit, unde talis oriatur extraneis audacia, ut tam habitatas longeque semotas praesumant infringere regiones, quantum scriptis unquam didicimus, vel per nos scimus, audiat respondentes, quia consensu divino hi facinoribus nostris accenduntur in vindictam Dei, nosque admodum territi fugimus ignavi iniustitia nostri, fitque tunc, ut qui in prosperis sprevimus timorem Dei, merito sustineamus flagellum Domini, ac invocantes Deum non exaudimur, qui offensam placare supernam nullo modo conabamur. Inde accidit, ut Germania caeteris comprovincialibus suis impar, viribus his succumberet. Quis murus dicitur esse, quodcunque valet sagittis obstare. 6) Commotus tandem Deus meritis iustorum gemituque miserorum, fugavit turbam perfidorum, et Rex eos iterum alio, quam putaret, divertentes insecutus Bauuariam rursus invadit. Qui mox de pace tractantes, induciasque petentes, impetraverunt, et semper dubii suisque infideles dominis, cum se apud regem excusare non possent, cum *Luidulfo* seniore suo nota Reinesburg praesidia fugientes

4) *eo, quod — noluisset.* Haec verba desiderantur in editionibus Reineccii et Maderi, minime vero in Cod. nostro, neque in Brux. ut Leibnitius in variantibus lectionibus indicavit. *Vrs.*

5) *Tunc Dudo.* Sic olim a librario nomen in textu scriptum fuerat, et eius mutatio in *Ludolfus* multis demum post annis facta statim in oculos cadit. Priores editiones habent *Luidolphus. Vrs.*

6) *quis murus esse dicitur, quodcunque valet sagittis obstare.* Sic Dr. quocum consentit Leibn. ita tamen ut pro *quis* habeat *quibus*, pro *obstare — obviare.* Reinerus et Maderus omiserunt obscuriorem hanc sententiam. *Vrs.* Legendum est *quibus*, scil. Germanis. Vrsinus non recte vertit: *Was aber dennoch ihren Pfeilen zu widerstehen vermag, ist fester als eine Mauer. Kind.*

Digitized by Google

gientes petunt. Quos Rex exercitu valido ſubſecutus, praedicta poſſedit 7) in urbe, factaque mutuo longa concertatione, tandem grandi fame filium ſuosque pacem petere coëgit. Poſthaec *Dudo* 8) cum *Hugone* poenitentia ductus, patris pedibus advolvitur, de praeteritis veniam, et de praeſentibus ſupplex poscit emendationem, de futuris quoque cautelam ſpopondit. Hunc Rex ſuorum devictus conſilio principum ſuscepit, commiſſaque remittens, ſuimet gratiam firmiter dedit. Reſtituit tum fratri ſuo regnum diu amiſſum, pacificatisque, ut ſperavit, adverſis omnibus Saxoniam victor repetit.

An. 955. A. S. Et ecce iterum *Avares*, id eſt *Ungari*, quaſi iam perpetrati ſceleris obliti, ad-
verſum nos arma commoverant, quos adventare dux Heinricus regi nuncians, inceptis
eum itineribus revocavit. Rex autem ad Auguſtanam univerſos ſuimet familiares ad ſe
convocat civitatem, affirmans ſe mori malle, quam tanta plus perpeti mala, hortatur-
que ſuos, praemia promittens cum gratia cunctis ſibi faventibus, poenamque fugienti-
bus. 9) Collegit undique ſecus octo tantum legiones, quas adverſum hoſtes diſpoſitas
conſolatur, morientes ibi remunerationibus demulcens aeternis, vincentes autem prae-
ſentibus delectamentis. Quarum extremitates hoſtis acer iuxta *Lech* fluvium celerem
latenter circumeundo incautas opprimit, caeſis tunc pluribus ac deſpoliatis. Hoc Rex
ut comperit, *Conradum* ducem cum ſuis pone miſit, qui captivos cum omni praeda
ex lupi raptoris faucibus eripuit, victoriaque potitus castra reviſit. Poſtera die, id eſt,
in feſtivitate Chriſti martyris Laurentii, Rex ſolum ſe prae caeteris culpabilem Deo
profeſſus atque proſtratus, hoc fecit lacrimis votum profuſis, ſi Chriſtus dignaretur
ſibi eodem die tanti interceſſione praeconis dare victoriam et vitam, ut in civitate
Merſeburgenſi episcopatum in honorem victoris ignium conſtruere, domumque ſuimet
magnam noviter inceptam ſibi ad eccleſiam vellet aedificare. Nec mora, erectus a 535
terra, poſt miſſae celebrationem ſacramque communionem ab egregio porrectam
Othelrico confeſſore ſuo ſumſit rex clipeum, lancea cum ſacra milites in hoſtem prae-
cedendo, reſiſtentemque primus irrupit, ac mox terga vertentem usque ad vesperam
proſtravit ac effugavit. Peracta tandem caede, virentibus pratis victrice cum turba
rex confidens, diligenter inquirit, ſi ab exercitu ſuo aliquis remaneret. Comperit tum
ducem *Conradum* generum ſuum et egregium militem oppetiiſſe, cuius corpus merito
defletum atque diligenter procuratum Wormatiam miſit tumulandum. 10) Inſuper nun-
cios

7) *praedicta poſſidet in urbe.* Dilucidius foret *obſedit*, ſed et aliis locis *poſſidere* Dithmaro eſt i. q. *oppugnare.* V. infra Ind. Latinit. *Wa.* — Correxit Anonymus *obſedit*, ſed poſſidere eodem ſenſu ac obſidere, peſſumdare et expugnare Ditmaro familiare eſt, et reſpondet Germanico *in Beſitz nehmen.* Similiter Piſtenport in continuat. Chron. Herm. Ianuenſ. in Hahnii Monum. medii aevi T. I. p. 397. ſcribit: *An. 1352. Dux Auſtriae poſſedit civitatem dictam Zurche. Kind.*

8) *Dudo cum Hugone.* De Dudone vide paullo ante. *Urs.* — Pro Hugone legendum *Cunone*, ut paullo ante. Leibnitius hanc correctionem neglexit. *Kind.*

9) *fugientibus.* Verba inde ab *hortaturque* — *fugientibus* Maderi negligentia plane omiſerat. Reineccius habet, Cod. Dresd. et Bruxell. V. Leibnitii Emendatt. p. 1005. in Brux. tamen duo ultima verba deſunt. *Wa.*

10) *tumulandum.* Hic primum in margine infimo fol. 18^{b} et 19^{a} e regione haec inveniuntur: St.
Petro

cios ſanctae praemiſerat matri, qui cuncta ordine pandentes eam cura ſolverent, menteſque fidelium in laudem Chriſti pariter accenderent. Tantum divinae pietatis donum omnis Chriſtianitas, maximeque regi commiſſa, ineffabili ſuſcepit tripudio, gloriam et gratiam pſallens unanimiter in altiſſimis Deo. (In hoc anno *Heinricus* dux et frater Regis obiit.) 11) Interim rex Saxoniam reviſens laetus patriam, a cunctis principibus a longe ſibi obviantibus 12) ſummis excipitur ſtudiis, diuque expectatus a venerabili ſuimet genetrice, profuſis prae gaudio lacrimis, amplectitur. Quibus ſuum illico aperiens promiſſum, qualiter hoc ad unguem produceret, eorundem ad hoc conſilium obnixe petiit et ſuffragium. His tunc id collaudantibus, piaeque petitioni adſpirantibus ſtatuit rex abbatiam in Magadaburgenſi civitate 13), incipiens eccleſiam mirum in modum in loco, ubi ſancta requiescit Edith, et iuxta quam poſt obitum ſuimet pauſare deſideraverat ipſe. Ibi etiam epiſcopatum facere conatus, apud *Bernardum* ſanctae Haluerſtidenſis eccleſiae antiſtitem VIImum, in cuius dioeceſi urbs praefata iacuit, quamdiu vixit, impetrare non potuit. Quicquid in praediis vel rebus in aliis permiſſo contraxit in tempore 14) totum hoc Deo militique eius *Mauricio* conceſſit 15) haeredi. An. 935. A. S.

Dum

Petro Wernherus ep̃s. quae aperte Codicis noſtri antiquitatem evincunt. Wernherus enim, qui hoc codice monaſterium S. Petri Merſeburgi in ſuburbio *Aldenburg* dicto ſitum donavit, episcopus fuit ab an. 1073—1101. *Vrs.*

11) *In hoc anno Henricus — obiit.* Haec uncis itidem incluſa inſeruit contexto e Cod. Brux. Leibnitius. In Cod. Dr. iuſra ſcripta et intercalationis nota ſignata leguntur. *Vrs.*

12) *ſibi obviantibus.* Sic Dresd. Bruxellenſis contra c. Annal. Saxone *occurrentibus. Vrs.*

13) *Statuitque rex Abbatiam in Magdeburgenſi civitate.* Quam Vrſinus olim verſioni Germanicae ſubiecerat notam, et poſtea in exemplari ſuo Germ. emendaverat quodammodo, eam, quod ſibi ipſe non ſatisfaceret, in hac latina editione plane omiſerat. Audiamus igitur antiquitatis Magdeburgenſis peritiſſimum Kinderlingium. Huius fundationis, inquit, verum annum eſſe 955. Vrſinus aſſirmat, contradicens Chronographo Saxoni, qui Monachus Bergenſis monaſterii eſſe videtur, et annum 938. ponit. Sed cum diploma fundationis iam an. 937. datum ſit, hic idem annus 937. tanquam vera epocha inſtitutae Abbatiae poni debet, quem etiam Annaliſta Saxo indicat. Translocationem eiusdem in montem Riddagi extra urbem idem Vrſinus in verſione Ditmari p. 64. not. d. falſo in annum 961. coniicit, ſed vere facta eſt an. 968. teſte Annal. Saxone et Chron. Magdeb. Idem ex decreto Concilii Ravennatenſ. intelligitur, quod Chronographus Saxo pro errore ſibi familiari iuſto ſerius ſub an. 969. recitat. Verba diplomatis an. 961. ad quod Vrſinus provocat, ſcil. *quod conſtruere volumus,* rectius leguntur in veteri copia Archivi Bergenſis: *quod conſtruere voluimus*, hoc ſenſu: *welche Abtei wir zu stiften für gut gefunden oder geruhet haben.* Id convenit cum ſequentibus, ubi Abbas Adwinus ſ. Othwinus memoratur Episcopus Hildeſienſis factus, ergo iam fuit Abbatia. Sic igitur dociſſ. *Kinderling.*

14) *Quicquid in praediis — promiſſo contraxit in tempore.* Pro *promiſſo* notat Leibnitius aliam lectionem Cod. Antverp. *conceſſo* (c. Annal. Saxone. *Wa.*) Anonymus meus correxit *permiſſo.* Vtrumque minus placet. Legendum *praemiſſo*, i. e. antea dicto. Diplomata donationem docent, Ottonem complura S. Mauritio donaſſe ante, quam Eccleſia Magdeburg. eidem dicata et metropolitana perfecta eſſet. Vrſinus non ſatis recte vertit: *zu seiner Zeit. Anno regni eius XXIX. promeruit imperialem (benedictionem).* Legendum an. XXVI. teſte Annaliſta Sax. ad an. 962. *Kind.*

15) *conceſſit.* Cod. Br. tradidit. *Vrs.*

Digitized by Google

An. 955. A. S. Dum haec aguntur, ex parte Sclavorum bellum ingruit horridum, hortatu *Uigmanni* comitis et *Ekbarti*, ductu autem *Nacconis* et *Stoinnegui* 16) fratris eius. Quos *Herimannus* dux superare diffidens regis petivit auxilium. Hic ut erat impiger, militia forti aquilonares invadit regiones, malum saepissime, ut scriptura docet, pandentes, ibique Stoingneum luco absconditum fugientibusque sociis captum, decollari praecepit, confratres autem, tanti sceleris autores, Uuigmannum, materterae regis filium, et Ek-
An. 956. A. S. bertum fugavit. *Luidulfus* vero regis filius malorum depravatus consilio rursum resistit 17), patriaque cedens, Italiam perrexit, ibique cum unum ferme annum esset,
An. 957. A. S. VIII. Id. Sept. proh dolor! obiit. 18). Huius corpus a sociis eiusdem Magontiam delatum lugubriter est in ecclesia Christi martyris Albani sepultum. De tam miserabili fama Rex in expeditione, qua fuit adversus *Redarios*, supra modum turbatus, planxit
An. 954. A. S. filium ut David Absalon. *Thietherdo* Hillinesheimensi antistite mortuo, *Aduinus* Magadaburgensis ecclesiae abbas successit. 19)

An. 961. A. S. Post haec sedatis bellorum asperitatibus Romam iterum pergere simulans Longobardiam manu valida intravit, *Berengariumque* praedictum in monte sancti Leonis
An. 964. A. S. sed in Chron. Ursp. et Chronographo Saxo. duos possidens annos, cum uxore *Uvillan* et filiis ac filiabus ad ultimum cepit callide, exilioque eum in Bavanberge, ubi post moritur 20), relegavit. Dehinc Romam armato petens milite, eiusdem cives sibi resistentes bis vicit, urbemque victor gloriosus intravit DCCCCLXI. 21) dominicae incarnationis anno. Insuper benedictionem a domino Apostolico *Iohanne*, cuius rogatione huc venit, cum sua coniuge, anno regni
An. 962. eius XXVIIII. 22) promeruit imperialem, ac patronus Romanae effectus ecclesiae, Be-
An. 962. A. S. neventum, Calabriam atque Apuliam, ducibus eorum devictis, sibi vendicavit.

An. 965. A. S. Temporibus suis aureum illuxit seculum, apud nos inventa primum vena argenti. 23) Devictus est quoque *Uuigmannus*. Apud Danos regnante tunc *Haroldo* contemta

16) *Nacconis et Stoinnegui.* Duo subreguli Slavorum Saxonibus iam olim infesti. Ann. Saxo. *Vrs.*

17) *resistit.* Sic Dresd. *rebellavit* Brux.

18) *obiit.* Anno 956. teste Lamberto Schafnab. et Arnulpho de gestis Mediolan. Lib. I. c. 5. Hepidannus et Hermannus Contractus locum, ubi de vita migravit, Plombiam in Novara vocant. *Vrs.*

19) *abbas successit.* Leibnitius textui ex Cod. Brux. nominibus tamen personarum et locorum antiquis in recentiora et latina mutatis restituit. *Vrs.*

20) *ubi post moritur.* Obiit Berengarius an. 966. Bambergae sepultus. Vxor eius Willa cucullum amplexa est. Bucellini Annal. Germ. p. 64. *Vrs.*

21) DCCCCLXI. Vitiose Leibnit. DCCCCLXXI. habet. *Vrs.*

22) *anno regni eius XXVIIII.* aberrat hic numerus a vero, qui fuit XXVI. v. versionem meam German. p. 67. *Vrs.*

23) *apud nos inventa primum vena argenti.* Apud nos significat sine dubio in vicinia nostra, in terris Saxoniae inferioris, scil. apud Goslariam. Vrsinus male vertit: *in Deutschland.* At vero in Franconia, Bavaria, terra Salisburgensi, Hassia et Austria iam antiquiores venae argenti detectae erant. *Kinderl.* — Vrsinus Goslariam rectius posuit in notis huic Latinae editioni additis, et provocat ad Heineccii Ant. Goslar. Lib. I. ad an. 968. p. 18.

Digitized by Google

temta Christianitas sic per *Popponem* renovata est presbiterum. Arguebat enim idem An. 952.
et regem et populum, antecessorum cultura suorum deviantem, Diis ac daemonibus A. S.
vacantem, unum affirmans in tribus personis Deum. Interrogatus autem a rege, si ignito voluisset dicta ferro comprobare? paratum se ad hoc esse, hilari respondit animo, crastinaque die ferrum ingentis ponderis benedictum, ad locum a rege determinatum portavit, manumque securam imperterritus elevavit. Quo rex miraculo laetus admodum effectus, cum suis omnibus Christi iugo protinus humiliter se subdidit, in finemque fidelium more praeceptis obtemperavit divinis. 24) Imperator autem hoc ut audivit, vocatum ad se venerabilem virum Popponem, si pugil Christi esset? interrogat, et sacerdotali honore sublimat.

Gero Orientalium marchio *Lusizi* et *Selpuli*, *Miseconem* quoque cum sibi sub- An. 963.
iectis imperiali subdidit ditioni. *Herimannus* dux *Seliburem* 26) et *Mistui* cum suis A. S.
Imperatori tributarios fecit. Aequivocus Imperatoris, iunior inquam *Otto*, quem peperit inclita mater *Adhelheidis*, in nativitate Domini Romae Imperator effectus est An. 967.
patre iubente, ac tunc in Campania iuxta Capuam commorante. Qui filio suimet A. S.
154 uxorem ab imperatore Constantinopolitano desponsare desiderans, nunciis eiusdem ob An. 967.
aliam ad se missis causam, suos fideliter commisit principes hanc legationem ferentes. A. S.
Quos in ipso itinere Graeci solita calliditate ex improviso irruentes, alios occidunt, quosdam vero captos domino suimet augusto praesentabant. Pauci autem ex his effugientes Imperatori suo rei eventum aperiunt. 27) Hic detrimentum suorum graviter ferens, milites optimos *Gunterium* ac *Sigifridum* tale facinus ad ulciscendum in Calabriam propere misit. Qui Danaos victoria priori elatos et sibi occurrentes occiderunt, alios autem in fuga comprehensos obtruncant naribus, tributum a Graecis in Calabria et Apulia extorquentes, spoliisque ditati cum gaudio remeabant. Constantinopolitani autem funere suorum et captivitate tristes effecti, adversus dominum suum conspiravere, dolosaeque Imperatricis consilio per quendam militem peremerunt eundem, loco eius hunc designantes ad imperii totius provisorem. Qui mox magnificis An. 971.
muneribus comitatuque egregio non virginem desideratam, sed neptem suam, Theo- A. S.
phanu 28) vocatam Imperatori nostro trans mare mittens, suos absolvit, amicitiamque

optatam

24) *obtemperavit divinis.* Lege Olai Wormii Danic. Monum. Lib. I. c. 11. et Sax. Grammat. Lib. X. p. 171. ed. Wechel. 1576. Gesta Trevirorum in Leibnitii Access. T. I. p. 70. eadem de Poppone Archiepiscopo Trevirensi narrant. *Vrs.*

25) *Lusizi et Selpuli.* Marchia Orientalis sive Budissinensis ea, quae nunc est Lusatia superior. *Lusizi* pagus complectitur maximam Lusatiae inferioris partem, et *Selpuli* pagus quaerendus est in tractu, Lubbenam et Storcoviam urbes interiacente. *Vrs.*

26) *Seliburem.* Cod. Brux. *Seuberem* satis corrupto. Ann. Saxo *Seluburem.* *Vrs.*

27) *eventum aperiunt.* Legationem hanc male cedentem Luitprandus, episcopus Cremonensis, inter ceteros legatos principem locum tenens, ipse descripsit in legationis historia ab Ottonibus Impp. ad Nicephorum, edita a Cph. Browero et Henr. Canisio. Ingolst. 1600. 4. Baronius T. X. Annal. Eccles. p. 914. s. eam ad an. 968. retulit. *Vrs.*

28) *Theophanu.* Sic in Cod. nostro. *Theophania* a manu recentiori superscriptum. *Vrs.*

Digitized by Google

optatam Caesaris Augusti promeruit. Fuere nonnulli, qui hanc fieri coniunctionem apud Imperatorem impedire studerent, eamdemque remitti consulerent. Quos idem non audivit, sed eandem dedit tunc filio suimet in uxorem, arridentibus cunctis Italiae Germaniaeque primatibus. 29)

An. 961. et 965. A. S. Multa Sanctorum corpora Imperator ab Italia ad Magadeburg per *Dodonem* 30) capellanum suimet transmisit. Hoc autem, quod de eius clerico audivi nomine *Poppone*, *Uvillehelmi* comitis 31) germano, memoria dignum, non est praetereundum.
An. 965. A. S. Is cum Imperatori diu fideliter serviret, nimis infirmatur, et in ecstasi effectus in montem excelsum ducitur, ubi civitatem magnam et pulchra eius conspicatur aedificia. Inde perveniens ad turrim arduam, laboriosos eiusdem scandit aggressus. In cuius summitate magna Christum cum Sanctis omnibus sedentem videre promeruit. Ibi *Brun* 32) Archiepiscopus Coloniensis ob inanem Philosophiae executionem 33) a summo iudice accusatus, et a beato Paulo defensus iterum inthronizatur. Tunc iste vocatus simili de causa redarguitur, et supplici Sanctorum intercessione suffultus talem audivit vocem: *„Post tres dies ad me veniens, hanc, quam ego nunc tibi demonstro, cathedram possidebis."* Haec omnia sacerdos cum evigilaret, Caesari ad se accersito explicuit, et non esse somnium, sed veram affirmans visionem 34), gratias ei retulit pro

29) *Germaniae primatibus.* Pacta matrimonialia an. 972. scripta adhuc supersunt, vulgata a Leukfeldio in Antt. Halberst. p. 248. 659. f. *Vrs.*

30) *per Dodonem capellanum.* De translatis ab hoc Capellano regio Sanctorum quorundam reliquiis mentionem iniiciunt *Annal. Saxo* ad an. 961. et 965. *Chronographus* ad an. 973. *Chronicon Magdeb.* ap. Meibom. T. II, 276. cf. etiam *Shannat. Vindem. literar.* II, 73. Ipsum nostrae urbis monasterium quasdam horum thesaurorum particulas servat, per conditorem suum *Hermannum Billingium* ab Ottone Magno, cuius favore singulari usus est, impetratas. Testimonium eiusdem aetatis in tabulario nostro exstat, quod ipsi arculae videtur affixum fuisse: *In isto scrinio reconditae sunt reliquiae Sanctorum, quas Dodo presbiter attulit domino atque venerabili duci* Hirimanno. *Brachium S. Rustici et mart. et brachium S. Floriani mart. et brachium S. Leontii mr. et brachium S. Epiphanii ep. et conf. Et reliquiae Sanctorum Valentini ep. et mr. Felicissimi diaconi et mr. et Eleutherii mr. et Fortunati ep. et conf.* Hanc schedam ab ipsius Dodonis manu esse, verisimile est, quo fit, ut memoratum in Necrologio nostro ad diem XXI. Martii Dodonem monachum Capellanum illum regium fuisse coniiciam. *Wed.*

31) *Uuillehelmi Comitis.* Wimariensis Annal. Saxo. *Vrs.*

32) *Brun.* Frater Imperatoris. Ann. Saxo. *Vrs.*

33) *executionem.* Alia manus in Cod. Dr. *exercitationem*, quod non spernendum. *Wa.*

34) *affirmans visionem.* Leibnit. in emendat. Dithm. p. 1005. posuit *affirmans promissionem*, quod vero nec textui, nec sensui dicentis convenit. Etiam Ann. Saxo legit: *veram legit affirmans visionem. Vrs.* Visionem retinuit Vrs. sed cum additamento, et quidem ita, ut Caesari explicationem tribuat: *Dieser versicherte ihm, (dem Popo) es sey kein Traum, sondern eine wirkliche Erscheinung, eröffnete ihm dessen Bedeutung* etc. At vero Ditmarus non Caesarem, sed Pypponem ipsum sui somnii facit interpretem, ergo scribendum erat: *Er versicherte dem Kaiser* etc. Ceterum legendum videtur: *sed veram visionem affirmans et promissionem. Kind.*

Digitized by Google

pro bonis omnibus, quae ei unquam fecit, et sic ei indictum est. Facta confessione et indulta a praesentibus remissione, dereliquit aliena, repetens sua cum pace bona, flentem tam felici obitu consolatus Seniorem.

Pretiosum quoque marmor cum auro gemmisque Caesar praecepit ad Magadaburg An. 965. A. S. adduci. In omnibus columnarum capitibus Sanctorum reliquias diligenter includi iussit. Corpus egregii comitis *Christini* aliorumque sibi familiarium iuxta supra memoratam posuit ecclesiam, in qua sibi sepulturam, quamdiu vixit, praeparari concupivit. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXI. 35) regni autem eius vicesimo quinto praesentibus cunctis optimatibus in vigilia nativitatis Domini corpus Sancti *Mauritii* et quorundam sociorum eius, cum aliis Sanctorum portionibus Ratisbonae sibi allatum est. Quod maximo, ut decuit, honore *Parthenopolim* transmissum, unanimi indigenarum et comprovincialium conventu ibidem susceptum est, et ad salutem patriae totius hactenus veneratum est.

Interea *Bernhardus* antistes venerandus plenusque dierum, XLVIII. ordinationis An. 968. A. S. suae anno 36) et in ipso die, id est III. Non. Februarii obdormivit in Domino. 37) Insuper *Vuillehelmus* sanctae Archipraesul Magonciae, cui cura ab Imperatore, Domino suimet et parente, commissa fuit *Parthenopolim* disponendi, caeteraque regni necessaria regendi, cum aegrotantis reginae finem *Mechtildis* expectaret, in *Reduluuerothe* An. 968. A. S. VI. Non. Marcii moritur. Huius obitum nimia corporis infirmitate oppressa venerabilis regina, nullo adhuc certa nuncio, praesentibus cunctis intimavit: „*Filius*, inquiens, *meus Vuillehelmus proh dolor! jam exspirans memoria indiget salutari.*" Et *Luidulfus* abbas Corbeiensis egregius, corporaliter sibi occurrentem 38) illum nocte eadem, qua transiit, videns obstupuit, et mortuum hunc esse confratribus nunciavit. Posthaec sancta Mechtildis II. Id. Marcii 39) migravit ab hoc exilio 40), spiritum com- An. 968. A. S. mittens

35) *DCCCCLXI.* v. Chronogr. Saxo ad an. 961. p. 170. Baronii Annal. Eccl. T. X. p. 876. n. 3. *Vrs.* — Legendum 967. quia mors Bernbardi Halberstadensis episcopi mox memoratur, alias quadragesimus et octavus annus ordinationis eius non potest erui. Vetus scriptura habuisse videtur 961. cuius ultima figura numeri septenarii a descriptore pro numero unitatis accepta est. Ditmarus quidem non semper accuratus est in designandis temporibus, nam quae de Gerone, an. 965. mortuo, hic afferuntur, huc non pertinent, vel 961. vel 967. legas; tantum inseritur Geronis memoria, quia Bernhardus Halberst. monasterium Gernrodense dedicavit; sed nisi hic legatur 967. Ditmarus erroris vix tolerabilis accusandus esset, tum hic, tum in mox sequentibus. *Kind.*

36) *XLVIII. ordinationis anno.* Nodum in hoc numero expedivit Leukfeld in Antt. Halberst. p. 232. s. *Vrs.*

37) *in Domino.* Hic secunda vice in infimo loco fol. 22. ab antiqua manu adscriptum: S. Petro Wernherus Eps. *Vrs.*

38) *occurrentem.* Cod. Brux. *apparentem.* *Vrs.*

39) *Mechtildis II. Id. Martii.* hoc est, die XIV. Martii, non, quod Vrs. in vers. Germ. p. 74. vult, die VI. Martii. Illum diem habet etiam necrologium Hildesbem. Leibn. I, 764. et nostrum. *Wed.*

40) *exilio.* Cod. Brux. *seculo* c. Ann. Saxone.

Digitized by Google

mittens ac creatori fuimet reddens Deo, fepultaque eft coram altari Chrifti praefulis
Servatii iuxta Seniorem fuum, quia quem viventem dilexerat, huic fe mortuam coniungi
An. 965. A. S. quamdiu deguit 41) femper imploravit. *Gero* quoque defenfor patriae, dum unici morte
turbaretur filii fuimet illuftris *Sigifridi*, Romam pergens emeritus iam fenex coram altari
principis Apoftolorum, Petri, arma victricia depofuit, et apud Dominum Apoftolicum
fancti impetrans brachium Cyriaci, ad Deum cum omni fuimet haereditate confugit,
patriamque revifens, nati fuimet viduam prius velatam monafterio in faltu, quod fuo
fignatur nomine *Gerinrod* conftructo 42), *Hathui* vocatam, ftatuit Abbatiffam, a Bern-
hardo confecratam episcopo 43), firmatisque his omnibus, felici hos obitu praeceffit
XIII. Kal. Iunii. Imperator autem comperta lugubri matris et filii caeterorumque nece 334
principum, gravi queritur moerore invincibile totius reipublicae damnum. Urgebat
eum ad hoc timor mortis propinquae, et quod Deo rebus promifit in anxiis, oportu-
no tunc complere ftuduit in tempore.

An. 968. A. S. Electum namque a cuncto fanctae Haluerftidenfis ecclefiae clero et populo *Hil-
linvardum*, tunc praepofitum et a domino fuimet Bernhardo ad hoc praefignatum,
Romam venire praecepit. Cumque eodem, quod diu latebat, fecretum mentis revol-
vit, fcilicet facturum fe in urbe Parthenopolitana archiepiscopatum femper ftuduiffe,
ob fpem remunerationis aeternae, defenfionemque communis patriae, feque ad omnia,
quaecunque unquam ab eo expetiiffet, promifit paratum, fi confentiret fibi hoc per-
ficere votum. Hic autem, ut erat fapiens, piae connivebat petitioni, partemque paro-
chiae, quae fita eft inter *Oram* et *Albim* et *Bodam* fluvios, et infuper *viam*, quae
Fritherici dicitur, Deo conceffit, fanctoque Mauricio ac Imperatori. Infuper idem
caritative rogatus a Caefare Augufto, dedit Deo fanctoque Laurentio parochiam ia-
centem inter fluvios *Uvillerbizi* et *falfum mare* et *Salam* ac *Unftred* et *Helmana* et
foveam, quae eft iuxta *Ualeshufun*. 44) Tali munere Imperator arridens per manus
An. 943. A. S. rect. fuscepit eundem, curamque ei baculo committens paftoralem „accipe, infit, pretium
patris tui!" Hunc enim *Ericum* nomine, cum *Baccone, Herimanno, Reinwardo,*
An. 941. Chron. *Wirino, Eferico*, caeterisque, qui in Quidilingeburg eundem tunc in pafcha folemni
Quedlinb. occidere conabantur, decollari praecepit. Avum autem meum nomine *Luitharium*
ap. Leib- eiusdem confilii participem libenter perdere voluit, fed fibi familiarium devictus con-
nit. T. II. filio principum, captum hunc mifit tunc Bauuariam ad comitem *Bertoldum*, compre-
p. 279. henfis fibi omnibus fuimet rebus, ac late diftributis usque in annum integrum; 45)
tunc-

41) *quamdiu deguit.* Addit C. B. *in hac vita.* Ann. Saxo: *quamdiu vixit.* *Vrs.*

42) *Gerinrod conftructo.* Tabulae fundationis Gernrodenfis de an. 964. exftant in Leukfeldii Antt. Halberft. p. 642. f. *Vrs.*

43) *confecratam episcopo.* Cod. Dresd. fic aperte, non *Chrifto*, quod editt. habent. *Wa.*

44) *Ualeshufun.* Nomina hodierna iftorum fluviorum funt *Wildbach*, qui non procul ab oppido *Kelbra* Helman influit; *Salzsee* prope Seburg in comitatu Mansfeldenfi, et exinde profluens fl. *Salza*; *Sala* et *Unftrut* notiffimi; *Helma* modico intervallo vicum *Wallhausen* praeterfluit. *Vrs.*

45) *in annum integrum.* Cod. Br. addit. *excitavit.* *Vrs.*

Digitized by Google

tuncque gratiam regis et ſua omnia cum magna pecunia et praedio in *Sonderslevo* et in *Vodeneſuege* 46) iacenti acquiſivit. Sed coeptum iter peragam. Imperator vocavit ad ſe *Richarium*, Magadaburgenſis eccleſiae abbatem tertium. Nam *Anno* et *Otwinus*, tunc episcopi, praefuerunt ei. 47) Volens hunc dignitate ſacerdotali decorare, ſed viſa quadam epiſtola, quae clanculum ſibi deferebatur, omiſit, *Adhelbertumque* Treverenſem, profeſſione monachum, ſed *Ruſciae* prius ordinatum praeſulem, et hinc a gentilibus expulſum, ad Archiepiscopatus apicem inclitum patrem et per omnia probatum anno dominicae incarnationis DCCCCLXX. 48) XV. Kal. Novembr. apoſtolica auctoritate promovit. Tunc miſit eum ad ſedem ſuam cum magno honore, praecipiens univerſis Saxoniae principibus, ut proximum natale Domini cum eo eſſent. Archiepiscopus autem a clero et omni populo magnifice ſusceptus, in his feſtivis diebus conſecravit *Boſonem*, Merſeburgenſis eccleſiae Paſtorem, *Burchardum* Misnenſis eccleſiae proviſorem 49), *Hugonem* episcopum Citicenſem, Hauelburgenſis eccleſiae cuſtodem his *Tudonem* cooptavit, prius conſecratum 50), omnes hos, ſubiectionem ſibi fuis-

An. 968. A. S.

An. 969. A. S.

46) *Sonterslevo et Vodenesuege.* *Sandersleben* et *Guenswegen* in diſtrictu Magdeburgico. *Vrs.*

47) *praefuerunt ei.* ſcil. eccleſiae. *Anno* Wormatiae, *Otwinus* Hildensheim episcopi praeerant. Ann. Saxo p. 317. *Vrs.*

48) *DCCCCLXX.* Annus electionis Adelberti (Cod. Dr. Adhelberti) primi Magdeburgenſium Archiepiscopi ex Codice noſtro eſt DCCCCLXX. nam qui ſequitur numerus XV. perſpicue et ſine omni litura ſeparatus legitur, pertinet enim ad *Kal. Nov.* Annum vero 970. in mendo cubare, eiusque loco 968. reponendum eſſe, iam olim Vrſinus ex bulla Pontificia probaverat, nec ab hac vera ſententia disceſſit in nota huic Latinae editioni ſubiecta. *Wa.* — Sed audiamus Kinderlingium: „Paullo aliter haec in Cod. Antv. citante Ianningo leguntur, ſed ita ta„men, ut falſus numerus anni fundationis Archiepiscopatus verbis, non numeris indicatur: „*Adelbertum — Rusciae prius ordinatum Praeſulem, et a gentilibus hinc expulſum — an„no — nongenteſimo ſeptuageſimo* XV. *Kal. Nov.* etc. Sed vel memoriae lapſus Ditmari ad„mittatur, vel vitium deſcriptoris ex Decreto Concilii Ravennatenſ. ap. Annal. Saxonem, Sa„gittarium etc. ſatis elucet, annum 968. verum eſſe annum fundationis AEpatus Magdeburgenſ. „Id quod Conr. Ianningus in Actis Sanctor. Iunio T. VI. P. I. p. 57. ſſ. fuſe demonſtravit, „Sagittario conſentiente. Hic itaque legendum eſt DCCCCLXIIX. XV. Kal. Nov. Id et ipſe „Vrſinus, eorum, quae de translocatione monaſterii Magdeburg. ſcripſerat, plane immemor, „ex bulla Pontificia recte perſpexit." Hactenus *Kind.* — Ad verbum *Rusciae* quod attinet, Cod. Dr. uti Antverpianus a Ianningo collatus habet *Rusciae*, non *Ruſſiae*, (quanquam Dresd. in hac voce ſibi non conſtat, aliis enim locis *Rucia*, ſemel adeo *Ruszorum* rex occurrit) uti et in reliquis huius loci lectionibus, verborumque collocationibus uterque Codex conſentiunt. *Wa.*

49) *Burchardum*, Misnenſ. Eccleſiae *proviſorem.* Cod. Antv. legit pro eccleſiae *ſedis.* *Proviſor* vero hic idem eſt ac Episcopus. Minus recte de plebano ſ. presbytero intelligit Vrſinus. Alibi etiam Willigiſus Archiepiscopus Moguntinus, proviſor Eccleſiae ſuae dicitur, quin ipſe Imperator proviſor Imperii nominatur. Similiter vox *paſtor* in ſtatim ſequentibus, et vox *cuſtos* paullo ante tanquam ſynonymon Episcopi occurrit. *Kind.*

50) *Havelburgenſis eccleſiae — prius conſecratum.* Codex Antv. notante Ianningo legit *Havelsburgenſis — it. Dudonem.* Semlerus notat, in fine legendum eſſe *prius* non *conſecratum*, et, quia de Ditmaro, Brandenb. episcopo, ſequitur: *ante hos unctos* correctio eius probabilis videtur. Chronicon Magdeb. tamen ſcribit: et Havelbergenſem et Brandenburgenſem episcopos *antea*

Digitized by Google

suisque promittentes successoribus, disposita singulis quibusque parochia speciali. Additus est his confratribus Brandeburgiensis ecclesiae pastor *Thietmarus* ante hoc unctus, et *Iordan* episcopus Posnaniensis.

Operae pretium est, quamvis iure praeposterus mihi imputetur ordo, hoc adnectere, qualiter Imperator fratri suimet, domino *Brunoni*, nominato a suimet patruo
An. 879. A. S. duce *Brunone*, qui a Luthuvvigo rege in expeditionem ad Danos missus, cum episco-
880. Annal. Franc. pis duobus *Thiadrico* et *Marcquardo* 51) caeterisque militibus IIII. Non. Febr. fluminis inundatione interiit 52), mortuo Agrippinae sedis provisore *Vuigfrido* episcopatum
An. 953. A. S. eiusdem ducatumque regi insuper daret Luitharii. Hic post iniquorum, quamvis sapientissimus esset, consilio depravatus, pro bono malum regni suimet germanoque re-
An. 954. A. S. stituere meditatur. Vocavit namque ad se *Hugonem* 53) generum, regi, ut supra memoravimus, nimis infidelem, ad convivium, et cum corona artificiose gemmata regnum ipsi committere, consanguinitatis et iuramenti immemor, studuit. Qui cum in sancto die solemnis Paschae paratis omnibus instrumentis regalibus, generum promissa foemineo expetentem desiderio coronare voluisset, odio, divinae miserationis gratia, sapientiaeque cuncta volventis, freno paululum relaxato, puduit incepti et poenituit; accersitoque clam suimet secretario 54), quem praediximus, *Uolcmero*, quod in mente latebat vulnus aperuit, qualiterque curaretur, diligenti consilio quaesivit. Sed conversis quibusque paratus ad omnia Deus, huic in mentem coelitus misit, quo curam sui Senioris respondendo talibus mitigavit. „*Sanctus*, inquit, *Spiritus tibi*, *Senior carissime*, *suggessit*, *ut non amplius adversus nos praevaleret tanti auctor sceleris inimicus; quem sic confundi, teque autumo posse honorari. Coronam quam genero tuo cras te daturum promisisti, vobis consedentibus praesentabo, ut fides tua in conspectu omnium clarescat, et invitus corruens disrumpo eandem, ut fraternus amor modo frigidus in posterum recalescat.*" Placuit hoc Archiepiscopo, et sic expleri votis exultantibus divinas pulsavit suppliciter aures. Mane autem facto dicta haec in

antea unctos et Moguntino AEpiscopo subiectos fuisse, idque coniecturae Semleri manifeste repugnat. Porro cum Havelbergensis episcopatus antiquissimus sit, quem Otto I. iam anno 946. (Chronograph. Saxo 939. ponit) ad convertendos Slavos instituit, quis credat, primum episcopum, qui *Oudo* in charta fundationis vocatur, per 22. annos sine unctione mansisse. Ditmari lectio itaque sine dubio sana est. *Kind.*

51) *Thiadrico et Marcquardo.* Ille Mindensis, hic Hildesheimiensis episcopus. Annal. Sax. p. 218. f. *Vrs.*

52) *interiit.* Clades haec facta est ad Ebbekesdorf ditionis Luneburgicae v. Leukfeld Antt. Halberst. p. 86. *Vrs.*

53) *Hugonem.* Rectius Cuno f. Conradus dux Francorum, uti in vers. Germ. p. 82. pluribus probavi. Annal. Saxo p. 291. nomen proprium plane omisit, merumque *generum regis* habet. *Vrs.* Semlerus correxit Cunonem, quod omnino verum est. *Kind.*

54) *secretario.* De vera huius vocis illa aetate significatione v. Moseri Obss. diplom. T. II. p. 550. f. *Vrs.*

Digitized by Google

in factis ſunt impleta. Archiepiſcopus magnum ſimulabat moerorem; *Hugo* autem 55)
336 ſuique tanta ſpe fruſtrati inconſolabilem ſuſtinuere dolorem, conſummatisque diebus
feſtivis, aliis quam ratus ſit donis honoratus, rediit. Poſt haec confratres, rex inquam
et episcopus reconciliati, invicemque pietatis ſtudio perſeverantes, omnem inimicitiae
ſcrupulum deinceps amovere curabant. Sed Archipraeſul divinitus in cunctis humani-
tusque pollens proficuitatibus XIII. ordinationis ſuae anno ſomno pacis ſoporatus V. Id. An. 965.
Octobr. 56) fratrem reliquit triſtem. A. S.

Tales inſidiantium laqueos compluresque alios in regni ac in cura imperii XL.
ferme annos converſatus *Otto* praefatus, Chriſto ſe in omnibus protegente, ſecurus
evaſit. Pauca locutus ſum de innumerabilibus et iſto melioribus tanti viri ingenuis
actibus, quia liber unus de eiusdem nobili converſatione pleniter inſcriptus 57), me
aliquid prohibet addere. Imperator autem fraterna clade turbatus, *Vulmero* 58), eius-
dem familiari capellano, ob amorem eius episcopatum et animae curam fideliter com- An. 965.
mendavit; quo ſedente tempus a Deo ſibi permiſſum et in omnibus egregie conver- A. S.
ſanti et de medio XV. Kal. Auguſti decedente; *Gero* frater *Thiatmari* marchionis a An. 970.
clero et ab omni populo electus eſt: et hoc Imperatori mox adnunciatur. Hic quia A. S.
praefato fratri ſuo ob multas cauſarum ſpecies iratus fuit, dare huic episcopatum no-
luit. Interea is, quia capellanus tunc erat, in uno dierum miſſam celebrans in Papia
civitate, vidit ſolus Sanctum Petrum et Ambroſium ſancto ſe benedicentes oleo, et
nulli tunc prodidit, ſed tantum divinae pietatis munus aequa mente portavit. Impera-
tori autem in ſancto dominicae reſurrectionis die evaginato apparuit angelus gladio,
cum iam praeparatus excepta corona ad eccleſiam pergere voluiſſet; *Niſi*, inquiens,
in Gerone hodie compleveris electionem, ſecurus non evadis hanc ſedem." Expa-
vescens ob hoc Caeſar, *dominum*, inſit, *vocate Geronem;* eique protinus venienti
curam baculo paſtoralem commiſit, et indulgentiam humiliter efflagitavit. Hic a ſuf-
fraganeis poſtea benedictus, ut ſignis hodie declaratur, nomen et officium Deo homi-
nibusque accepte, dum vixit, tota mentis devotione portavit. Huius ſancta mater,
Ida nomine, Ieruſalem orationis gratia petens, illicque infirmata hanc ſuis legationem
pediſſequis commendavit: „*egredienti animae meimet prolongato huius exilii inco-
latu, corpus meum matri terrae celeriter tradite, et mox euntes haec filio nunciate
Geroni, quo peregrinae genetrici ſuae talem in terris non deneget honorem, qua-
lem prius in coelis dare dignatus eſt Deus, et altare mihi in eccleſia ſanctae con-
ſtituat Caeciliae.*" Talibus praeceptis devotae obtemperantes famulae, dominam ſuam
poſt

55) *Hugo autem.* Annal. Saxo p 291. *Dux autem*, omiſſo nomine. *Vrs.*

56) *V. Id. Octobr.* Remis in Gallia mortuus eſt VIII. Id. Octobris 965. corpus eius a Theoderico Metenſi episcopo Coloniam refertur. Ann. Saxo. *Vrs.*

57) *liber — pleniter inſcriptus.* Sine dubio reſpicit ad Witichindi Annales. *Vrs.* cui conſentit *Kinderling.*

58) *Vulmero.* Ann. Saxo: *Folcmaro. Vrs.* — In Necrologio noſtro ad XVIII. Iul. *Folcmarus archiepiscopus*, nempe Colonienſis. *Wed.*

post haec feliciter exspirantem sepelierunt, et statim recedentes miseriam non inscianae 59) effugerunt subsecuturam. Nam *Saraceni* Ierusalymam tunc invadentes nil reliquere victis, quod sancta 60) eis clam tunc praedixit matrona, cum se mortuam iussit propere tumulari et suas abire. Venientes autem hae Coloniam cuncta Archiepiscopo pandunt ordine. Quas idem benigne suscipiens, Deo gratias egit et iustae eiusdem petitioni satisfecit.

Et quia pauca locutus sum de laude ignota tanti praesulis, libet consequentibus caetera differere, ut in his virtus eiusdem valeat enucleatius apparere. Imperator audita Ratisbonensis ecclesiae praesulis morte eo perrexit, et ut episcopatum non alii daret, nisi ei, qui primus sibi occurrerit, in somnis admonitus est. Crastina autem die primitus inlucescente, Caesar ad monasterium Christi martyris Emmerammi, monachis hoc nescientibus, cum paucis venit, et paulatim ostium pulsans, a quodam *Gunthero*, ecclesiae pervigili custode et per omnia venerabili patre, intromissus est. Quem intuens ad adorandum primo supplex processit, deindeque talibus aggreditur: „*Quid, mi frater, pro adipiscendo episcopatus honore vis dare?*" Senior ad haec subridens, „*calceos*, insit, *meos*." Hunc autem cum caeteris confratribus ad electionem antistitis ad sanctum Petrum venientem, Caesar explicato cunctis somnio caeteroque rei eventu cum consilio cleri totiusque populi ad sacerdotem constituit. Is vero accepta benedictione sedebat tantum sex menses, aegritudineque compressus valida ad modicum convaluit, sumtoque in manus cinere, locum, quo de hoc seculo migrare voluit, signo sanctae crucis ipse consurgendo signavit, solotenusque positus, illud beati Iob carmen beatus et ipse cecinit: „*Auditu auris audivi te, Domine* 61), *nunc autem oculus meus videt te; idcirco ipse me reprehendo, et ago poenitentiam in favilla et cinere.*" Et continuo confessione cum lacrimis peracta emisit spiritum; impletumque in eodem est, quod antecessor illius similis habitus huic praedixit: „*tu debes, frater, secundus post me hanc ecclesiam regere, sed parvo tempore vives, Deo tantum te misericorditer coronante.*" Quod quam diu hic peregrinatus est, iuxta Dei voluntatem fieri idem semper optavit. Has de duobus episcopis sententias ideo protuli, ut scias, lector, quod coelestis gratia Imperatori saepe aperiret, quid sibi in humanis fieri placeret. Hic audito obitu tanti patris *Michaëlem* huic succedere fecit. Qui cum commissa sibi optime diu regeret, commoventibus iterum orientales Ungris, cum caeteris Bauuariorum principibus his ad succurrendum venit. Sed exorto mox inter eos duello, proh dolor! nostri victi ab hostibus atque prostrati sunt. Episcopus autem

An. 952. A. S. (margin, beside "caetera differere")

An. 952. A. S. (margin, beside "humanis fieri placeret")

59) *non insciae.* Hoc *non* superscriptum a secunda manu, sed antiqua. Nec potest abesse ob ea, quae statim sequuntur. *Wa.*

60) *Sancta.* Addit Antv. *Hidda*, quae vox tamen ex antecedentibus facile intelligi poterat. Annal. Saxo *Hildam* vocat. De hac Ida s. Hidda plura dabit Meibomius T. II. Scr. Rer. Germ. p. 467. ff. *Vrs.*

61) *Audi tu auris, audivi te, Domine.* Legendum: auditu auris audivi te. ex Iobi c. 42. v. 6. *Kinderl.* nec aliter Vrsinus ex Dresdensi. *Wa.*

Digitized by Google

337 autem abſciſa ſuimet auricula, et caeteris ſauciatus membris cum interfectis quaſi mortuus latuit. Iuxta quem inimicus homo iacens et hunc vivere ſolum ab inſidiantium laqueis tunc ſecurus cernens, haſtam ſumſit et necare eundem conatus eſt. 62) Tunc iſte confortatus in Domino poſt longum mutui agonis luctamen victor hoſtem proſtravit, et inter multas itineris aſperitates incolumis notos pervenit ad fines. Inde gaudium gregi ſuo exoritur, et omni Chriſtum cognoscenti. Excipitur ab omnibus miles bonus in clero, et ſervatur optimus paſtor in populo, et fuit eiusdem mutilatio non ad dedecus, ſed ad honorem magis. Et nunc revertar ad explanandam narrationis ſeriem.

Romanorum praepotens Imperator Auguſtus valentiorem ſibi in Chriſto dominum An. 964.
Apoſtolicum, nomine *Benedictum*, quem nullus absque Deo iudicare potuit, iniuſte, A. S.
ut ſpero, accuſatum deponi conſenſit, et, quod utinam non feciſſet, exilio ad Hammaburcg relegari praecepit, ut poſt lucidius indicabo. Interim *Hirimannus* 63) dux An. 969.
Saxoniam regebat, poſitaque ad Magadaburg concione, ſusceptus eſt ab Archiepiscopo, A. S.
manuque deducitur ad eccleſiam accenſis luminaribus, cunctisque ſonantibus campanis. Ibi avum meimet *Heinricum* 64), tantae reſiſtentem ſuperbiae, dolo capere dux niſus non potuit, quia hunc militum magna caterva vallavit; praecepit tamen ei, ut Romam poſt imperatorem pergeret. Quod libentiſſime complens, transſcenſis Alpibus ut primum ad Imperatorem venit, videns eum a longe, ſolotenus ſe proſtravit, interrogatusque, quid cauſae hoc eſſet, quod accuſatus apud eum, gratiam ſuam pietatemque ſolitam perdidiſſe timeret, lacrimabiliter reſpondit. 65) Quem protinus elevatum Imperator osculatur, ſingulaque ſagaciter perquirens et de ſusceptione ducis, quomodoque is in medio episcoporum ad menſam loco Imperatoris ſederet, lectoque dormiret, perdidicit. Ob haec Caeſar Auguſtus maſcula bile 66) ſuccenſus 67), *Adhelberto* per epiſtolam mandavit episcopo, ut tot ſibi equos mitteret, quot duci campanas ſonare,

E 2 vel

62) *conatus eſt.* Poſt haec verba tertia vice Wernherus episc. nomen ſuum adſcripſit. *Urs.*

63) *Hirimannus dux.* Mortuus eſt XXVII. Martii 973. quem diem, praeter necrologium noſtrum, necrologium etiam Mollenbec. ap. Schannat I, 139. habet. Diplomata principum domus Billingicae rariora, quorum mihi quidem non niſi quatuor nota ſunt; aliquot tamen Billingorum monumenta ſeculi XI. in tabulario noſtro ſervantur. *Wed.*

64) *avum meimet Heinricum.* Comitem de Stadhe. Ann. Saxo. *Urs.*

65) *lacrimabiliter reſpondit.* Inſeruit Leibnit. e codice ſuo: *quod accuſatus apud eum gratiam et pietatem ſolitam ſe perdidiſſe timeret.* Bis igitur poſuit. *Urs.* Sed in Emendatt. deleri ea iuſſit Leibnitius. *Wa.*

66) *mascula bile.* Sic Dresd. Priores editiones habent *mascule*, vel *masculabiliter.* Unice verum, quod Dresd. habet, et Annal. Saxonis auctoritate firmatur. Eſt enim ſumtum e Perſii Sat. V, 144. *Wa.*

67) Ibid. *ſuccenſus* pro *ſuccenſens* repoſui e Cod. Dr. *Wa.*

Digitized by Google

vel quot coronas 68) accendi praeciperet. 69) Imperatoria Archipraeful peragens edicta, quibuscunque valuit modis se per legatos suimet excusare contendit. Comes praefatus 70) tam ingeniosus erat, ut Caesarem iratum prae caeteris principibus placare potuisset facilius, et quia 71) eius fuit consanguineus, gratiam imperialem usque in exitum suimet vitae fideliter obtinuit. Quem torque aureo donatum Caesar dimisit remeare, suosque familiares contristatis hostibus laetificare.

An. 972. A. S. Interea *Vdo* venerabilis Marchio *Miseconem* 72) Imperatori fidelem, tributumque usque in *Uurta* fluvium solventem exercitu petivit collecto. Ad cuius auxilium pater meus comes *Sigifridus*, tunc iuvenis, necdumque coniugali sociatus amori, venit solum cum suis, et in die sancti Iohannis Baptistae adversus eum pugnantes, primoque vincentes, a fratre eiusdem *Cideburo*, exceptis tantum comitibus praesatis, omnes optimi milites interfecti oppetierunt in loco, qui vocatur *Cidini.* 73) Hac de fama miserabili Imperator turbatus de Italia nuncios misit, praecipientes Vdoni atque Miseconi, si gratiam suimet habere voluissent, usque dum ipse veniens causam discuteret, in pace permanerent. An. 973. A. S. Posthaec subditis sibi cunctis hostium cuneis 74) arduam Alpium transcendit viam, Bauuariam invisens regionem, ibique cunctis sapienter dispositis, recto itinere ad Magadaburgiensem pergens civitatem, palmas ibidem festivo duxit honore. Namque solebat in solemnitatibus universis ad vesperam et ad matutinam atque ad missam cum processione Episcoporum venerabili, deindeque caeterorum ordine clericorum cum crucibus, sanctorumque reliquiis ac thuribulis ad ecclesiam usque

68) *coronas.* Contra fidem Cod. nostri legit Reineccius *lucernas*, uti Leibnitius. Chron. Magdeb. ap. Meibomium T. II. p. 275. in *coronis* consentit. *Vrs.*

69) *praeciperet.* Rectius cum Reineccio, et Leibnitio, et Ann. Saxone legendum esit: *praeceperat.* *Vrs.*

70) *Comes praefatus*, scil. Henricus, avus Dithmari, de quo plura Ann. Saxo. p. 319. *Vrs.*

71) *placare potuisset facilius, et* cet. Sic Cod. Dr. priores editiones, omissa voce *facilius* ita habent: *placare potuisset. Sed* cet. *Wa.*

72) *Misiconem.* al. Miczislaum, Poloniae ducem. Ibid. *Uurta.* vocatur nunc *Warta.* *Vrs.*

73) *Cidini.* forte *Sezeni* in palatinatu Sendomiriano, ultra Cracoviam. Dingelstadius proponis *Citen* in Ukera propter monasterium Chorin, vel *Citen* in media Marchia ad lacum Soldinum. Abelio placet *Zehden*, oppidulum novae Marchiae ad amnem Mugliziam. v. Meibomii Chron. Walbecc. ab Abelio editum p. 21. 22. *Vrs.* — *Sam. Lenzius* c. Abelio *Zehden* ad Oderam in Neo-Marchia intelligit. Fluvius *Vurtha*, paullo ante memoratus, sine dubio est fluvius Marchiae, qui hodie *die Warthe* dicitur. Inde Lenzii coniectura probabilis videtur, sed longe aliter explicat *Gelasius Dobnerus* in notis ad Hagecii Chronicon Bohemicum T. III. p. 206. scribens: *Locum pugnae Cidni Ditmarus vocat* Cidini, *alius Ditmari Codex vocat* Cidri, *quae varia lectio vocem corruptam esse, et procul dubio* Cidri *seu* Zitrici *legendum ostendit.* Arbitratur itaque Dobnerus, nomen pagi Slavici esse, et provocat ad diploma Ottonis II. an. 979. Nienburgensi Monasterio datum, et vicum *Ziesen* in inferiori Lusatia reliquias veteris nominis *Zitrici* adhuc servare, ex Chron. Gottwic. T. I. p. 880. notat. *Kind.*

74) *cuneis.* Cuneus est collecta in unum militum multitudo in formam cunei. v. *Lipsium* de milit. Rom. Lib. IV. p. 203. et *Daniel hist. de la Milice Francoise* T. I. p. 18. Tab. 3. *Vrs.*

Digitized by Google

que deduci. Hicque cum magno Dei timore, qui eſt principium ſapientiae, ſtaret atque ſederet, usque dum finita ſunt univerſa, nil loquens niſi divinum, ſed ad caminatam ſuimet cum luminaribus multis, comitatuque magno ſacerdotum, ducum ac comitum remeabat. Pro remedio autem animae ſuae tradidit poſtera luce ineffabilia Deo munera, invictiſſimoque eius duci Mauricio, in praediis, in libris, caeteroque apparatu regio, confirmans omnia legitima advocatorum, traditioneque ſcripturarum, praeſentia et laude imperatricis et filii, atque ſub omnium teſtimonio Chriſto fidelium. Dehinc ivit ad Quidilingeburg, proximum paſcha divinis laudibus, humanisque peragens gaudiis. Huc confluebant Imperatoris edictu *Miſeco* atque *Bolizlaus*, duces [et legati Graecorum, Beneventorum, Ungariorum, Bulgariorum, Danorum et Sclavorum] 75), cum omnibus regni totius primariis, conſummatisque pacifice cunctis, ditati muneribus magnis, reverſi ſunt ad ſua laetantes. Kalend. Aprilis 76) *Herimannus* autem dux ibi tunc moriens Imperatoris gaudia turbavit. Huius corpus dum ad Luniburg a filio ſuimet Bernhardo deferretur, contigit ibi *Brunonem*, Ferdenſis eccleſiae antiſtitem, in proximo eſſe. Hic quia Herimannum, dum vixit, banno conſtrictum habuit 77), ſuppliciter rogatur a filio, ut et ſolutionem ſaltem defuncto impenderet, et in eccleſia eundem ſepeliri liceret. Sed is quod poſtulat nequaquam impetrat.

Sed quia praeſulis iſtius memoriam feci, volupe 78) eſt mihi, de eodem amplius
338 effari. Fuit hic conſanguineus praedicti ducis, nova monacus Corbeia, et ob venerationem ſuam Imperator eundem *Amolongo* ſucceſſorem ſtatuit episcopo, qui eccleſiam in Uerduun, cui rationabiliter praefuit, de ligno quia lapis defuit ei, fecit egregiam 79), et magnitudine et qualitate caeteras praecellentem benedixit, et in ſenectute bona
proficiens obiit III. Non. Maii, frater ipſius Herimanni ducis. 80) Hic autem dum ſenio An. 962. A. S.
et infirmitate aſſidua gravatus admodum tardaret, rogatur a Caeſare, ut *Herimannum* ſuimet capellanum, *Volcmeri* fratrem antiſtitis, pro filio nutrire, et ad iuvamen et ad haeredem voluiſſet ſibi eligere. Hanc legationem gementi animo ſuscipiens, talia reddit

75) *et legati Graecorum — Sclavorum.* Quae hic e Codice noſtro ſigno inſertionis textui ab antiqua manu ſuperſcripta reſtituimus, per omnia conſonant cum Cod. Brux. e quo Leibnitius ſuo exemplari inſeruit. *Vrs.*

76) *Kalend. Aprilis.* Haec pertinent ad ſequentia, ita ut poſt *laetantes* ponatur punctum. Ita interpungendum eſſe docuit Meibomius T. I. S. R. G. p. 714. et firmat Ann. Saxo. p. 322. *Vrs.*

77) *conſtrictum habuit.* Cod. Br. *tenuit* c. Ann. Saxone. *Vrs.*

78) *volupe.* Sic Dresd. non, uti edit. habent, *voluptas.* *Wa.*

79) *quia lapis defuit ei.* Haec in omnibus editionibus omiſſa, in Cod. Dr. ab antiqua manu, ſed alieno loco poſt *tardaret* adſcripta ſunt. Propius ad veritatem acceſſit Ann. Saxo p. 323. qui poſt *egregiam* haec verba inſerit. *Wa.*

80) *frater ipſius Herimanni ducis.* E codice Brux. affert Leibnitius. Eadem etiam in Cod. Dr. adſuiſſe, minime dubito, ſed ſcriptura radendo usque eo deleta eſt, ut in hiatu ne apex quidem literulae ullius ſuperſit. At Amolongum vere fratrem Herimanni ducis fuiſſe, probat Chronicon Verdenſe ap. Leibnitium T. II. p. 214. *Vrs.*

Digitized by Google

dit 81): *Curam, quam mihi dominus meus indigno committere dignatus est, studiose hactenus rexi, et quam diu hic conversari debeo, sine tali famine* 82), *si licet, degere concupisco. Humilitatis ac superbiae non est aequa societas, nec unquam consortem patitur potestas. Quodcunque in alio placet Seniori meo, devotus implebo. Non sit spes iuveni in morte senis decrepiti, quia peccatum est; reminiscatur, quod pellis vituli crebro suspenditur parieti.*" Talia exorsus, se ad ecclesiam Christi virginis Caeciliae iubet portari, humoque prostratus, se indigne hactenus ei servisse, sic lacrymis queritur effusis: „*A Deo et a te* 83) *repudiatum me infelix cognosco, cum alienus mihi praeponitur, et servituti tuae ut dignior assumitur. Unde hinc tristis nunc abscedere volo, et Christi gratiam et tuimet intercessionem sanctam in hoc exspectare desidero. Vellem, ut sicut ego aliena iniuste non appetii, ita nullus unquam de meo gaudere praesumeret detrimento. Nunc a Deo, quod sibi placeat, et ecclesiae prosit meae, supplex exoro.*" Finita hac oratione surrexit, et discedens tam diu in sua morabatur parochia, quoad usque de nece supra memorati iuvenis certus efficitur, et tunc convocatis in unum sociis: „*Dominum*, dixit, *non habetis novum, me autem ad monasterium deferte meum, diem iudicii ibidem, absque omni vagatione, cum magna sollicitatione expectaturum, et discite vos mortales, omnia, quae vobis sunt salubriter profutura, non currentis neque volentis, sed potius miserentis Dei esse. Simus exemplum vobis, quod nemo confidens in Deum desolatur, nec in se sperans utiliter exaltatur. Ponite, filii, in Deo patre spem vestram, et cum auxilio Unigeniti eius et Paracliti consubstantialis vincite timorem noxium. Propitium orate Deum, ut, quod ego in vobis, seu unquam vos in me, humana fragilitate deliquimus, emendetur deinceps in melius, et ut post me Deo carum et vobis utilem habere possitis seniorem et tempora prospere arridentia.*" Post haec verba ad praedestinatum perveniens locum, quamvis multa senectutem suam circumvenirent incommoda, tamen affabilis et laudandae fuit conversationis.

Expeditis breviter supra dicti Imperatoris incliti actibus, fert animus, priusquam obitum eius scriptis comprehendam, de his aliquid dicere, qui eiusdem temporibus utiles ecclesiae et sibi exspiravere, et quod interim accidit, renovare. *Hillibertus*, qui eum unxit, Archiepiscopus, in secundo regni suimet anno obdormivit in Christo II. Ka-
An. 937. A. S. lend. Iunii, et huic *Fritherieus* succedens Deo placuit et seculo. „Hic in fine suo gratias egit Deo, quod ecclesiae suimet nil unquam iniuste acquisiverit seu perdiderit. 84)"
In

81) *talia reddit.* Cod. Br. legit: *ita respondit* praeeunte Ann. Sax. *Vrs.*

82) *sine tali famine.* Cod. Br. male *vivamine*, melius Ann. Saxo *iuvamine.* Sed nihil mutandum. v. Ind. Latinit. *Wa.*

83) *A Deo et a te.* Reineccius, Maderus et ipse Leibnitius: *Adeo aetate*, sed veram lectionem textui subiecit Leibnitius, quae etiam in Ann. Saxone legitur. *Vrs.*

84) *Hic in fine suo — perdiderit.* Haec inferius in margine Codicis Dr. leguntur, a manu antiquiori addito insertionis signo scripta a Reineccio quidem omissa, sed a Leibnitio e Cod. Brux. inserta. *Vrs.*

Digitized by Google

In hoc anno *Ungari* Thuringiam atque Saxoniam vaſtantes, in locis perierunt firmis- An. 938.
ſimis, nonnulli autem ex illis timore ſibi alas ſubminiſtrante, patriam reviſerunt. A. S.
Everhardus Francorum 85) dux regi diu infidelis degradatus eſt, et comes *Vuigman-*
nus humili ſupplicatione reconciliatus eſt. In ſequenti anno frater regis *Heinricus* ab An. 939.
Everhardo comite captus in vinculis tentus eſt. In tertio anno ſupra memorati regis, A. S.
Heinricus frater eius et *Euerhardus* dux ac *Giſilbertus* comes Lutharingorum, cum
caeteris nequitiae ſuimet fautoribus cis Renum plurima depopulati ſunt. Hoc *Udo* 86)
amicus regis illico comperiens Everhardum occidit, Giſilbertum autem cum ſociis in
Rheno demergit; Heinricum autem regis gratiam petere coëgit. Poſthaec legati Grae- An. 955.
corum regi noſtro bis ab imperatore ſuo munera detulerunt utrisque convenientia. A. S.
Fritherieus Archipraeſul XVII. ordinationis ſuae anno 87) vir abſtemius 88) obiit, et
Vuillehelmus, de matre quamvis captiva, tamen nobili et Sclavonica, et ex rege prae- An. 954.
dicto genitus, vice eius ordinatur, Anno dominicae incarnationis DCCCCLIIII. De- A. S.
hinc in quarto eiusdem numeri anno ſignum ſalutiferae crucis in veſtimentis hominum An. 958.
mirabiliter et magis miſerabiliter elucens, digne accipientibus profuit et irridentibus A. S.
nocuit. 89) Anno dominicae incarnationis DCCCCLXIII. ob depoſitionem ſupra me-
moratam Benedicti papae et exilium, quo moritur, ſaeva mortalitas Imperatoris exer- An. 964.
citum ſubſequitur, quae *Heinricum* Treverenſem archiepiscopum et ducem *Godefri-* A. S.
dum cum caeteris innumerabilibus conſumſit. In tertio anno II. Kalend. April. eccleſia
Halverſtadenſis cecidit 90), et Imperator de Italia pergens *Francanuord* venit, et in
his partibus diu manens inter ſuos pacem atque concordiam firmavit. Subſequente An. 965. A. S.
autem anno Imperator iterum Romanorum partes inviſit. In quarto anno 91) aequi- An. 966.
vocus A. S.

85) ***Euerhardus Francorum.*** Qua de cauſa nomen Francorum eraſum ſit, non aſſequor. Leibnitius e Cod. Br. habet. *Vrs.*

86) *Hoc Vdo.* non, quod Vrſino olim viſum eſt, frater modo memorati, ſed Hermanni, Ducis Sueviae, quod et Luitprandus teſtatur. *Wed.*

87) XVII. *ordinationis ſuae anno.* Reineccius et Maderus contra fidem utriusque codicis ponit XVIII. ord. anno, et ipſe Leibnitius veriorem lectionem non recepit. *Vrs.*

88) *abſtemius.* Cod. Br. abſtinentiſſimus. *Vrs.*

89) *irridentibus nocuit.* Attentionem ſane meretur, quod gloſſematarius ille, qui paſſim verba ſingula codicis Dr. immutavit, et per totum volumen notulas marginales adſperſit, ad hoc portentum notaverit: *Signum ſimile crucis in veſtimentis elucens anno* VXCLVIII. (1558.) Auctor iſtius obſervationis Albinus Reinecciusve fuerit, ſaltem nota ea aperte tempus indicat, quo codex noſter plurimas, easque non raro ſatis ieiunas immutationes expertus ſit. *Vrs.* — Recte, nam in fine codicis: legitur 18. Dec. 1574. Viteb. *Wa.*

90) *cecidit.* Ann. Saxo *corruit.* *Vrs.*

91) *In quarto anno.* Ab his verbis alius ſcriba in codice perrexit exarando, minoribus tamen literis uſus. Recentior aliqua manus ſupra paginam 31.b. et ad marginem ſcripſit: *Cohaerent cum praecedentibus, nam haec 4. folia ſunt inter 30. et 32. interpoſita et inſerta.* Scriba prior fortaſſe textum confuderat, ideoque provinciam alii tradere coactus eſt. *Wa.* — Sine dubio Ditmarus ſcripſit *quinto anno*, nam tertium annum paullo ante memoravit, et paullo poſt ſubiecit ſubſequentem i. e. quartum annum. Deſcriptor codicis hoc neglexit, et compendium ſcribendi fortaſſe reperit. *Kind.*

Digitized by Google

An. 967. A. S. vocus Imperatoris comitante Vuillehelmo Magonciacenſi archiepiſcopo Romam veniens, 339
a domino *Iohanne* venerabili papa in benedictione patri ſimilis efficitur. In VII° au-
An. 971. A. S. tem anno templum domini in *Thornburg* 92) combuſtum eſt. Placet etiam mihi hoc
annectere, quod *Poſo*, anteceſſor meus, a praefato imperatore conſtitutus, curam ſibi
An. 970. A. S. commiſſam annum I. menſes X. ac III. dies regens, in patria obiit Bauuaria Kalend. Novemb. ſepultusque eſt in Merſeburg, in eccleſia ſancti Iohannis Baptiſtae coram ſummo altari. Qui in monaſterio Chriſti martyris Emmerammi, [quod conſtruxit Arnulfus Imperator] 93), quod extra urbem Ratisbonam in auſtrali parte ſitum eſt, monachus converſatione nutritus eſt, et inde ad ſervitium Caeſaris aſſumtus beneficium Cicenſis eccleſiae pro magni laboris ſui debita remuneratione percepit, et iuxta praedictam civitatem in quodam ſaltu, quem ipſe conſtruxit ac ſuo nomine vocavit, templum Domino de lapidibus aedificari conſecrarique fecit. Beneficium autem omne, quod ad eccleſias in *Merſeburg* et *Mimenlevo* poſitas, ac ad *Thornburg* et *Kirberge* 94), pertinentes 95) fuit, antequam ordinaretur, obtinuit, et quia is in oriente innumeram Chriſto plebem praedicatione aſſidua et baptismate vendicavit, Imperatori placuit, electionemque de tribus conſtituendis episcopatibus ei dedit, Misnenſis, Cicenſis atque Merſeburgenſis. Prae his omnibus, eo quod pacifica erat, Merſeburgenſem ab Auguſto expoſcens eccleſiam, quam diu vixit ſtudioſe eandem rexit. Hic ut ſibi commiſſos eo facilius inſtrueret, Sclavonia ſcripſerat verba, et eos Kirieleiſon cantare rogavit, exponens eis huius utilitatem. Qui vecordes hoc in malum irriſorie mutabant „Vkrivolſa, quod noſtra lingua dicitur: Aeleri ſtat in fritcectū; dicentes, ſic locutus eſt Boſo, cum ille aliter dixerit." 96) Imperator huic paucas villas conceſſit ad praedictam urbem

92) *Thornburg.* Castellum olim et palatium Ottonis I. et ſequentium Imperatorum ad ſiniſtram fl. Albis ripam ſitum, nunc mutato alveo ad dextram fluvii proxime ad urbem Barby fluctibus Albis plane ferme abſorptum eſt, ut vix rudera cerni queant. v. Chron. Gottvic. T. I. p. 512. Leuckfeld Antt. Halberſtad. p. 247. *Vrs.*

93) *quod conſtruxit Arnulfus Imperator.* Quae uncinis incluſi, a ſecunda manu ſuperſcripta ſunt, gloſſam tamen ſapiunt. Leibnitius non habet. *Wa.*

94) *Kirberge.* Ita Cod. Dr. Non male Reineccius poſuit *Kirchberg.* Ann. Saxo *Kircberge.* *Vrs.*

95) *pertinentes.* Vitioſa, ut facile apparet, lectio, oscitantiae ſcribae debetur, eiusque loco legendum *pertinens* ſc. beneficium docet Cod. Br. et Ann. Saxo. *Vrs.*

96) *aliter dixerit.* Sic hiatum in edit. Reineccii et Leibnitii ex Cod. noſtro explevimus. Textui Leibnitiano e Cod. Brux. reſtituto aliqua deſunt: *Ykruiolſa, quod noſtra lingua dicitur: Ann — — — — dicentes: ſic locutus eſt Boſo* etc. — Vkrivolſa (ſic enim lego in Dresdenſi) ſ. Ykruiolſa voces ſunt Sclavonicae, et ex Dithmari interpretatione ſonant: *Alnus ſtat in ſruticeto ſ. frutecto. (Es steht eine Erle im Busche).* *Aeleri* eſt nomen Germanicum antiquum, *die Erle.* *Fritectum* falſa mihi lectio videtur, iterum orta ex librarii negligentia, mutanda ſine dubio in: *ſtat in fructiceto* ſ. *frutecto.* Eadem refert Ann. Saxo ad an. 970. p. 320. Simile aliquid narrat *Paul. Egede* in Groenlandiae deſcriptione p. 49. de Groenlandis, qui pro voce *Capitel,* verbum ſuae linguae *Kapitek,* quod veſtem pelliceam ſignificat, male ſubſtituerunt. *Vrs.*

Digitized by Google

urbem pertinentes, et in pago *Chutici* 97) positum quoddam castellum, quod *Medeburu* 98) vocatur; interpretatur autem hoc: *mel prohibe!* Concessit quoque ei filius suimet et aequivocus (Otto secundus) ecclesiam 99) in *Helpithi* 100) positam, quam pater eius in honore sanctae *Radegundis* constructam, *Bernhardum* ipse praesens dedicare praecepit antistitem. Sed cum primus ecclesiae pater nostrae, sicut praedixi, exspiraret, intercessione *Annonis* episcopi Vvormacensis Imperator *Gisilero*, moribus et natura nobili 1) episcopum dedit. Hic consecratur in Magadeburg ab *Athelberto* Archiantistite, Iunio mense.

Equidem, quia de *Conrado* duce, qui gener Caesaris iuxta Lech fluvium occisus est, pauca dixi, non incongruum esse reor, quaedam tunc a me indiscussa aperire. Post longum tempus Imperator ad Merseburg veniens, a quodam proditore comperit An. 955. exuvias eiusdem a Sclavis in *Zuencua* 2) sub *Suchavico* 3) seniore sibi multum dilecto A. S. haberi, et cum auxilio illius hos in 4) singulari praelio devictos suspendi praecepit, praedaeque maximam partem restituit. Sed hoc ignoro, utrum hanc eiusdem interemtores sumserint, an sic casu accidente necis eius inculpabiles invenerint, et quia hoc ullatenus celare praesumserunt, digna morte poenas persolverunt. Filiam vero suimet, et

97) *Chutici.* Distinguendus est hic ab alio eiusdem nominis pago in occidentali parte sito, de quo supra Lib. I. mentio facta est, ideoque Chutici *occidentalem* nominamus. Iacebat in ditione Lipsiensi inter fluvios Salam, Elystrum et Muldam. *Vrs.*

98) *Medeburu.* Nunc vocamus *Magdeborn* prope Roetham, haud procul a Lipsia. *Vrs.*

99) *Otto secundus.* ab antiqua manu insertum. *Wa.*

100) *Helpithi.* Monasterium *Helfeide* s. *Helfte* in comitatu Mansfeldensi.

1) *Gisilero — natura nobili.* Meibomius in Chron. Bergensi T. III. S. R. G. p. 292. codicem Dithmari habere *mobili* contendit, quae lectio etiam Leibnitio placet in Emendatt. p. 1005. Sed Cod. Dr. clare et dilucide habet *nobili*, uti et Ann. Saxo. p. 320. *Vrs.* — *Natura* hic generationem s. prosapiam significat. Anonymus in meo exemplari correxit *mobili*, uti Meibomius. Optime Chronicon Magdeb. vulgatam lectionem vindicat, in quo haec leguntur: *Quem Giselharium — Otto Imp. M. quia stirpis, morum et industriae nobilitate pollere cognoverat, de Claustro Magdeburgensi assumptum, Capellae suae praefecerat.* Similiter Chron. Merseb. ap. Ludewig Reliq. Mscr. T. IV. p. 337. scribit: *carnali nobilitate refulgebat.* Verba Chronici Magdeb. ex Chronographo Saxone desumta videntur. *Kind.*

2) *Zuencua.* Luencowa. Ann. Saxo.. *Vrs.* — De obscuritate huius loci conqueritur Vrsinus, (huic Latinae editioni nihil adscripsit. *Wa.*) vocem *restituit* pro *reddidit* accipiens. At vero significat *recuperavit*, vel *sibi acquisivit*, et tum omnia clara sunt. Otto Imp. repetebat exuvias generi sui a Slavis quibusdam, praesertim a Suchovico. Quas cum non aliter, nisi vi adhibita, acquirere posset, ad singulare praelium possessores praedae evocavit, iisque devictis et ad suspendium damnatis, maximam praedae partem (i. e. armorum et ornamentorum occisi Conradi) sibi vindicavit. Ditmarus addit, se ignorare, utrum possessores exuviarum ipsi Conradum necaverint, an casu eius arma, vestes et ornamenta acceperint. Dure tamen de digna morte eorum, ob intermissam praedae restitutionem, Ditmarus pronuntiat. *Kind.*

3) *Suchavico.* Euchavico Cod. Br. et Ann. Saxo. *Vrs.*

4) *et auxilio illius hos.* Sic Dresd. Editores: *Quos et cum auxilio illius.* *Wa.*

Digitized by Google

An. 950. A. S. uxorem eius 5), a quodam *Conone*, eo quod sibi satisfacere noluisset, late diffamatam et coniugem suam clam fore ab eodem dictam; Caesar hoc graviter ferens sic eam expurgavit. Convocatis omnibus regni suimet principibus primo secretis allocutionibus eandem, si huius rei culpabilis esset, diligenter inquirit: posteaque cum illam adhibito Christi testimonio et sacramentis se nimis excusare vidisset, praesentibus cunctis indixit, si aliquis ex numero sibi familiarium eam armis defendere voluisset, ut se firmum in die hac et in perpetuum acquirere potuisset amicum. *Burchardus* comes haec audiens in medium prosiliit, et Cononem per omnia mentitum fore coram omnibus dixit. Ille autem cum id verum esse sacramentis affirmaret, cum eodem congressus in primo aditu dexteram mendacem perdidit, et iniustitiam suimet devictus innotuit 6), et misericors Dominus a falso crimine hanc eripuit, quam innocentia vitae sibi placere fecit. Haec marito vivente suo, quamvis saepe despiceretur, et laboribus crebris fatigaretur, tamen virili 7) patientia haec sufferens, honorem innatum servare conatur. Cum autem vi-
An. 953. A. S. tam hanc finiret, in ecclesia Christi martyris Albani in Mogontia flebiliter est sepulta, cuius fusum argenteum in eius memoriam ibidem est suspensum.

An. 955. A. S. De praefato autem duce *Heinrico* 8) quaedam dico, quae impie fecit in suimet regno, et in quibus valet considerare, quod supra dictis omnibus non valet contradici. Patriarcham de Aquileia castrari, et archiepiscopum Salzburgensem praecepit excaecari. Causas exponere nolo, quia ad haec promerenda non esse idoneas in veritate scio. Is cum in fine suo a *Michaële*, Ratisbonensi episcopo, de tali commisso admoneretur, se in priori peccasse solum fatetur, et in archipraesule, nihil; ignorans, quam parva res est in qua flagitium deest. 9) Unde David supplex loquitur: *ab occultis meis munda me, Domine!* Huius coniux, *Iuthita* nomine, cum praesens adesset, hanc confessionem audivit, et mox viro suimet moriente corpus eiusdem in ecclesiam quam ipse

in

5) *uxorem eius.* Nomen eius erat Luitgarde. *Vrs.*

6) *innotuit*, h. e. notam fecit, fassus, professus est. *Vrs.* v. Ind. Latinit.

7) *virili.* Sic Dresd. Reineccius, Maderus et Leibnitius *viridi*, minus accurate. Ann. Saxo etiam legit *virili.* *Vrs.*

8) *Heinrico duce.* fratre Ottonis M. Ann. Saxo. *Vrs.*

9) *in qua flagitium deest.* Antiqua manus in Cod. Dr. mutavit *deest* in *esset.* *Wa.* — Visini versionem, utpote cum sequentibus non conspirantem minus probo. *Er bedachte nicht, dass uns jede Uebelthat, die wir nicht dafür erkennen, als eine Kleinigkeit vorkomme.* Ditmarus nihil de gradibus peccatorum proponere vult, sed docere, raro homines innocentes et flagitii experties dici posse. Parva res intelligenda est de exiguo numero actionum humanarum. Sed, si quis vocem flagitii magis urgendam putat, legat *prava.* Dithmarus hoc vult: peccatum excusari non posse eo, quod flagitium sive manifestum crimen non sit; sunt enim aliae res turpes et culpabiles, quae tamen flagitia dici non possunt. Mali cuiusdam tantum conscium et participem esse, res prava est. Videtur scilicet Henricus factum suum in Herolfo Salisburgensi AEpiscopo excusasse eo, quod nomine et iussu Ottonis I. Imp. fratris sui egerit, qui Herolfo irascebatur, quoniam corpus b. Martini sibi concreditum reddere nolebat. v. Wigulei Hundii metropolin Salisburg. p. 6. *Kind.*

Digitized by Google

in honorem ſanctae Mariae ſemper virginis conſtruxit, cum magno moerore depoſuit, et in quocunque animam eius unquam deliquiſſe ipſa ſcivit, vel ab aliis comperit, lacrimis ac ineffabilibus emendavit eleemoſynis. Haec in viduitate ſua continenter vivens cum *Abraham*, Friſingenſem epiſcopum, prae caeteris diligeret, invido vulgari dente admodum inculpabilis dilaniebatur. 10) Quae cum de hac luce migraret, in die depoſitionis ſuae ab eodem antiſtite miſſam cantante ſic expurgatur. Ante communionem is verſus ad populum, quae merita eius fuerint circumſtantibus indixit. „*Hoc*, inquiens, *delictum, quo diffamata fuit, ſi haec unquam commiſit, faciat omnipotens pater filii ſuimet corporis et ſanguinis ſalutare remedium mihi provenire ad iudicium et ad debitam damnationem, animaeque eius ad perpetuam ſalvationem.*" Ac tunc cum mentis ac corporis innocentia ſumſit unicum cunctis fidelibus remedium. Credidit populus, quamvis ſero, et cum detractione iniuſta plus ei profuit 11), cum nocere ſtuduerit.

Fuit in diebus praedicti Caeſaris quidam comes, *Hed* nomine, qui eccleſiam in An. 969. A. S.
honore Chriſti athlotae, Viti 12), in *Heslinge* 13) conſtructam, quia haeredem non habuit, maxima totius proprietatis ſuae parte dotavit, et congregatione ſanctimonialium ibidem facta, eandem abbatiam mundiburdio *Etheldagi*, Bremenſis Archiepiſcopi, ſubdidit. Sed praepoſitae huic ſedi geminae venerabiles matronae, quibus unum erat vocabulum *Uuinnilgerd* dictum 14), cito proh dolor! obiere. Avus 15) autem meus cum filiam ſuimet, *Hathui* nomine, ibi educatam prius ac traditam eis ſuccedere rogaſſet, ab Archiantiſtite praefato impetrare non potuit. Poſtea vero Archipraeſul a
Caeſare, patrino ſuimet, rogatus, eandem cum iam duodecim eſſet annorum II. Ka- An. 973.
lend. Maii die dominica velavit, in proxima die ad Abbatiſſam in patris praeſentia ordinavit 16), quod poſtea eum nimis poenituit. Namque ut dicturus ſum, interpoſitis

F 2 diebus

10) *dilaniebatur.* Sic Dresd. Cod. vitioſe. *Wa.*

11) *profuit.* Reineccius et Maderus male habent *poſuit.* Rectam ſubſtituit lectionem Leibnitius, non tamen ex codice, ſed ex coniectura. In Cod. Dr. eſt compendium ſcripturae p fuit et Ann. Saxo etiam habet *profuit. Vrs.*

12) *Viti.* Quae Leibnitius ex Codice ſuo textui ſubiecit: *ſeptennis pueri, qui in nova Corbeia requieſcit*, adiecta ſunt a manu monachi cuiusdam Corbeienſis. In Cod. noſtro nec vola, nec veſtigium eius apparet. De S. Vito v. Leukfeld Antt. Halberſt. p. 51. *Vrs.*

13) *Heslinge.* Heslingow in pago Eilangow in agro Bremenſi. v. Paullini tr. de pagis p. 62. Iunkeri Geogr. med. aevi p. 216. Ibi dictus Comes Haddo an. 960. monaſterium condidit. *Vrs.*

14) *Hed. — Uinnilgerd.* Sic Dresd. Cod. Brux. c. Ann. Saxone *Windilgard. Vrs.* — Comes *Hed.* ap. *Adamum Bremenſ.* Lib. II. c. 6. *Haddo*, filia eius *Wendilgard* nominantur. In necrologio S. Michaelis ad VI. April. *Herdeg Comes;* ad X. Maii *Windilgerd ſanctimonialis*, et ad XXV. Iul. *Windelgardis ſanctimon. Wed.*

15) *Avus.* maternus, ſcil. Henricus, Comes Stadenſis. *Vrs.*

16) *ordinavit.* Apud Reinecc. et Maderum deeſt, uti in contexto Leibnitiano. *Vrs.*

Digitized by Google

diebus quinque 17), Italiae, Daciae et Saxoniae salus, *Otto Primus* obiit. Pausat autem avia 18) meimet, *Iuthita* 19) nomine, in ecclesia 20), quam post de lapidibus, qui in hac terra pauci habentur, filia eius summopere construxit, excedens ex hoc seculo VII. Kalend. Novemb. Ecclesia *Fuldensis* proh dolor! incensa, sub eodem Imperatore renovata est. 21) Ascensione autem Domini Imperator in Merseburg fuit, et quicquid de promissione remansit, devota mente ibidem complere studuit. Exin III. feria ante Pentecosten — ad *Miminleve* veniens, postera die ad mensam laetus sedebat. Qua finita, cum iam vespera cantaretur, infirmari coepit et inclinare. Quem, qui astabant proxime, suscipientes deposuerunt, refocillatusque divino celeriter viatico, orantibus pro eius exitu cunctis, debitum persolvit naturae [XXXVIII. ordinationis suae anno] 22) Nonis Maii, IIII. feria. Sequenti vero nocte viscera eius soluta in ecclesia sanctae Mariae sunt tumulata; corpus autem eiusdem aromatibus conditum ad Parthenopolin 23) translatum est, ibique honorabiliter atque lacrimabiliter susceptum, marmoreoque 24) impositum sarcophago sepultum est ab archiepiscopis *Gerone* atque *Athelberto*, caeterorumque auxilio episcoporum, clerique totius.

An. 969. A. S. — An. 937. A. S. — An. 973. A. S.

Aequi-

17) *II. Kalend. Maii — interpositis diebus quinque.* Sic plane et perspicue, non cifra, quam vocant, seu numeri nota, sed verbo *quinque* literis in Cod. Dr. exscriptum est. Hinc emendatio: *interpositis diebus II.* quam Leibnitio teste in Emendatt. p. 1005. Alphonsus de Vignoles in Observatt. et notis ad Dithmari Chron. Mstis ex anni 973. rationibus colligendo adhiberi duxit, nihilo tamen secius inutilis est et supervacanea. Error, uti ego quidem credo, minime in numeris, quos Ditmarus recte et diligenter notavit, sed re vera in eo latet, quod diem II. vel pridie Kal. Maii dominicam fuisse diem dixerit. Cum enim festum paschale an. 973. docente id Frehero in Directorio p. 280. die XXIII. mens. Martii celebrarent, in diem XXX. Aprilis, s. pridie Kal. Maii nullo modo dies quaedam dominica incidere poterat, quin potius hic dies profestus, et quidem ille erat, quem Mercurii vocamus, ipsumque festum Ascensionis Christi proxime praecessit. Hoc ipso festo, ut mea est opinio, iuvenis Abbatissa, de qua sermo, ordinata est, inter quod et diem Ottonis I. emortualem omnino *dies quinque* intercesserant. Dithmarum ergo memoria lapsum fuisse crediderim, qui sine dubio animi sensa hac ratione exprimere voluit: *II. Kal. Maii velavit, in proxima scilicet die dominicae ascensioni, et ad abbatissam ordinavit. Vrs.* — Haec sic posita non magis quam Leibnitiana varians lectio: *5. Cal. Maii — interpositis diebus* 2. chronologiae anni 973. accommodari possunt. Totus locus ita legendus: *Cum iam duodecim esset annorum XII. Kal. Maii die Dominica (,) velavit in proxima die* (scil. XI. Kal. Maii) *ad abbatissam — interpositis diebus quindecim — Otto primus obiit.* Sic *Wed.*

18) *avia*, materna, coniux Henrici, Comitis Stadensis. *Vrs.*

19) *Iuthita — VII. Kal. Novemb.* Necrologium Luneb. sic: *Iuthita Com. XVII. Kal. Nov.* Anno 973. videtur obiisse. *Wed.* Ann Saxo habet 969. *Wa.*

20) *in ecclesia*, sc. Heslingensis monasterii. v. Ann. Sax. p. 319. *Vrs.*

21) *renovata est.* Hic in Cod. Dr. fol. 32. maiusculae literae denuo incipiunt. *Wa.*

22) *XXXVIII. ordinationis suae anno.* Haec, quae desunt in ceteris editt. antiqua manus signo insertionis addito margini inferiori adscripsit. *Vrs.*

23) *Parthenopolin.* Sic expresse Cod. Dr. *Vrs.*

24) *marmoreoque.* Minus accurate Reinecc. Mad. et Leibnitius *marmoreque.* Cum nostro bene congruit Cod. Brux. adnotante Leibnitio. *Vrs.*

Digitized by Google

Aequivocus autem eius, iunior fcilicet Otto, patre adhuc vivente electus et unctus, iterum collaudatur a cunctis in dominum et regem. Quantum vero pro liberatione animae fenioris fuimet *Athelheidis* imperatrix invigilaverit usque in finem, dictis non valet comprehendi nec factis. 25) Quicquid enim honoris fibi vel provectus fecularis unquam provenit, non ullo fuimet merito, fed Davidicis Chrifto adfcripfit laudibus: *Non nobis*, inquiens, *Domine, non nobis, fed nomini tuo da gloriam*. Si in me facundia, fcientia et memoria convenirent, in explicanda Caefaris laude deficerent. Sicut Dominus, fic et principes eius fuerunt. Non eos ciborum feu aliarum rerum fuperflua varietas, fed in cunctis delectabat aurea mediocritas. 26) Omnes, quae leguntur virtutes, his degentibus florentes, his obeuntibus marcefferunt. 27) Hi etfi corporaliter non vivunt, fuperfunt animae immortales, bonorum provectu operum beata aeternitate gaudentes. Sed ut concludam fermonem, poft Carolum Magnum regalem cathedram nunquam tantus patriae rector atque defenfor poffedit. Praecedentibus mortem eius, ut praedixi, pluribus optimatibus, omnes, qui fuperfuerunt, tantae iucunditatis immemores, novam hanc normam, quae fequebatur, nec voluerunt, nec fequebantur, fed ad exitum vitae fuimet ab recta 28) antiquae veritatis et iuftitiae femita, fua fponte nunc deviabant. Impleri tunc namque videbant, quod a quodam fapiente praefago futurorum fcriptum eft: *Primum eft aureum feculum, dehinc aereum, poftque ferreum fequitur.* Audiat unusquisque fidelium veridica beati Gregorii monita: *cum augentur dona, rationes crescunt donorum*, et in commiffis fe 29) nimis peccaffe perhorrefcat, et pro anima Imperatoris Deum fupplici mente deposcat, ut flagitia fervi peccatoris innumera, quae in tot fibi fubditis rebus praecaveri nequiverant, clementer ignoscat, regnorumque dominator omnium populis praefentibus atque futuris pervigil piusque cuitos affiftat! Et tu, quicunque mihi fuccedas, tanti memor beneficii, animae eius recordationem fideli mentis cuftodia ferves, maximeque in feftivi-
341 tate Chrifti athletae Laurentii, cuius intercellionem obnixe poftules, ut ficut eo die meritis ipfius hoftium huic conceffa eft divinitus victoria vifibilium, ita fibi a Domino donata, quam femper optavit, remiffione, laqueos inimicorum mereatur invifibilium evadere, a finiftrisque fegregatus, in die iudicii collocetur a dextris Dei Patris. 30)

Chro-

25) *nec factis.* Addit Cod. Brux. *imitari*, quod ab Cod. quidem Dr. abeft, invenitur autem ap. Ann. Sax. *Vrs.*

26) *aurea mediocritas.* Ergo ea, quae Brotufius in Chron. Merfeb. 561. e Chronico Magdeb. de quotidiano ciborum fumtu in aula Ottonis M. commemorat, ficta funt, et fidem omnem excedunt. *Vrs.*

27) *marcefferunt.* Sic Dresd. pro *marcuerunt.* *Wa.*

28) *ab recta femita — nunc deviabant.* Priores editt. habent *ablecta femita*, quod nihili eft. Cod. Dr. uti dedimus: *ab recta.* Porro in editt. eft *non* dev. fed compendium fcribendi in Cod. Dr. uti aliis in locis, ita et hic eft *nunc.* *Wa.*

29) *in commiffis fe. Commififfe*, quod typorum vitio in edit. Beineccii et Maderi irrepfit, Leibnitius textui inferere non debebat. *Vrs.* — Cod. Dr. aperte, uti repofuimus, quamquam adiuvante manu fecunda, quae punctum poft *commiffis* pofuit. *Wa.*

30) *Dei Patris.* Defideratur ubique, et Leibnitius textui tantum fubiecit. Literae in Dresd. ab acri quodam humore fuperfufo pallescunt, lectu tamen non funt difficiles.

Digitized by Google

Chronici Dithmari
Episcopi Merseburgensis
Liber III.

Prologus.

Tertius in numero regum, sed proximus Otto
Nomine, scribatur, et digna laude locetur.
Sede patris magni, vivens per secla secundo
Successu, miseris qui profuit omnibus horis.
Huius prima bonis laetantur, triste supremis
Advenit, nostris criminibus undique magnis.
Tunc luit hic mundus, quod sprevit recta, malignus,
Ultrici gladio perierunt plurima regna.
Nulla patet nobis certissima causa, peritis
Cunctis est visum Mersburgi flebile damnum,
Ex quo sustinuit, quod pax pia longe recessit
Finibus e nostris, late regnabat et hostis.
Quis valet 31) effari? saeviret ut iste crudeli
Funere, cum Christi templis non parceret almi.
Congressi mutuo ceciderunt atque duello
Ex nostris multi, Saracenis exsuperati.
Vere felices qui Christum semper amantes,
Tranquillae pacis retinent optata, timoris
Funditus ignari pulsantis corda maligni,
Plusquam tricenos qui nunc turbaverat annos
Antecessores nostros, et proh dolor! hostes
Armavit, nostras quoque nunc infringere terras.
Qui coelos terris coniunxit, ponat ut istis
Finem suppliciis optet modo quisque fidelis.

* * *

Tertius

31) *Quis valet effari. Valet* Cod. Dr. pro recepto ab aliis *vult. Wa.*

Digitized by Google

Tertius regni procurator nostri, Otto secundus, sit codicilli 32) materies mei, qui iuvenis viribus corporis cluens 33) eximiis, primo quae sunt proterva sectatus, largitusque plurima pietatis opere absque temperamento, matura fugit consilia. Deindeque castigatus a multis, imposito sibi laudandae virtutis freno, nobiliter in diebus suis conversatus est, sicut in sequentibus explanabo. Piae genitricis suae instinctu, cuius gubernaculo vigebat, *Miminleve*, ubi pater suus obiit, iusto acquisivit concambio, decimasque, quae ad *Heresfeld* pertinebant; et congregatis ibi monachis liberam fecit abbatiam, datisque sibi rebus necessariis, Apostolico confirmavit praecepto. Insuper licentiam Archiepiscopum eligendi confratribus Deo famulantibus Magadaburg, praecepto 34) imperiali 35) praesente archiepiscopo dedit *Athelberto*, et cum uno libro, qui hodie ibidem est, in quo sua Imperatricisque *Theophanu* imago auro splendet formata, munus affirmavit. 36) Quod gratia Caesaris et in praesentia eius archiepiscopus, praeparatus ad missam, cum perlecto 37) evangelio more solito optime praedicasset, recitato coram praecepto imperiali, quo electio continebatur, ostendit, eundemque quicunque temerarius hoc unquam auderet infringere, terribili excommunicatione damnavit, cunctis prosequentibus Amen! fiat, fiat! consolidavit. Pauperem adhuc episcopatum Merseburgensem largiflua pietate respexit, et eius provisori *Giselero*, quia hunc multum dilexerat, [primo abbatiam in *Palithi* 38), dein] *Suencuam* 39) civitatem cum appertinentibus cunctis ad servitutem sancti Iohannis Baptistae tradidit, et quicquid Merse-

An. 973. A. S.

32) *sit codicilli*. Contra fidem Cod. nostri Reineccius omisit. Textui subiecit Leibnitius, addito *huius*, quod Dresd. ignorat. *Vrs.*

33) *cluens*. loco eius Reineccio et reliquis placuit *elucens*, obstantibus tamen utroque Codice et Ann. Saxone. *Vrs.*

34) *praecepto*. Prima manus habet *praecepto*, secunda tamen, eaque antiqua *privilegio*, cui consentiunt Ann. Saxo p. 325. et Chronogr. p. 189. Sed *praeceptum* Ditmaro et aliis locis est i. q. diploma quodque, privilegium, etc. v. Ind. Latinit. *Wa.*

35) *praecepto imperiali*. Hoc ipsum imperiale praeceptum scriptum Walbecki XIII. Kal. Dec. an. 979. Indict. VII. anno vero regni secundi Ottonis XIX. Imperii autem XII. exhibet Sagittar. in Antt. Magdeburg. p. 178. ff. *Vrs.*

36) *et cum uno libro — munus affirmavit*. Intelligit diploma cum bulla aurea. Inde Ditmarus orationem continuat per *Quod*, respiciens ad praeceptum imperiale, quod praecessit. Clarius omnem rem exponit Annalista Saxo col. 325. *Insuper licentiam Archiepiscopum eligendi confratribus Magdaburch Deo famulantibus praecepto imperiali — dedit, et cum uno libro, qui hodie ibidem est; in quo sua et Imperatricis Theophanu imago auro splendet formata, munus affirmavit. Kind.*

37) *cum perlecto*. Sic aperte in Dresd. non *praelecto*. Ann. Saxo habet *peracto*. *Vrs.*

38) *primo abbatiam in Palithi, dein*. Haec quoque Reineccius omisit, iam e suo codice restituit Leibnitius. Codici Dr. facto insertionis signo in margine adscripta sunt. cf. Ann. Sax. ad an. 973. p. 325. *Vrs.*

39) *Suencuam*. In diplom. Ottonis III. an. 997. dicitur *Zwengowa*. v. Brotuf. Chron. Merseb. Lib. II. p. 562. *Vrs.*

Digitized by Google

Merſeburgenſis murus continet urbis cum Iudaeis et mercatoribus 40), ac moneta, et foreſto inter Salam ac Mildam fluvios et *Siuſuli* atque *Pliſni* 41) pagos iacenti, *Chorin* et *Niriechua*, *Bucithi* et *Cothug* ac *Borintizi* [et Gunthorp] 42) permiſit, ei haec omnia ſcriptis manupropria corroboratis affirmans.

An. 974. A. S. Interim *Gero*, Agrippinae ſedis egregius proviſor obiit, de quo quia pauca praelibavi, quae tunc reſervavi, paucis edicam. Hic crucifixum, quod nunc ſtat in media, ubi ipſe pauſat, eccleſia, ex ligno ſtudioſe fabricari praecepit. Huius caput dum fisſum videret, hoc ſummi artificis et ideo ſalubriori remedio nil de ſe praeſumens ſic 34a curavit. 43) Dominici corporis portionem, unicum in cunctis neceſſitatibus ſolatium, et partem unam ſalutiferae crucis coniungens poſuit in rimam, et proſtratus nomen Domini flebiliter invocavit, et ſurgens humili benedictione integritatem promeruit. Is dum capellam clara iam luce intraret ſuam, Victorem ſanctum, ut ſuis poſt intimavit fidelibus, cum zabulo 44) dimicantem atque vincentem vidit. Huius obitum cuidam Abbatiſſae *Gerbergae*, quam propter caſtitatem mentis et corporis idem multum dilexerat, ſecumque ſaepe detinuit, diabolus bonorum invidus omnium, ſicut prius ſolebat in caeteris, prodidit: *Vellem tibi meum aperire ſecretum, ni te ſcirem cuncta hactenus nunquam ſervaviſſe commiſſa. Sed ſi fideliter hoc continere mihi promittis, ea*

40) *mercatoribus.* Egregie hunc locum illuſtrat *Fischer* in *Gesch. des deutschen Handels* Th. I. p. 218. *Vrs.*

41) *Siuſuli atque Plisni.* Pagus *Siuſuli* quaerendus eſt prope Eilenburgum ab utraque Muldae ripa ad tractum Torgavienſem usque verſus Albim tendens. Pagum *Plisni* complectitur regio Altenburgenſis. *Vrs.*

42) *Chorim* — Borintizi. Vocantur hodie *Kohren*, vicus prope Bornam, *Nercha* oppidulum prope Grimam, *Poetſche* haud procul a Magdeborn, *Gautſch* Lipſiam et Zvencoviam interiacens, et tandem oppidulum *Brandeis.* In Cod. noſtro poſt nomen Borentizi verbum eraſum eſt, quod forte ex Annal. Saxone ad an. 973. p. 325. coniici poſſit, qui ſcil. huic donationi villam *Guntorp* (Gundorf in episc. Merſeb. prope Scudicium) addidit. *Vrs.* — Semlerus addit in margine *et Gunthorp.* Deſumſiſſe videtur ex Ann. Sax. qui loco ab Vrſ. laudato paullo aliter locorum nomina effert, ſcil. *Charin* et *Nircowe*, *Butizi* et *Cotawe* ac *Borinthizi* et *Guntorp promiſit*, lege permiſit. De locis ipſis videndus Vrſinus ad verſ. German. p. 114. ſ. Ceterum etiam Chronicon Merſeb. ap. Ludewig in Reliqu. Mstor. T. IV. p. 337. memorat donationem villae *Phorimi* cum aliis quinque, ergo Guntorp omnino addenda eſt. *Cothug* vel *Cotowe* videtur eſſe villa *Katow*, vulgo *Kadau* prope Loebeiuenum. *Kinderl.* — Sunt etiam, qui *Cothug* oppidum *Taucha*, *Borintizi* autem vicum *Portiz* prope Taucham eſſe exiſtiment. vid. *Koehler fortges. Kirchen- und Predigergesch. Döces Leipzig, Forts.* 2. S. 1024. et 1043. et qui ibi laudantur. Ceterum *Guntorp*, quod haud dubie eraſum in Cod. Dr. locum olim occupavit, iure poſtliminii reſtitui. *Wa.*

43) *ſic curavit.* Eadem habet Cod. Brux. totum vero locum in breve coegit. Reineccius ita: *hoc ſalubri remedio curavit*, eamque retinuit in textu Leibnitius. *Vrs.*

44) *cum Zabulo*, non *diabolo*, uti editiones priores. More medii aevi, ubi Graecorum δια mutare ſolebant in ζα. v. c. *Zaconus* pro *Diaconus* cet. *Wa.*

Digitized by Google

ea dico ratione, ut, quandocunque alicui vis aperire 45), *vitam tibi me non dubites tollere. Gero tuus familiaris in hoc anno tantam incidet infirmitatem tres dies, ut mortuus credatur, et si ab aliquo hoc spatium custoditur, tale potest securus evadere periculum."* Sed ancilla Christi verbis obstupefacta talibus, fideli se silentio haec promisit omnibus occultare. Haec cum eundem videret evanescere, directo mox itinere Archiepiscopo universa narravit. ' Quod diabolus intelligens in tantum eam cecidit, ut post innumeros dies 46) vitam hanc fragilem vita mutaret aeterna. Archiepiscopus autem in die depositionis eius missam celebrans, meritum eius cunctis adstantibus indixit, indulgentiamque ei ab his postulavit, et ipse fecit. Posthaec infirmitate praedicta gravatus se *Evergero* custodiendum commisit. Qui eundem acri dolore defatigatum, quasi mortuum lavari, feretroque impositum ad ecclesiam portari, posteraque die sepeliri iussit. Hic, ut aiunt populi, tertia nocte quasi de gravi somno expergiscens, audivit sonantem campanam, et ut aperirent ei velociter terna exclamatione rogavit. 47) Obstupefactus is, qui audivit, Evergerum praefatum, custodem ecclesiae, ut episcopo laboranti succurreret, interpellavit; qui eundem per omnia fuisse mentitum affirmans, magno percussit baculo, sicque quievit divae praesul memoriae III. Kal. Iulii. Apparuit autem is mox *Luidulfo* abbati 48) dicens: *requiem aeternam nobis cantate!* et evanuit ab oculis eius. Huius vice *Vuarinus* electione et imperatorio munere protinus ungitur. 49)

Anno [dominicae incarnationis DCCCCLXXV. et] medii Ottonis secundo *Heinricus* Bauuaricorum dux captus est, et ad *Gilhiem* 50) deductus caute custoditur. In hoc anno hyemis asperitas longa fuit et sicca, et magna nix effunditur coelitus. Mortuo quoque *Roberto* 51), Magontinae sedis archipraesule, imperator cancellarium suimet nomine *Vuilligisum*, multis hoc ob vilitatem 52) sui generis renuentibus, eidem praefecit ecclesiae. Sciebat enim Petro attestante, *quod non est personarum acceptor Deus, sed omnes se ex corde diligentes prae ceteris amat, incomprehensibili honore remunerans.* Qualiter autem hunc Pastorem futurum divina pietas praesignaverit, non est

An. 975. A. S.

An. 975. C. S.

45) *vis aperire.* Apud Chronogr. Sax. p. 184. *volueris*, qui Dithmarum ad verbum exscripsit. *Vrs.*

46) *post innumeros dies.* Ann. Saxo p. 326. et Chronogr. l. c. *post paucos dies.* *Vrs.*

47) *exclamatione rogavit.* Levoldus a Northof in Catal. AEpiscopor. Coloniens. ap. Meibom. T. II. p. 6. haec falso de Geronis successore, Warino, commemorat. *Vrs.*

48) *Luidolfo abbati.* novae Corbeiae. Ann. Saxo p. 327. *Vrs.*

49) *protinus ungitur.* Quae sequuntur usque ad vocem *coelitus*, in edit. Reineccii et Maderi desiderantur. Codex noster, in quo tamen, quae uncis inclusimus, a secunda manu inserta sunt, et ille, quo usus Leibnitius est, ea totidem verbis exhibent. *Vrs.*

50) *Gilhiem. Engelenheim* Annal. Saxo p. 327. et Chronogr. Saxo p. 185. *Vrs.*

51) *Roberto.* Leibnitius dedit ex Cod. suo *Ruperto.* Ann. Saxo: *Rodberto.* *Vrs.*

52) *vilitatem.* Male legit Maderus: *utilitatem*, quam Leibnitius, quod miror, secutus est. Reineccius recte legit vilitatem, uti et Ann. Saxo l. c. Hic *Willigisus* in variis Ottonis II. diplomatibus ap. Sagittarium Antt. Magdeb. p. 162. 164. 166. vocatur *Quillisius.* *Vrs.*

Digitized by Google

est silendum. Huius mater quamvis paupercula, tamen, ut in sequentibus apparet, bona, dum eundem in utero portaret, vidit per somnium, quod sol e sinu suimet fulgens totam radiis flammantibus repleret terram. Et in ea nocte, qua haec talem peperit infantem, simili procreatione totum hoc iumentum, quod ipsa in domo sua habuit, quasi gratulabundum dominae respondit: *Ille, qui tunc natus est, sol erat, quia sanctae praedicationis suae radiis corda multorum a Christi caritate masculini sexus mirabilis multitudo gignitur, quia vir Dei ad salutem patriae totius summa praedestinatione regnaturus exoritur.* Felix mater, quam Dominus prae caeteris contemporalibus suis in tantum visitavit, ut prolem nobilioribus coaequalem, vel etiam nonnullis meliorem pareret, ut ostensae sibi visionis spem oculis et reipsa veram esse probaret. Sed haec alias dico.

An. 975. A. S. Imperator prima expeditione *Buschuth* 53) civitatem cepit; Secunda 54) *Danos* sibi rebelles petens ad Slesuuic properavit. Ibi etiam hostes suos foveam, quae ad defensionem patriae parata est, et portam, quae *Uuieglesdor* 55) vocatur, armis praeoccupare videns, consilio Bernhardi ducis et avi meimet Heinrici comitis omnes has munitiones viriliter exuperat. 56)

In hoc itinere prima mali 57) irrisionis in clericos exclamatio attollitur, et a malis hominibus hodie servatur. Admodum miserabile est, cum aliquid boni a iustis inventum, in usu ad modicum habetur, statim ut nimis detestabile a maxima multitudine repudiatur. Quod Deo autem displicet et hominem ad promerendam reatus sui poenam protrahit, hoc discit, et ut ruminando firmat. Quamvis vero multi irrisiones non serio faciant, tamen sine peccati macula has nullatenus peragunt.

Urbem

53) *Buschuth*. *Bossut* villa cum arce Comitis cuiusdam in comitatu Hannoniae non procul a locis *Barbenson* et *Walcourt* sita. v. plura ad vers. Germ. p. 118. *Urs.*

54) *secunda*. Sic perspicue Dresd. cum Ann. Saxone p. 327. In omnibus editt. omissum est. *Urs.*

55) *Uieglesdor*. Leibnit. ex Cod. Br. habet *Heggedor*, addita nominis derivatione, (scil. a *Dor* porta, et *Hegge* l. *Hage*, sepes spinarum. cf. eundem Leibnit. T. I. p. 29.) al. *Egdora*, inde fluvius *Eydra*, *Eudora* nominatur, qui Germaniae et Daniae fines terminat. v. Danvillii Geogr. medii aevi enchirid. ed. Germ. p. 29. 30. Ann. Saxo *Wiglesdor* habet, qui fossam hanc et postam pluribus descripsit ad an. 808. p. 170. *Urs.* — Quae uncis inclusit Leibnitius: *vulgo Egdora vel Eidora* etc. videntur glossema recentioris descriptoris, ut Semlerus putat, saltim apud Annalistam col. 327. desiderantur. Sed vel ex hoc glossemate apparet, vocem *Heggedor*, quam Cod. Antv. exhibet, genuinam esse lectionem. *Kind.*

56) *exuperat.* Post hoc verbum librarius trium versiculorum spatium vacuum reliquit, cuius caussam non assequor. Cod. Brux. nullam habet lacunam. *Wa.*

57) *mali*. Correxit recentior manus superscribendo *malae*, forsasse ab Annal. Saxone p. 328. ad eiusmodi emendationem inducta. Sed Dithmarus *mali* encomio ornat diabolum. v. Adelung Glossar. med. aevi T. IV. p. 510. *Urs.*

Digitized by Google

Urbem unam in his finibus Caesar aedificans praesidio firmat. *Brun* praesul supra memoratus VII. Id. Marcii obiit, et *Erp*, praepositus Bremensis, intercessione *Atheldagi* archipraesulis ordinatur. Temporibus his ego natus sum VIII. Kal. Augusti, mense Iulio, anno vero dominicae incarnationis DCCCCLXXVI. *Heinricus* dux Bauuariorum, honore et communione privatus, Boëmiam fugit, quem Imperator ibidem valido potens exercitu cum duce *Bolizlauo* manentem, nil ibi prorsus in neutro horum profecit, sed magnam Bauuariorum catervam, sibi ad auxilium huc venientem, et iuxta *Pilisini* urbem castra metatam, dolo cuiusdam militis Bolizlai sic perdidit. Vespere facto Bauuarii se lavantes nulla custodum securitate fruuntur, et ecce hostis loricatus adveniens nudos eosdem in tentoriis et in virentibus pratis occurrentes prostravit, et cum omni praeda laetus et incolumis revertitur. Imperator autem audito tantorum strage virorum, et quod nulla sibi via redeundi patuit, recto itinere 58) ad civitatem suam, quae *Camma* 59) dicitur, venit, et in proximo anno praefatum ducem ad Pataviam confugientem subegit. [In consequenti anno H. dux et *Ekebertus* comes et *Heinricus* praesul apud Imperatorem accusati Magadaburg capti sunt et exilio deputati longo.] 60) Posthaec autem Imperator omni studio ordinavit expeditionem suam adversus *Luthurium*, regem Karelingorum 61), qui in Aquisgrani palatium et sedem regiam, nostrum semper respicientem dominium, valido exercitu praesumsit invadere, sibique verso aquila 62) designare. Haec stat in orientali parte domus, morisque fuit omnium hunc locum possidentium, ad sua eam vertere regna. Quem celeriter abeuntem Caesar insequitur, depopulatis omnibus et incendio consumtis usque ad Parisiam sedem. In illo itinere multis infirmitate nimia compressis *Brun* comes *Harneburggensis* miles per cuncta laudabilis, obiit II. Kal. Decembris. 63) Reversus inde Imperator triumphali gloria, tantum hostibus incussit terrorem, ut nunquam post talia incipere auderent, recompensatumque est his, quicquid dedecoris prius intulere nostris. Interim

An. 976. A. S.

343

An. 977. A. S.

58) *recto itinere.* Leibnitius ex Cod. suo legit *tecto.* Haud male. *Wa.*

59) *Camma.* Cod. Brux. habet *Cramma.* Lectionem Codicis nostri praefero, eoque magis, quod cum Annal. Sax. p. 327. exacte consentit, quin ipse Ditmarus urbem hanc Caesaris propriam indicat, eamque esse puto, quae hodienum *Cham* vocatur, sita ad fl. Regen in ducatu Bavariae. — — Ursinus recte locum vindicavit. Intelligenda est urbs, quae hodie cum toto tractu s. comitatu *Chamb* dicitur, in Bavaria inferiore sita, inter Bohemiam et Palatinatum superiorem. cf. Hagecii Chron. Bohem. ex edit. Dobneri T. III. p. 244. *Kind.*

60) *in consequenti anno — deputati longo.* Reineccius plane neglexit. Vetusta tamen manus in margine Cod. nostri, adiecto indice insertionis consueto adscripsit, eademque ex Codice suo habet Leibnitius. *Urs.* — Haec inserta videntur a descriptore ex Ann. Sax. ad an. 978. *Kind.*

61) *Karelingorum.* Rex Francorum Lotharingiam recipere volens ap. Ann. Sax. p. 328. et Chronogr. Sax. p. 189.

62) *verso aquila.* Sic Dresd. reliqui omnes *versa.* *Urs.*

63) *Brun Comes — II. Kal. Decembris.* *Arneburg*, perantiqua urbs, hodie *Arnsburg* vocata, ad Albim in Marchia vetere sita est. v. Chron. Gottvic. T. I. p. 554. *Urs.* — In Necrologio Luneb. *Bruno Com. V. Kal. Dec.* *Wed.*

Digitized by Google

An. 973. A. S.

im Auguſtianae paſtor eccleſiae *Othelricus* 64), gemma ſacerdotum, L̊. ordinationis ſuae anno excedens a ſeculo, fructum laboris devoti Chriſto remunerante percepit IIII. Non. Iulii. *Heinricus* autem huic ſuccedens parvo tempore ſedebat, ut poſt enucleabo.

An. 979. A. S. Lamb. Schaffnab. Chron. Saxo.

Accuſatus apud Imperatorem *Gero* comes a *Waldone*, et in loco qui *Sumeringe* 65) dicitur, hortatu *Athelberti* archipraeſulis et *Thiedrici* marchionis captus, patri meo patruoque 66) firmiter eſt commiſſus. Deindeque convocatis ad Magathaburg cunctis regni principibus congreſſi ſunt hi iudicio in inſula quadam ſingulari certamine, vulneratusque in cervicem bis Waldo, ardentius inſequitur hoſtem, percutiensque ictu valido caput proſtravit eundem. Interrogatus autem Gero comes ab eodem, ſi plus potuiſſet pugnare? coactus eſt, quod iam defeciſſet, profiteri. Waldo tum egreſſus, aqua refocillatus, depoſitis armis et poſt tergum mortuus cecidit. Tunc Gero iuſſus eſt decreto iudicum et voce Imperatoris a carnifice quodam decollari III. Idus Auguſti. Haec pugna nulli niſi tantum archiepiſcopo Athelberto et Thiedrico placuit marchioni: correptusque eſt Imperator ab *Ottone* Bauariorum duce, Luidulfi filio, eodem die veniente, et a comite *Bertoldo*, quod ob tam vilem cauſam tantus vir unquam damnari debuiſſet? Libet paucis exponere *Luidulfi* Corbeienſis maritum patris 67), cui multum vigiliis ieiuniisque laboranti, plurima Deus dignatus eſt revelare. Hic in die praefati certaminis cum diluculo miſſam humiliter et timorate, ut ſemper ſolebat, celebraret, vidit ſuper altare comitis caput Geronis, finitaque hac aliam pro defunctis cantavit; exutisque ſacerdotalibus veſtimentis cum ſilentio exivit, congregatisque fratribus obitum eius indicavit, orationemque pro eo fieri communem ſuppliciter poſtulavit. Decollatio autem eius in ipſo ſolis occaſu fiebat, pro cuius memoria ſoror eius *Tetta* et coniux eius *Athela* monaſterium in loco, qui *Eleslevo* 68) dicitur, ubi ipſe requieſcit,

64) *Othelricus.* minus recte Cod. Br. legit *Dedelricus*. *Vrs.* — Editiones habent *primo* ordinationis ſuae anno. Cod. Antv. rectius legit *quinquageſimo*, Annal. Saxo habet LIIII. Vita S. Vdalrici ab incerto auctore ſcripta et a Marco Velſero edita Aug. Vind. 1595. 4. p. 122. An. incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCCLXXIII. aetatis LXXXIII., ordinationis autem L. quarto die Iul. V. Non. eiusdem menſis, die Veneris, felici obitu quaſi ſomno ſuavi ſoporatus etc. Similiter Berno in vita S. Vdalrici ibid. p. 238. dicit mortuum anno ordinationis ſuae quinquageſim°, velut in Iubileo. *Kind.* — Recte omnia, nec aliter Cod. Dresd. qui habet L̊. i. e. quinquageſimo. *Wa.*

65) *Summeringe.* *Gros-Soemmeringen* oppidulum Thuringiae haud longe ab urbe Weiſſenſee, prope ripam Unſtrutae, paret electori Moguntino. *Vrs.* — In pago Altgow. Saltum Sumeringe Otto III. Giſelario an. 997. pro ſilva *Zvengova* dedit. v. Diploma ap. Sagittarium in hiſt. Ducat. Magdeb. Lib. II. c. 7. §. 20. *Kind.*

66) *patri meo patruoque.* Sifrido Comiti et Lothario, fratri eius, filius Lotharii de Waldebike. Ann. Saxo. p. 329. *Vrs.*

67) *meritum patris.* i. e. Abbatis. v. Ann Sax. l. c. *Vrs.*

68) *pro cuius memoria — Eleslevo.* Eleslevo nunc vocatur *Alsleben*, urbs cum arce proxime ad Salam fl. ſita. Ab illa Comes Gero nomen duxit. De monaſterio ibi fundato v. *Dreyhaupt*

Saal

Digitized by Google

cit, construentes, partem totius suimet haereditatis tradidere Domino, eiusque praecursori dilecto, hoc privilegio et imperiali praecepto ea ratione firmantes, ut Abbatia ibidem liberaliter facta, Imperatoris suorumque potestatem ac tutelam respiceret successorum. Comitis praefati corpus post tres annos, cum juxta illud contectalis sua poneretur, integrum una cum vestimentis inventum est.

Imperante tunc praedicto Ottone VI. annos *Lutharius* rex 69) cum filio suimet
ac muneribus magnificis ad eum venit, et sibi satisfaciens amicitiam eius firmiter ac-
quisivit. Et in hoc anno Caesar noster Italiam pergens nunquam has regiones proh
dolor! amplius invisit. Post haec praefatus antistes *Athelbertus* Imperatore iam Romae An. 981. A. S.
commorante tertio decimo suae ordinationis anno suos docendo et confirmando, ac
Gisileri praesulis, quia tunc cum Caesare fuit, dioecesim perlustrans XIII. Kal. Iulii 70) in
Merseburg missam celebravit, proximamque noctem cum *Hemuzone* venerabili 71) laico
in Chruuati laetus duxit, crastinoque die exsurgens tristis, capitis nimium queritur do-
lorem, et tamen abibat; cumque *Cirmini* 72) villam ad *Frankenleve* pergere cupiens
praeterisset, ni cito a suis sustentaretur, ex equo paulatim declinans in terram cecidis-
set. Is vero tapeto superpositus, completisque omnibus quae a clericis dicenda erant,
fideliter migravit ad Christum XII. Kal. Iunii. Huius corpus ad *Iuikansten* 73) dela-
tum, atque sacerdotali apparatu vestitum navigio ad Magadaburg usque deductum est,
344 flebiliterque a confratribus et maxime a monachis susceptum, commendatum est ab
egre-

Saalkreis T. II. p. 834. et 842. et vers. meam Germ. p. 123. f. *Vrs.* — Cum constructio huius monasterii in Alsleben iam vivo Gerone facta sit, non nimis presse vox *construentes* hic accipienda est, et verba *pro cuius memoria* maxime ad sequentem vocem *tradidere* referenda sunt. Clarius in Chron. Magdeb. exponitur et in Chronograph. Sax. quo consarcinatores Chronici Magdeb. ap. Meibomium usi videntur. Ita enim Chronographus ad an. 979. *Isdem autem Comes Geroin pr opria urbe, quae Aleslove dicitur, congregationem functlmonialium in honore S. Ioh. Bapt.* construxerat, *post cuius decollationem soror ipsius Tetta et coniux eius Adhela pro eiusdem memoria omnem suam tradiderunt haereditatem. Factum autem est post tres annos, ut corpus* etc. *Kind.*

69) *Lutharius rex*, Galliae, iuxta Ann. Sax. p. 330. ad an. 980. hoc referentem. *Vrs.*

70) *XIII. Kal. Iulii.* Sic recte Dresd. eundemque diem mensemque habent Ann. Sax. ad an. 981. et Chron. Magdeb. ap. Meibom. T. II. p. 276. Valde errat Chronogr. Saxo p. 191. die XIII. Kal. *Iunii. Vrs.* — *Iulium* esse legendum, ex praecedentibus satis patet. *Kind.*

71) *venerabili.* Hoc verbum solus habet Cod. Dr. et ex eo Ann. Saxo. p. 330.

72) *Chruuati.* Ita in Cod. nostro expressum scribitur nomen. Recentior manus adscripsit *Corbeta.* Codex Antv. habet *Erderwarte*, absurde. Ann. Saxo *Crowate*, Chronogr. Saxo. *Cruwati. Vrs.* — *Corbetha* recte habet, est enim vicus episcopatus nostri Halam versus, distinguendus ille ab aliis eiusdem nominis, in ditione Leucopetrensi. Qui sequuntur pagi *Cirmini et Franckenleve* hodie nominantur *Zscherben* ad piscinam S. Gotthardi et *Frankleben*. *Wa.*

73) *Iuikansten.* Perantiquus locus, qui hodie *Giebichenstein* appellatur, et a Gibichone, rege Francorum circa an. 450. nomen traxisse videtur Nomen eius in Chronicis et diplomatibus mire variatur, *Gevekansten, Giviconsten, Gibukansten, Vukansten* cet. Plura de eo dixi ad vers. German. p. 126. Apud Ann. Sax. audit *Givikinstein*. *Vrs.*

Digitized by Google

egregio ſanctae Haluerſtidenſis eccleſiae episcopo *Hilliuuardo*, favente ſibi *Hardingo* 74) abbate venerando, in medio eccleſiae coram altari Apoſtolorum Philippi et Iacobi. Quanta ſollicitudine idem ſibi ſubditis invigilaret gregibus, lector attende! Saepe numero ad ovile Sancti Iohannis Baptiſtae ſanctique Mauricii noctis ſilentio venit, duobus tantum comitantibus, qualiterque fratres ad matutinam convenirent, vel qui in dormitorio remanerent, ex improviſo perſpexit; et ſi bene fuit, Deo gratias egit, ſin autem, culpabiles digna caſtigatione redarguit. Sed clerus et populus tanti patris funere turbatus *Otricum* 75) confratrem et tunc Imperatori fideliter ſervientem communiter elegerunt in dominum et archipraeſulem; quamvis hoc nullo modo poſſe fieri praedictus archimandrita, dum adhuc viveret beneque valeret, multis ex eorum numero publice praediceret. Cum enim Episcopus et Otricus nunquam convenirent moribus, magna confratrum et hospitum, quia magiſter fuit ſcholae, caterva bene elaborata maluit inde exire, quam in monaſterio permanere. Huic Caeſar, cum apud archiepiscopum licentiam ſibi famulandi vix impetraret, contigit in die reſurrectionis ſanctae, episcopum ad miſſam paratum, ſubdiacono, ut mos eſt, ſanctam crucem coram tenente, ambabus eandem complectens 76) manibus, ut Otricus et *Ico* 77) nunquam ſedem poſſiderent ſuam, lacrimis poſtulat 78) profuſis. Peracto 79) autem divino pleniter miniſterio, cum idem ad menſam ſederet, praefatos nunquam ſibi ſucceſſuros palam cunctis praeſentibus innotuit. Qualiter autem hoc ſibi fuerit revelatum, non aperuit, nec unquam mihi aliquis intimare potuit. Poſt mortem quoque eius *Walterdo* ſibi dilecto, qui et *Dodico* vocabatur, ut ipſe mihi puero narravit, in ſomnis idem cuncta, quae in hac re vivus pronunciaverat, compleri talibus affirmavit. Hic in lecto poſitus exceſſu mentis vidit archiepiscopum in auſtrali eccleſiae ianua, quae cimiterium reſpicit, ſtantem, eundemque quaſi Romam cum baculo ſuimet pergere cupientem, his exasperavit verbis: *Mi Dodico, ut quid meum alii praebebis honorem?* cui reſpondens is, *nonne*, inquit, *in triſti meo habitu non voluntatem ſed obedientiam ſolum, ſenior cariſſime, vales conſiderare?* Adhaec archiepiscopus tunc proſequitur 80): *pro certo*

74) *Hardingo.* Ab Ann. Sax. p. 331. nominatur *Hardwigus*. — primus monaſterii S. Iohannis Bapt. abbas. Chronogr. Saxo p. 192. *Vrs.*

75) *Otricum.* Otricus, ludimagiſter (Scholaſticus) ſcholae cathedralis Magdeburg. antea docuerat Corbeiae, ſucceſſor Witekindi, cuius Annales habemus. Erat disciplinarum liberalium fideliſſimus propagator, et ſui aevi miraculum. Cui enim contigit Otricum habere magiſtrum, is ſibi aliquid eſſe prae aliis videbatur. Trithemius Chron. Hirsaug. eum nominat virum ſanctum, et iam in divinis ſcripturis, quam in ſecularibus literis erudititiſſimum. *Vrs.*

76) *complectens.* Minus recte priores editiones: *complecti.* *Vrs.*

77) *Ico.* Varie ſcribitur hoc nomen: *Elco*, *Aeico*, *Eido*, *Aido.* Annal. Saxo, uti Ditmarus *Ico.* Eſt autem contractum nomen *Aegidii.* Cod. Brux. vitioſe habet *Leo.* *Vrs.*

78) *poſtulat.* Falſo poſuere priores editiones: *poſtulare.* *Vrs.*

79) *peracto.* Leibnit. *facto.*

80) *proſequitur.* Reliqui *perſequitur.* *Vrs.*

Digitized by Google

certo dicens *ſcias, Otricum ſedem nunquam poſſeſſurum meam.* 81) Univerſus autem clerus et populus, ut ſupra memoravi, completa electione, miſerunt *Ekkihardum*, qui dicebatur *Rufus*, cum conſortio aliorum fratrum et militum, qui hanc Imperatori nunciarent et de promiſſis admonerent. Qui cum Italiae partes, ubi Caeſar tunc commorabatur, itinere attingerent, Giſileri ſuffragium, qui apud Imperatorem tunc plurimum valebat, implorantes, legationis ſuae ſecretum ei aperiunt. Promiſſa ab eo eſt his fidelis interceſſio, completurque ſibi cunctis proxima in omnibus benevolentia. Namque ut audita Caeſaris auribus inſtillavit, pedibus ſupplex advolvitur, promiſſa et diu expectata longi laboris praemia poſtulans, domino hoc conſentiente, protinus impetrat. Egreſſus autem interrogatur a nunciis, et maxime ab Oterico, qui ſe fidei ſuimet firmiter commendavit, ſi quid in ſibi creditis proficeret? quod vix ſuis neceſſitatibus in hoc ſubveniret, reſpondit. Corruptis tum pecunia cunctis primatibus, maximeque Romanis, quibus cuncta ſunt ſemper venalia, iudicibus, qualiter ad archiepiscopatum aliqua ratione veniret, primum ſecreto revolvit, deindeque 82) palam domini papae *Benedicti ſeptimi*, qui ſic vocabatur ex numero praecedentium aequivocorum, obnixe petit auxilium, quod cum totius conſilio ſenatus ſi poſſet impendi, ex ſua parte ſibi paratum fore et hic promiſit. Poſitum eſt Romae conſilium generale: ſapientiſſimi conveniunt, impleturque illa Ieremiae prophetia: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus et cetera.* Nam cum Iudices ab Apoſtolico interrogarentur, ſi liceret Giſilerum promoveri ad Archiepiscopatum, quia certam non haberet tunc ſedem, ſed ab episcopo iniuſte, ut ſemper ſit queſtus, ablatam *Hildiunardo*, caruiſſe hactenus quam poſſiderat, tunc hoc autoritate canonica 83) percipere iure meritoque verbis affirmabant et exemplis, Davidica transgredientes monita: *Recte iudicate, filii hominum;* et illud: *corruptus iudex nequit diſcernere verum.* Lector, crede mihi, quod piget atque pudet, me his longe inferiorem, hoc verbis exponere, quod hi ob praeſentem ac futurum pudorem noluerunt omittere. 84) Merſeburg, quae usque huc liberaliter 85) dominabatur, eccleſiae Haluerſtidenſi ſede episcopali deſtructa ſubditur, et Giſilerus eiusdem non paſtor, ſed mercenarius ad maiora ſemper tendens deſiderata IIII. Idus Septembr. 86) percepit, proverbii non memor illius: *Quando altior*

81) *poſſeſſurum meam:* Quarta hic vice p. 40. Wernherus Eps. nomen ſuum adpinxit. *Vrs.*

82) *deindeque.* Reinecc. Mader. et Leibnitius: *moxque* Vrs.

83) *auctoritate canonica.* Cod. Brux. *auctoritate apoſtolica vel canonica* Vrs. — Supplendum eſſet, quod Giſelarius promoveretur ad Archiepiscopatum, ſed cod. Antv. legit *percipere* (pro *praecipere*). Similiter Ann. Saxo, qui Ditmarum transſcribit: *iure meritoque hoc* (rectius *hunc*, ſcil. Archiepiscopatum) *percipere.* Chron. Magdeb. aliis verbis rem ita exponit, ut omnia ſimiliter ad Giſilerum referantur, addita ratione: Qui in minori fidelis eſt, dignus eſt, qui accipiat maiora. Hinc vocabulum *praecipere* locum obtinere haud debet, cum de iure, non de facto quaeſtio mota eſſet. *Kind.*

84) *noluerunt committere.* Denuo Wernheri nomen infra legitur. *Vrs.*

85) *liberaliter.* Loco eius ponit Cod. Br. *litera*, rectius *libera*, uti etiam Ann. Saxo. p. 332. *Vrs.*

86) *IIII. Id. Septembr.* Lapſus eſt Ann. Saxo p. 332. IIII. Id. *Aprilis* ſcribendo. *Vrs.*

Digitized by Google

tior gradus, tanto gravior fit caſus. Certe ſi voluiſſet is in cura ſibi credita perſiſtere, omnem ſcrupulum in aliquo ſibi unquam obſiſtentem, Imperatoris auxilio potuiſſet expellere, magnamque ſecuritatem ac rerum affluentiam cunctarum ſibi ſuisque ſucceſſoribus efficere. Sed quia Dei iudicia ſunt hominibus occulta, nunquam autem iniuſta, non illi ſolum, ſed communibus noſtrimet imputo peccatis domeſticis, quibus quicquid adverſi accidit, iuſte aſcribitur. Otricus vero Beneventum poſtea veniens in- 345
firmatur. Confrater meus, nomine *Huſuvard*, ut mihi retulit, vidit is aſſiſtere ſibi *Athelleken*, praepoſitum quondam noſtrum 87) ſed tunc defunctum, annonam ſancti Mauricii eminus ſibi porrigentem. Expavescens tali viſione, idem *cernis*, inquit, *frater aliquid?* et exponens ei ordine cuncta, *„Vae mihi*, dixit, *miſero et peccatori, quod unquam monaſterium meimet et obedientiam ob ambitionem dereliqui, et ſi divina largitas aliqualem mihi concedere dignatur ſanitatem, ſupplex huc venio, nunquamque recedo."* Talia proſequutus infirmitate validiori opprimitur, et poſt
An. 982. Wed. paucos dies in praefata civitate Nonas Octobris 88) moritur ac ſepelitur, non ullum ſapientia atque facundia ſibi relinquens ſimilem. *Giſilerus* autem accepta ab Imperatore licentia Magadaburg II. Kalend. Decemb. *Thiedrico* Metenſis eccleſiae episcopo 89) comitante venit. Fuit hic amicus Caeſaris et valde ei charus, unusque ex numero corruptorum, qui mille talenta auri atque argenti pro veritatis obumbratione ab archiepiscopo percepit. Cui quidam, cum ab eodem iuſſu Imperatoris ad matutinam ioculariter benediceretur, *„ſatiet te*, inquit, *Deus in futuro, quem hic omnes non poſſumus auro."*

An. 981. A. S. Tunc omnia noſtram prius eccleſiam reſpicientia diviſa ſunt miſerabiliter, Sclavonicae ritu familiae 90), quae accuſata venundando diſpergitur. 91) Pars episcopatus noſtri, quae iacebat inter Salam et Elſtram ac Mildam fluvios, et *Pliſni*, *Vedu* et *Tuchu-*

87) *quondam noſtrum.* Annal. Saxo l. c. addit: *Magdaburgenſem.* Vrs.

88) *Nonas Octobris.* In Necrolog. ad XI. Octobr. adſcriptus eſt nomine *Ochtric Diaconi.* Rectior tamen videtur 7. Oct. 982. quem et Chronogr. Saxo habet, praeſertim, cum in necrologio noſtro ab 8—19. Octobr. faſti oscitantia librarii luxati atque confuſi appareant. *Wed.*

89) *Thiedrico — episcopo.* Hic Theodoricus episcopus Metenſis, teſte Sigberto, vitam eius exponente ap. Leibnit. T. I. p. 293. ſ. ex pago Saxoniae Hamelant oriundus, proximaque cognatione cum Imperatore coniunctus erat. Mater enim eius *Amalrada*, uxor Everhardi comitis, ſoror erat *Mathildis* reginae, coniugis regis Henrici I. quarum parens erat Thiadricus Dux, antiquiſſima ſtirpe magni Ducis Widekindi ortus. *Vrs.*

90) *Slavonicae ritu familiae, quae accuſata.* Si lectio ſana, *accuſata* hic idem eſt, ac *damnata.* Vrſinus igitur non debebat interpretari: *klagbar geworden*, ſed *ſtraſbar befunden*, angeklagt und verurtheilt *iſt.* Kind.

91) *diſpergitur.* Lambertus Schafnab. deſtructioni episcopatus Merleburg. annum 982. adſignat, et auctor vitae Godehardi, episcopi Hildeſienſis, hanc deſtructionem vocat *inconſideratam.* Plura de illa vide in Sagittarii Antt. Magdeb. p. 192. ſ. qui bullas binas pontificis affert Romani, quae ſatis clare demonſtrant, Giſelarium hanc deſtructionem auctoritate pontificia ſubnixum perſuiſſe. cf. *Dreyhaupt Saalkreis* T. I. p. 21. ſſ. *Vrs.*

Digitized by Google

Zuchurini 92) pagos cum villis *Paſſini* et *Piſcini* 93), *Fritherico* Cicenſi datur episcopo. *Volcoldo* autem Miſnenſis eccleſiae antiſtiti pars illa conceditur cum adpertinentibus villis *Vuiſſeburg* et *Loſtatauua* 94) quae ad Gutizi orientalem pertinet, ac fluviis Caminici Albique diſtinguitur; ſibi autem retinuit Giſilerus VIIII. 95) urbes, quarum ſunt haec nomina 96): *Scudici*, *Cotug*, *Vurcin*, *Bigni*, *Ilburg*, *Dibni*, *Puc* 97), *Luibanici* et *Gezeriſca*. Praecepta 98), quae munera regalia ſeu imperialia detinebant, aut igni comburebat, aut eccleſiae ſuae mutato nomine deſignari fecit. Mancipia et totum, quod Merſeburg reſpicere debuit, ne unquam colligeretur, ſponte diſpergit, abbatiam ibi ſtatuit 99), eidemque *Otradum* venerabilem de ſancto Iohanne monachum praefecit, poſtque *Heimonem* de eodem monaſterio conſtituit. Sed quae res deſtructionem hanc ſubſequerentur, lector attende!

Gen-

92) *Plisni*, *Vedu et Tuchurini*. Tres hos pagos deſcripſit *Schoetgen* in *diplomat. Nachleſe* P. I. p. 394. ſ. De pago *Plisni* vide ſupra. Pagus *Vedu* hod. *Wedau*, a pago *Wietao* Chron. Gottwic T. I. p. 845. probe diſtinguendus, civitates Merſeburgum, Numburgum, Cizam et fl. Pleiſſam interiacet, et a fluviolo Wieta prope Numburgum Salam influente dictus eſt. *Tucherino* eſt *Teuchern*. Vrs.

93) *Paſſini et Piſcini.* Aperte vitioſa eſt lectio Reineccii: *cum villis paſſim et piſcinis*, quam Mader. et Leibnitius retinent. Cod. Dr. uti dedimus, Ann. Saxo comprobat ad ann. 981. p. 333. villas iſtas *Paſſini* et *Piſavi* nominans. *Paſſini* eſt *Poſſenhayn*, non procul a Numburgo, *Piſcini* vero eſt *Piſſen* ad *Lützen*. *Vrs.* — *Paſſini* eſt *Poſſenhain*. *Kinderling*.

94) *Vuiſſeburg et Loſtatauua*. Prava editionum lectio *Loſtata una* mire torſit ingenia Hiſtoricorum et Geographorum, aliamque quaerendo operam perdidere. Cod. Br. uti noſter habet *Loſtatawa* et Ann. Saxo ad dictum ann. *Zloſtatawa*. Diploma, quod Straulsius in Diſſ. de Rudolpho Suev. p. 29. in lucem protulit, aperte villas *Wiſſeburg* et *Loſtatava* in Pago Scudici ſitas et proprietates ad episcopatum Merſeburg. pertinentes dixit. Niſi omnia me fallunt, priſtina ſuperſunt nomina in appellationibus *Wiſenburg* et *Laſtau*, quae finibus antiqui pagi *Chutici* proxime adiacere vidimus, et olim ad episcopatus Merſeb. dioeceſin pertinuiſſe pro certo ſcimus. *Vrs.*

95) *VIIII. urbes*. Iterum Reinecc. et ceteri contra fidem noſtri et Brux. codicis legunt *undecim*, maxima quoque ex parte depravata urbium nomina proferunt. *Vrs.* — Legendum *novem* ut Leibnitius annotavit. Eorum nomina in Chron. Magdeb. Meibomiano paullo aliter exſtant, in meo MS. ſic: „Novem vero urbes meliores Scudici, Gotung, Witin (pro Urcin), Bigin, Hil- „burg, Dibin, Pouch, Liubani et Gezeriſcho ſuo ſpecialiter uſui detinuit." *Kind.*

96) *haec nomina*. Nomina dictarum urbium noſtra aetate ſunt: *Skeuditz*, *Gautzſch*, *Wurzen*, *Bichen*, *Eilenburg*, *Dueben*, *Pouch*, *Loebniz*, *Gerichshayn*. *Vrs.*

97) *Puc*. Ab initio nomen in Cod. noſtro ſcriptum erat *Pauc*, ſed litera *a* eraſa eſt. Olim hic locus Burgwardium fuit, nunc eſt villa prope Bitterfeld ad Muldam fl. ſita. *Vrs.*

98) *praecepta*. Diplomata intelligit. *Vrs.*

99) *abbatiam ibi ſtatuit*. De fundatione abbatiae a Giſilario Merſeburgi inſtitutae bullam Benedicti VII. P. R. menſe Aprili V. Kal. Maii Indict. XI. anno eius pontificatus XVI. qui erat annus 983. ſcriptam profert Sagittarius in Antt. Magdeb. p. 202. ſ. *Vrs.*

Digitized by Google

An. 983. A. S. Gentes 100) quae suscepta Christianitate regibus et imperatoribus tributariae serviebant, superbia *Thiedrici* ducis aggravatae, praesumtione unanimi arma commoverant, quod patri meo comiti *Sigifrido*, priusquam fieret, sic revelatum est. Vidit in somnis aërem nube densa contractum, et prae admiratione, quid hoc esset, percunctatus audivit vocem talia proferentem: „*Nunc illud compleri debet vaticinium: pluit Dominus super iustos et iniustos.*" Quod etiam III. Kalend. Iulii scelus percusso in Hauuelberg praesidio, destructaque ibidem episcopali cathedra, primum exoritur. Transactis autem trium spatiis dierum, Sclavorum conspirata manus Brandeburgensem episcopatum, XXX. annos 1) ante Magadaburgensem constitutum, cum iam prima sonaretur, invasit, fugiente prius tertio antistite eiusdem *Volcmero*, et defensore eius Thiedrico, ac militibus ipsa die vix evadentibus. Clerus ibidem capitur, et *Dodilo* eiusdem sedis antistes II. qui a suis strangulatus tres annos iacuit tunc sepultus, e tumulo eruitur, et integro adhuc eius corpore ac sacerdotali apparatu, ab avaris canibus praedatur, et iterum temere reponitur; omnis ecclesiae thesaurus distrahitur et sanguis multorum miserabiliter effunditur. Vice Christi et piscatoris eiusdem venerabilis Petri varia daemoniacae haeresis cultura deinceps veneratur, et flebilis haec mutatio non solum a gentilibus, verum etiam a Christianis extollitur. Temporibus his ecclesia Cicensis 2) a Boe-

100) *Gentes.* Slavorum. Ann. Saxo ad an. 983. p. 337.

1) *Brandenburgensem — XXX. annos — constitutum.* Literae fundationis archiepiscopatus Magdeburg. et episcopatus Brandeburg. in Sagittarii Antt. Magdeb. p. 43. et in Luenigii Spicileg. Eccles. P. II. append. p. 3. efficiunt, hunc XXII. tantum annos ante Magdeburgensem esse constitutum. Culpa erroris, ut credo, non est in Ditmaro, sed in alio, qui post eius tempus hanc observationem inter lineas textus Cod. nostri scripsit. Eodem tamen errore ductus Ann. Saxo ad an. 949. p. 279. et ad an. 983. p 337. *Urs.* — Lenzius in meo exemplari correxit numerum et substituit XXII. in hist. Brandenb. episcopatus autem numerum XX. posuit. At vero Brandenb. episcopatus an. 949. ab Ottone I. fundatus est. v. *Gerkens StiftsHistorie v. Brandenburg* p. 337. ubi ipsum diploma fundationis accurate exhibetur. Magdeburgensis Archiepiscopatus an. 967. fundatus est, sed ea fundatio per assensum Halberstad. episcopi demum an. 968. perfecta et rata habita est, itaque modo novemdecim annos Brandenburgensis episcopatus Magdeburgensem praecessit. Vera scriptura itaque numeri est XIX. unde per errorem XXX. factum est, quem falsum numerum etiam Chronogr. Saxo p. 195. habet. Vetus glossator, qui Dithmarum hoc additamento auxit, cum multis erravit, et annum 938. pro vero fundationis Brandenb. episcopatus habuit. *Kind.*

2) *Temporibus his ecclesia Cizensis* etc. Haec irruptio Bohemorum ab oriente venientium distinguenda est ab ante memorata irruptione Slavorum, Havelbergam et Brandenburgum occupantium. Hos scil. Slavos superbia Theoderici exacerbaverat. Bohemis vero alia causa invasionis fuit, nempe ereptio Odae ex monasterio Calbensi, ut intelligitur ex loco Lib. IV. p. 359. Leibn. Hanc enim Odam sanctimonialem, Theoderici Marchionis filiam, Dedi cognatam, Mesico, Polonorum Dux, coniugem cupiebat. Quam cum propter episcoporum contradictionem accipere non posset, vi armataque manu, ope Ducis Bohemiae, ex monasterio Calbae ad Salam abduxit. Episcopus Cizensis videtur praecipue eius adversarius fuisse, alias nihil commune fuit inter devastationem Havelbergens. et Brandenburg. episcopatum item Cizensis, porro et monasterii Calbensis, nisi tempus fatorum. De tota re, scil. ereptione Odae et destructione monasterii Calbensis optime egit *Dobnerus a S. Catharina* in notis ad Hagecii Chron. Bohem. T. III. p. 297. s. *Gebhardi* in Progr. de orig. ducum Meklenburg p. 18. vituperat Annal. Saxonem

Digitized by Google

a Boemiorum exercitu *Dedi* 3) duce capta eſt et depraedata, *Hugone* primo tunc epiſcopo hinc effugato. Poſteaque monaſterium ſancti Laurentii martyris in urbe, quae *Calune* dicitur, ſitum deſolantes, noſtros ſicuti fugaces cervos inſequebantur; noſtra etenim facinora nobis formidinem et his ſuggerebant 4) validam mentem. *Miſtui Abdritorum* dux *Homanburg* 4), ubi ſedes epiſcopalis quondam fuit, incendit atque vaſtavit. Quid vero ibi mirabilium Chriſtus operaretur 5) e coelis, attendat religio totius chriſtianitatis. Venit de ſupernis ſedibus aurea 6) dextera, in medium collapſa incendium expanſis digitis et plena cunctis videntibus rediit. Hoc admiratur exercitus, hoc ſtupet *Miſtuuoi* timoratus 7), et id mihi indicavit *Auico*, capellanus tunc eius, et ſpiritualis frater meus poſtea effectus. Sed ego cum eodem ſic tractavi, reliquias Sanctorum itinere in coelum divinitus collatas abiſſe, hoſtesque terruiſſe atque fugaſſe. [Poſthaec Miſtuuoi in amentiam verſus 8) in vinculis tenetur, et aqua benedicta immerſus Sanctus, inquit, me Laurentius incendit! et antequam liberaretur 9) miſerabiliter obiit.] Deſolatis tunc omnibus praeda et incendio urbibus ac villis usque ad aquam, quae *Tongera* 10) vocatur, convenerunt 11) e Sclavis peditum ac equitum plus quam XXX. legiones, quae ſine aliqua laeſione reſidua quaeque ſuorum auxilio deorum tunc de-

H 2 vaſtare

xonem, qui direptionem Hamburgi ad an. 983. refert, potius in an. 1012. ponendam, et Ditmari verba ſua facit, incurioſus, num res geſtae diſcernendae, an uni aevo, quod Ditmarus feciſſe videbatur, relinquendae. Ceterum Gebhardi ibidem Calbam, oppidum Anhaltinum pro Magdeburgenſi male appellat. Alia devaſtatio monaſterii ſanctimonialium Aug. ord. Calbae ad Mildam et urbis ipſius, quae Slavis tribuitur, videtur eodem anno accidiſſe. v. Maderi Antt. Brunsvic. p. 36. *Kind.*

3) *Dedi.* Leibnit. e codice ſuo: *Dedone*, de quo ab Ann. Saxone l. c. plura narrantur. Is eſt ille Dedo de tribu Buzini, Marchionum Miſnenſium ſator. *Vrs.*

4) *Homanburg.* Haud dubie *Hamburgum* intelligit, quod ex Ann. Saxone patet, qui *Hammanburch* habet. Chron. Gottwic. I, p. 479. putat *Hamelburgum* in Franconia ad Salam ſitum, olim Hamalanburc in pago Salvege, ubi vero nunquam epiſcopatus fuit. *Vrs.*

5) *Quid vero ibi mirabilium Chriſtus operaretur* etc. Quae hic de ereptis Sanctorum reliquiis divina et coeleſti manu narrantur, tanquam Hamburgi facta, Chron. Magdeburgenſe confuſius repetit, tanquam Calbae in deſtructione Laurentiani monaſterii facta, et cum amentia Miſtowi coniungit. *Kind.*

6) *aurea.* Sic in Dresd. et Annal. Saxone, editiones ignorant. *Vrs.*

7) *Miſtiuuoi timoratus* h. l. timore perculſus. *Kind.*

8) *Poſthaec Miſtiuuoi — miſerabiliter obiit.* Reineccius omiſit, quanquam in margine Dresd. leguntur, et iisdem verbis ap. Ann. Saxon. p. 337. occurrunt. Leibnitius e Cod. ſuo explevit. *Vrs.* — Forte haec Ditmaro aſſuta ſunt a deſcriptoribus ex Annal. Saxone, quare Leibnitius uncis incluſit. Ceterum *incendit*, quod Leibnitius pro incedit ſubſtituit (*incendit* etiam in Dresd. eſt. *Wa.*) diſerte apud Annal. legitur. Auctor Chronici Magdeb. etiam ſcribit: *Miſtowoi dux — vociferans inter tormenta, ſe ſuſtinere non poſſe, quae Laurentius ſibi inferret*, incendia. Ibidem Clericus, qui *Avico* hic dicitur, *Anaco* nominatur. *Kind.*

9) *antequam liberaretur.* h. e. a banno eccleſiaſtico ſolveretur. *Kind.*

10) *Tongera* fl. a quo urbs Tangermunda nomen habet. *Vrs.*

11) *convenerunt.* Cod. Br. *convertunt.* *Vrs.*

Digitized by Google

vastare non dubitarent, tubicinis 12) praecedentibus. Non latuit hoc nostros. Conveniunt episcopi Gisilerus et Hilliuuardus cum marchione Thiedrico, caeterisque comitibus, *Ricdago* 13), *Hodone* et *Binizone*, *Fritherico*, *Dudone* ac patre meo *Sigifrido*, 346 aliisque compluribus, qui ut dies Sabbathi primo illuxit, missam omnes audiunt, corpus animamque coelesti sacramento muniunt, hostesque obvios fiducialiter inrumpentes, paucis in unum collem effugientibus, prosternunt. 14) Laudatur a victoribus in cunctis Deus mirabilis operibus, approbaturque veridicus Pauli doctoris sermo: „*Non est prudentia neque fortitudo, nec consilium adversus Dominum.*" Derelicti sunt, qui prius Deum spernere praesumserunt, idolaque manu facta et prorsus inania creatori suo stulti praeposuerunt. Appropiante tunc nocte, nostrisque a longe castra metantibus, hi, quos supra memoravi, furtim proh dolor! evasere. Omnes autem nostri, exceptis tribus, crastino gaudentes remeabant, applaudentibus cunctis, quos obviam habuere, vel domi invenere.

An. 982. A. S. Interim Caesar Romanum sic regebat imperium, ut quod patrem suum prius respiciebat, omne detineret, et Saracenis sua impugnantibus viriliter resisteret, et a finibus suis longe hos effugaret. Calabriam a crebra Graecorum incursione et Saracenorum depraedatione magnam vim 15) perpeti Caesar comperiens, ad supplementum exercitus sui Bauuarios ac fortes in armis *Alemannos* vocavit. Ipse autem cum *Ottone* duce, fratris filio *Luidulfi* ad urbem *Tarentum*, quam Danai 16) iam praesidio munitam obtinuerant, festinavit, eamque viriliter in parvo tempore oppugnatam devicit. Saracenos quoque valido exercitu sua populantes superare contendens, cautos illo speculatores misit, qui certa de hostibus referrent. Quos primo infra 17) urbem quandam clausos effugavit devictos, postque eosdem in campo ordinatos, fortiter adiens 18) innumeram ex his multitudinem stravit, prorsusque hos speravit esse superatos. Sed hi ex

12) *tubicinis*. Mendum stupore scribae commissum correxit Reineccius: *tubicinibus*, sed Annal. Saxo p. 339. itidem *tubicinis* exhibet. *Vrs.*

13) *Ricdago*. Editiones Redago. Illud Dr. et Annal. Saxo. *Vrs.*

14) *prosternunt*. Addit Ann. Saxo p. 340. *in loco, qui Belxem dicitur. De Slavis autem ceciderunt XXX. millia DLIIII.* modo nos non fallat numerus ab Annalista allatus. cf. Chron. Magdeb. ap. Meibom. T. II. p. 278. *Vrs.* — Forte is locus *Belxem* toti pago Belesemensi nomen dedit, in quo Arneburg et Tangermunde iacebant. Locus ipse Belxem iam non superest. V. Beemanni descriptio vernacula Marchiae T. I. p. 70. *Kind.*

15) *vim*. Cod. noster per compendium sic *ui'*, nec aliter Codex, quo usus est Leibnitius. Cum Codd. convenit Ann. Saxo ad an. 982. p. 333. Loco eius Reineccius et reliqui substituerunt *iniuriam*. *Vrs.*

16) *Danai*. Graeci. Annal. Saxo. p. 333. *Vrs.*

17) *infra autem*. Infra in latinitate medii aevi frequenter usurpatur pro *intra*. Fresne Glossar. T. III. p. 1425. Nomen urbis erat *Basentellum*. Ita quidem Sigonius, sed sine veterum auctoritate scriptorum. *Vrs.*

18) *fortiter adiens*. Incuria librarii dederat *ad eius*, quod nihil est. *Wa.*

Digitized by Google

ex improviso collecti ad nostros unanimiter pergunt, et paululum resistentes prosternunt, proh dolor! III. Idus Iulii 19) *Richarium* Lanciferum et *Udonem* ducem, matris meae avunculum, comitesque *Thietmarum*, *Becelinum*, *Gevehardum*, *Gunterum*, *Ecelinum*, eiusque fratrem *Becelinum*, cum *Burchardo* et *Dedi* ac *Conrado*, caeterisque ineffabilibus, quorum nomina Deus sciat. Imperator autem cum Ottone praefato caeterisque effugiens ad mare venit, vidensque a longe navim, *Salandriam* nomine, Calonimi equo Iudaei ad eam properavit. Sed ea praeteriens suscipere hunc recusavit. Ille autem littoris praesidia petens invenit adhuc Iudaeum stantem, seniorisque dilecti eventum sollicite expectantem. Cumque hostes adventare conspiceret, quid unquam fieret de se, tristis hunc interrogans et habere se amicum apud eos, cuius auxilium speraret, animadvertens, iterum equo comite in mare prosiliens, ad alteram, quae sequebatur, tendit Salandriam, et ab Heinrico solum milite, qui sclavonice *Zolunta* vocatur, agnitus intromittitur, et in lecto senioris eiusdem navis positus, tandem ab ipso etiam cognitus, si Imperator esset, interrogatur. Qui cum hoc diu dissimulare studuisset, tandem professus: *Ego sum*, inquit, *qui peccatis meis id promerentibus ad hanc veni miseriam; sed quid nobis sit modo communiter faciendum, diligenter accipite. Optimos ex meo nunc perdidi miser imperio, et propter hunc doloris stimulum neque terras has intrare, nec horum amicos unquam possum vel cupio videre. Eamus tantum ad urbem Rossan* 20), *ubi mea coniunx meum praestolatur adventum, omnemque pecuniam, quam teneo ineffabilem, cum eadem sumentes, visitemus Imperatorem vestrum, fratrem scilicet meum, certum, ut spero, meis necessitatibus amicum.*" His dulcibus colloquiis provisor navis delectatus consensit, et perdius ac pernox 21) ad condictum pertingere locum properavit. Quo cum propiarent, binomius ille iussu Imperatoris praemissus, Imperatricem et qui cum ea erat, *Thiedricum* praesulem supramemoratum cum somariis 22) plurimis quasi pecunia sarcinatis vocavit. Graeci autem primo ut Imperatricem cum tantis de urbe praefata muneribus exire viderunt, anchoram ponentes, Thiedricum antistitem cum paucis intromittunt.

19) *III. Idus Iulii.* teste Lamberto Schafnab. ap. Pistorium I, 57. proelium ad Basentellum duobus diebus serius *Idus Iulii*, et, si fides habenda *Chronico episcopor. Metens. ap. d'Achery* II, 228. *XVII. Kal. Aug.* demum commissum est. In Necrologio nostro *Guentherus*, Marchio Thuringiae, et *Vdo*, Dux Franconiae ad II. Idus Iulii inscripti leguntur, quocum consentit *necrolog. Fuldense* Leibnit. III, 765. coll. Praef. p 32. Annalista Saxo, hic, uti alias, sequitur Ditmarum. *Wed.*

20) *Rossan.* Rossano, olim Roscianum oppidum Calabriae citerioris in opposito sinus Tarentini litore. cf. *Herm. Corneri* Chron. ap. Eccard T. II. p. 544. *Vrs.*

21) *perdius ac pernox.* Sic Cod. noster rectius, quam Reineccius, qui ponit *per dies et per noctes*; quod et, qui eum secuti, habent. Annal. Saxo conspirat cum codice. *Vrs.* — cf. Ind Latinit.

22) *somariis.* Somarius, Saumarius est equus vel mulus sarcina oneratus. v. Adelungii Glossar. manuale medii aevi T. VI. p. 23. f. sub voce *Sagmarius.* Wachteri Glossar. Germ. p. 274. f. v. *Saumpferd.* Gobelinus Persona aet. VI. c. 49. vocem per *bestias thesaurum portantes* exponit. *Vrs.*

Digitized by Google

mittunt. Sed Imperator rogatu praesulis vilia deponens vestimenta et induens meliora, viribus suis et arte natandi confisus, ut stetit in prora, mare velociter insiluit. Quem cum quidam ex circumstantibus Graecis apprehensa veste detinere praesumeret; perfossus gladio *Luipponis* egregii militis retrorsum cecidit. Fugerunt hi in alteram partem navis, nostri autem, quibus huc veniebant puppibus, incolumes Caesarem sequebantur, eos littoris securitate praestolantem, praemiaque promissa magnis muneribus Danais implere cupientem. Hi vero multum perterriti promissionibusque diffidentes abierunt patrios repetentes fines; quique dolo omnes semper vicerant nationes, simili se tunc delusos arte sentiebant. Quanta autem laetitia a praesentibus posteaque venientibus Imperator susceptus sit, explicare non valeo.

Sed ut in omnibus, lector carissime, certus efficiaris, Salandria 23) quid sit, vel cur ad has pervenerit oras, breviter intimabo. Haec est, ut praefatus sum, navis mirae longitudinis et celeritatis 24), et utroque latere duos tenens remorum ordines, ac centum quinquaginta nautas. Duabus hoc unum erat nomen navibus, quae iussu Basilei Nicephoris 25) Calabriam petierunt colligendi gratia tributi: quae licet Romano specialiter serviat imperio, tamen ne aliquam a Graecis patiatur molestiam, auri 347 debitum quotannis voluntarie persolvit Constantinopolitanis. Imperator autem has venientes, inextinguibilemque ab omni re, praeter acetum, ferentes ignem, sibi coniunxit, et in mare ad comburendas Saracenorum naves conductas direxit; quarum una, sicut praedixi, suscipere devictum eundem recusavit, seu ob ignorantiam sui, seu ob metum subsequentis inimici. Altera autem, quae hunc instinctu Heinrici suscepit, velut praefatus sum, invita reddidit. Paululum mihi nunc devianti mens est, incepta perficere. Omnes nostri principes comperta tam miserabili fama conveniunt dolentes, et ut eum sibi liceret videre, per epistolae portitorem unanimi supplicatione poscebant. Quorum legationem Caesar ut audivit, desideranti animo consensit. Ponitur in *Berna* 26) civitate conventus, et omnis huc convocatur principatus, necessaria ut hic tractarentur multa. Solus dux *Bernhardus* in media revertitur via; namque una ex urbibus suis 27), ... quam Imperator contra Danos opere ac praesidio firmavit,
An. 983. A. S. dolo ab his denuo capta, caesis defensoribus eiusdem incensa est. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXXIII. 28) Imperator *Veronae* placitum habuit, et *Heinricus* minor

23) *Salandria.* De navigiis huius nominis v. Gobelinum Personam p. 251. 252. Adelung Glossar. T. II. p. 387. f. v. Chelandrium. *Urs.*

24) *celeritatis.* Cod. Dr. habet *aclaritatis* prima tamen litera erasa. *Wa.*

25) *Nicephoris Calabriam.* Cod. Dr. vitiose in *Caphoris Calabrium.* Nicephoris Leibnitius plane non habet. *Urs.*

26) *Berna.* i. e. Verona. *Urs.*

27) *ex urbibus suis, — quam.* Hic spatium in Cod. nostro relictum est, eo, ni fallor, consilio, ut illi nomen urbis inscriberetur. Nec lacunam explevit Leibnitius ex Codice Brux. qui ex nostro procul dubio exscriptus est, nec Ann. Saxo habet. *Urs.*

Digitized by Google

minor exilio solutus, dux Bauuariorum effectus est 29); et in hoc anno Sclavi unanimiter restiterunt Caesari et Thiedrico marchioni: et filius Imperatoris ab omnibus in dominum eligitur. Post paucos dies discedebant ultimum vale dicentes; namque Imperator cum Romam veniret, relicta matre sua venerabili in Papia civitate, graviter infirmatus, ut extrema persensit adesse, omnem suimet pecuniam partes divisit in quatuor, unam ecclesiis, secundam pauperibus, tertiam dilectae suimet sorori *Mechtildae*, quae Abbatiam in Quidilingeburg devota Christo famula obtinuit, quartam suis tristibus donavit ministris ac militibus, factaque latialiter confessione coram Apostolico, caeterisque coëpiscopis atque presbiteris, acceptaque ab eis optata remissione VII. Id. Decembr. 30) ex hac luce subtractus est, terraeque commendatus, ubi introitus orientalis Paradisi domus sancti Petri cunctis patet fidelibus, et imago dominica honorabiliter formata venientes quosque stans benedicit. Equidem sortis memor humanae, multumque indigens indulgentiae, coeli terraeque Deum et Dominum supplex efflagito, ut quicquid hic in mea unquam peccaverit ecclesia, clemens remittat, pro beneficiis autem centuplum largiatur potestateque immerito mihi concessa indulgeo, te obnixe successorem postulans, ut huic veniam nemini in ultimis denegandam semper ex corde tribuas.

Huius inclita proles nata 31) sibi in Silva, quae *Ketil* 32) vocatur, in die proximi natalis Domini ab *Iohanne* Archiepiscopo Ravennate et a *Willigiso* Magociacense in regem consecratur Aquisgrani, et completo hoc officio mox legatus tristi nuntio tanta An. 984. A. S.

28) *DCCCCLXXXIII.* (983.) Hos numeros habet aperte Dresd. et Annal. Saxo p. 336. qui soli veri sunt. Maderus igitur et Leibnitius falsi sunt, qui DCCCCLXXVIII. (978.) habent. *Vrs.*

29) *effectus est.* Sic Cod. Dresd. Desunt haec duo verba in editionibus, Leibnitius in notis tantum attulit. *Vrs.*

30) *VII. Id. Decembr.* Obiit Otto II. Imp. anno aetatis undetricesimo, hinc Fabricius, cui Orig. Saxon. Lib. II. p. 202. duodequadregesimus placuit, corrigendus est. Annum eius obitus 983. comprobant Sigebertus Gemblai p. 159. Chron. Vrspergense p. 225. Alberici Chron. P. II. p. 25. Chronogr Saxo p. 196. Gobelinus Persona p. 252. Annus vero 995. in Chronico Magdeb. p. 279. censoria virgula notandus est. *Vrs.*

31) *proles nata.* Annal. Saxo p. 330. diserte scripsit: *anno* 980. *Otto tertius Imperator futurus hoc anno natus est.* In ventos igitur abeunt vana somnia Leukfeldii in Antt. Halberst. p. 279. cui annus 975. valde arrisit. Paullo post, in libro sequenti Ditmarus ipse testatur, Ottonem *anno aetatis suae decimo quinto* Romae a pontifice unctionem imperialem accepisse, anno nempe DCCCCXCVI. *Vrs.*

32) *silva Ketil.* Eadem esse videtur, quae *Catulana* sive Guelphorum silva in comitatu Mansfeldensi, quamvis sententia *Scheidii* in *Schriften der Duisburg. gel. Gesellschaf:* p. 4. ff. de silva *Kettelwald* vocata, in ducatu Cliviensi ad arcem Gennep, omnino attentionem mereatur. cf. eundem Scheidium Tomo IV. Origg. Guelficar. in praefatione. — — Falso silva Ketil in ditione Trevirensi quaeritur, vel in Mansfeldensi, quod Vrsino placuit; potius est silva *Kettel* prope Gennepum, in qua castrum venatorium situm erat. Tota dynastia Kettel vocabatur, cuius postea dominus erat Herbertus, pater S. Nortberti AEpiscopi Magdeb. v. Scheid. l. c. *Kind.*

Digitized by Google

tanta perturbans gaudia advenit. Movit multorum corda ineffabilis dolor, virtus fublata queritur, quam faepiffime incolumem homo fragilis et dubius perfequitur. Sedit hic bis quinos folares annos poft obitum patris fui, regni tutor et imperii, hoftibus cunctis horrendus, commiffisque gregibus inexpugnabilis murus. Nutat anxia in tantis rebus populi fententia, quam cito firmavit divinae maieftatis miferatio. Solvitur a Traiectenfi cuftodia dux *Heinricus* 33), et ab eo Rex tenellus ad nutriendum five ad degradandum a *Varino* Colonienfi archiepiscopo, cuius firmae fidei ab Imperatore praedicto is commiffus fuit, affumitur. Obferam modo tertii feriem voluminis duro vecte nęcis deflendae tertii Imperatoris noftri, et certitudinem pietatis almae, qua omnem exclufit ambiguitatem, ftylo laetus aperire conabor. 34)

Chro-

33) *Dux Henricus — tenellus — affumitur.* Nimis libere transtulit Vrfinus: *er huldigte dem jungen Könige. Affumitur* intelligendum eft de tutela f. mundiburdio, ut ftatim poftea, fub initium Libri IV. dicitur: Henricus regem patronus legalis — fuscepit. *Kind.*

34) *conabor.* Recentior manus adfcripfit: Defunt verfus de Ottone III. *Vrs.*

Digitized by Google

Chronici Dithmari
Episcopi Merseburgensis
Liber IIII.

Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXXIIII. Domina Imperatrix *Theuphano*, An. 984.
tertii mater Ottonis, et proh dolor! in hoc ordine ultimi, novitate diri vulneris et A. S.
unici absentia filii perculsa ad *Athalheidam* Imperatricem Papiam civitatem veniens,
magno suscipitur luctu, caritativoque lenitur solatio. Praefatus vero dux 35) cum *Poppone* venerabili episcopo 36), sub cuius potestate diu tenebatur, et cum *Ekberto* comite unioculo 37), Aggrippinam veniens regem patronus legalis *Uuarino* 38), ut praedixi, Archipraesule suscepit, eiusdemque auxilium cum omnibus, quos ad sui gratiam
convertere poterat, firmiter est adeptus. Dispositis autem, prout sibi placuit, cunctis
dux ad Corbeiam cum eis venit, ibique *Thiedricum* et *Sicconem* 39) comites et confratres nudis pedibus veniam postulantes dedignatur suscipere. Quod hi aegre ferentes abierunt, cognatos suimet et amicos a Ducis ministerio toto mentis nisu amovere
studentes; qui cum palmarum solennia in Magadaburg celebrare voluisset, omnes regionis illius principes huc convenire rogavit atque praecepit, tractans quomodo se
348 suae potestati subderent, regnique eum fastigio sublevarent. Huic consilio maxima
pars procerum hoc dolo consensit, quod licentiam a domino suimet rege, cui iuraverat prius, peteret, postque secura novo regi serviret. Quidam autem ob eius indignationem digressi occultis meditantur astutiis, qualiter hoc nunquam fieret. Inde egressus Heinricus proximum pascha Quidilingeburg festivis peregit gaudiis; quo magnus
regni primatus colligitur, a quibusdam autem venire illo nolentibus, ad omnia diligenter inquirenda nuntius mittitur. Hac in festivitate idem a suis publice rex appellatur, laudibusque divinis attollitur. Huc *Miseco* et *Mistui* et *Bolizlouo* duces cum
caeteris ineffabilibus confluebant, auxilium sibi deinceps ut regi et domino cum iuramentis affirmantes. Multi ex his fidem violare ob timorem Dei non praesumentes
paulu-

35) *Praefatus dux.* Henricus. *Vrs.*

36) *venerabili episcopo.* Traiectensi. *Vrs.*

37) *unioculo.* *monoculo* Cod. Brux. et Ann. Saxo p. 341. *Vrs.*

38) *de Uuarino* rectius cum Ann. Sax *a Warino.* Vrs.

39) *Sicconem.* Ann. Saxo p. 341. ita: *Theodericum et eius fratrem, Comites.* Sicconem, sic enim Cod. Dr. (sine dubio pro Esiconem) non habet Ann. Saxo. *Vrs.*

Digitized by Google

paululum evaserunt, et ad civitatem *Hesleburg* 40), quo consocii eorum adversus ducem iam palam conspirantes conveniebant, festinavere; quorum haec sunt nomina. Ex oriente hi comites cum *Bernhardo* duce et *Thiedrico* marchione, *Ekkihardus*, *Biio*, *Esic*, *Bernhardus* comes et clericus, *Sifrith* eiusque filius, *Frithericus* et *Ciazo* confratres. Conprovincialium autem *Thiedricus* et *Sibert* confratres, *Heieo*, *Ekkihardus* et *Bezeko*, germani, *Brunig* et sui, militesque sancti Martini iussu archipraesulis *Vuilligisi*, quibus adhaerebat occidentalium maxima multitudo. Quod dux comperiens, suos magnis muneribus ditatos cum gratia dimisit, ipse autem cum valida manu ad perturbandam hanc coniurationem seu pacificandam ad *Uuerlu* 41) properans, *Popponem* misit episcopum 42), ut adversantes sibi disiungere vel reconciliari tentaret. Qui cum coepto itinere persisteret, hostes congregatos, iamque ducem petere paratos inveniens, vix pacem mutuam in loco, qui *Seusun* 43) dicitur, ad condictum pepigit diem: ad quam dux Bauuariam continuo proficiscens, cum venire aut noluisset, aut propter *Heinricum* ducem 44), qui tunc Bauuariis atque *Carentis* 45) praefuit, munere praefati imperatoris non potuisset, hostilis immanitas urbem comitis *Ekberti*, quae *Ala* 46) dicitur, possedit 47), destructisque protinus muris intrantes *Athelheidam* 48) Imperatoris filiam, quae hic nutriebatur, cum pecunia ibi plurimum collecta rapiunt, gaudentesque redeunt. Dux autem conversis ad se omnibus Bauuariorum episcopis comitibusque nonnullis, Francorum terminos his fretus sociis adiit, et in pascuis,

40) *Hesleburg.* Hodie vocatur *Asseburg* in comitatu Mansfeldensi, non longe a civitate Mansfeld. cf. Meibom. Chron. Waldtbecc. p. 71. ss.

41) *Uuerlu.* *Warlu*, *Werlaou*, *Werlaha*, *Werlitz* — castrum erat munitissimum regum et imperatorum Germanicorum, palatio ornatum. Hodie est civitas sita in comitatu Arnsbergiae Westphaliae inter fluvios Susatum et Vnnam. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 520. 546. Meibomii not. ad Witichind. T. I. S. R. G. p. 682. Aliter sentiunt *Gruberus* in hist. Goettingensi P. I. §. 44. *Hannöver. Anzeigen* 1751. p. 367. alii. *Vrs.* — De vero situ veteris palatii regalis et imperialis Werlae, fide diplomatum et veterum scriptorum episcopatui Hildesiensi asserto, prolixam et eruditam Diss. edidit *Franc. Dominic. Haeberlin*, Helmst. 1786. Vere prope Goslariam sita fuit Werla, ab Henrico II. ao. 1013. ecclesiae Hildesiensi donata, post quam donationem omnino fiscus imperialis, quod tamen Vrsinus negare nititur, Goslarium translatus est. *Kind.*

42) *Popponem misit episcopum.* Vltraiectinum episcopum fuisse hunc Popponem ex praecedentibus, et ex Ann. Saxone intelligitur. Mirandum igitur est, eius memoriam nec apud Bekam, nec Hedam, in ipsorum vitis episcopor. Traiectensium exstare. *Kind.*

43) *Seusun.* Annal. Saxo p. 342. *Suesun.* Probabiliter est *Sentiacum* s. *Sinciacum*, teutonice *Senzig* ad Rheni ripam, ubi is cum Arola miscetur, Anderuacum inter et Coloniam Agrippinam situm. Olim erat villa regia. *Vrs.*

44) *Henricum Ducem.* Ann. Saxo addit: filium Bertoldi. *Vrs.*

45) *atque Carentis.* Ap. Ann. Saxonem haec duo verba non leguntur. *Vrs.*

46) *Ala.* Nunc *Aalen*, urbs ducatus Sueviae inter Vlmam et Halam Suevorum posita. *Vrs.*

47) *possedit.* Ann. Saxo *obsedit.* *Vrs.*

48) *Adelheidam.* Editiones *ad* Adelh. Cod. Dresd. non habet *ad.* Recte; nam iungendum: *Adelheidam — rapiunt.* Wa.

Digitized by Google

pascuis, ad *Bisinstidi* 49) pertinentibus, ad alloquendos regionis illius principes consedit. Magontinae tunc provisor ecclesiae *Vuilligisus* cum duce *Conrado* caeterisque optimatibus huc venit. Hos dux quibuscunque valuit modis sibi coniungere tentans, eosque a promissa regi suo cum sacramentis fide nunquam vita comite recessuros, unanimi eorum responso percipiens, coactus est futuri timore duelli cum iuramentis affirmare, ut III. Kal. Iulii 50) ad locum, qui *Rara* 51) vocatur, veniret, puerumque matri suae illisque redderet. Tunc unusquisque remeavit ad sua, mente diversa prae gaudio atque tristitia.

Posthaec Heinricus *Bozlauum* ducem Boëmiorum, in cunctis suimet necessitatibus semper paratum, cum suis adiit, honorificeque ab eo susceptus, cum exercitu eiusdem a finibus suis per *Niseni* et *Deleminci* 52) pagos usque ad *Mogelini* 53) ducitur. Deindeque cum nostris obviam sibi pergentibus ad *Medeburun* proficiscitur. *Vuagio* vero miles Bolizlaui ducis Boëmiorum, qui Heinricum 54) cum exercitu comitatur, cum ad *Misni* redeundo perveniret, cum habitatoribus eiusdem pauca locutus, *Fritthericum*, *Rigdagi* marchionis, tunc in Merseburg commorantis, amicum et satellitem, ad ecclesiam extra urbem positam venire, ac cum eo loqui per internuntium postulat. Hic ut egreditur, porta post eum clauditur, et *Rigdagus* eiusdem civitatis custos 55) et inclitus miles iuxta fluvium, qui *Tribisa* 56) dicitur, ab his dolose occiditur. Urbs autem praedicta Bolizlaui mox praesidio munita, eundem cito dominum et habitatorem suscepit. A quo *Uolcoldus* antistes vulgi instinctu varii expellitur, et ad Uuilligisum archiantistitem veniens benigne ab eodem suscipitur. Hunc enim 57) pro filio episco-

An. 984. A. S.

 pus

49) *Bisinstidi. Bisenstätt* propter Wormatiam, haud procul a Rheno, olim fuit villa regalis. Reineccius posuit *Wesenstadt*, quod in editionis suae et fortasse etiam Codicis nostri margine *Weissenstadt* explicuit. Annal. Sax. *Bissintide. Vrs.*

50) *III. Kal. Iulii.* Loco numeri III. Ann. Saxo descriptoris vitio habet *in Kal. Iulii.* Vrs.

51) *Rara. Raurheimium* s. *Rorheimium* ad ripam Rheni inter Wormatiam et Gerenshemium sita. *Vrs.*

52) *Niseni et Deleminci.* Terra Misnica, ut nunc est, pagum Niseni maximam partem et pagum Daleminci ex toto complectitur. Loco Niseni Ann. Saxo p. 342. posuit *Misent. Vrs.*

53) *Mogelini.* Hodie *Mügeln*, cui civitas Oschatz est proxima. *Vrs.*

54) *Henricum.* Ann. Saxo addit Ducem.

55) *civitatis custos.* Qui postea temporis titulum *Burggraviorum* Misnensium obtinebant, ab initio urbis Misnae nominabantur custodes eius. Talis erat *Rigdagus*, a Marchione eiusdem nominis bene distinguendus. De hoc insigni momento pluribus egi in translat. Germ. p. 157. *Vrs.* — *Rigdagus — occiditur* Necrolog. ad 11. Oct. *Riddagus laicus frater noster et occisus.* Nomine eius monasterio nostro 2. Solidi ex salinarum reditibus donati sunt. Fuit fortasse pater vel patruus Riddagi, Abbatis nostri. *Wed.*

56) *Tribisa. Tribusa* Ann. Saxo. *Vrs.*

57) *Hunc enim* scil. Archiepiscopum. Ann. Saxo. *Vrs.*

Digitized by Google

pus nutriit, et cum ad eoas 58) ordinaretur regiones, secundo Ottoni, cui magisterio
praefuit, diligenter vice sui habendum commendavit. Hoc semper iste in animo tenuit,
ac maximo honore cognovit, et tunc adprime, cum sibi fuit necesse; et in *Erpesfordia*, quo ipse desideravit, procurari eundem summopere iubet. Ibi diu conversatus
An. 985. post mortem Ricdagi marchionis incliti, *Ekkihardo* succedente et Bolizlauo ad propria
A. S. remeante, sedem propriam revisit; posteaque Bolizlaui amicitiam firmiter acquirens,
cum in Praga coenam Domini celebraret, posteraque die, quae est Parasceue, cum
memoriam divinae 59) passionis rite perageret, paralysi perculsus 60) asportatur, et in
hac infirmitate usque ad finem huius vitae, quamvis ad tempus convalesceret, permansit.
An. 993. Sedebat XXIII. annos, X. Kal. Septembr. ex huius carnis ergastulo eductus. In
huius vice *Eid*, nostrae congregationis 61) frater, vir iustus et magnae simplicitatis
ordinatur, hortatu Gisileri Archipraesulis, de cuius inclita conversatione multa ad aedificationem nostram utilia 62), cum tempus fuerit, narrabo, nunc in coeptis persistens.

An. 984. Interim fautores regis *Uuillehelmum* comitem 63) duci nimis familiarem, in *Uuimari*
A. S. possidentes 64), comperto eiusdem adventu illo festinant, ac iuxta villam, quae
Iteri dicitur, convenientes castra metati sunt, crastino contra eum bellaturi. Quod 349
cum ducem protinus non lateret, Gisilerum huc misit archiepiscopum, qui voluntatem
eorum perquireret, pacemque, si potuisset ulla fieri ratione, firmaret. Hic cum senioribus congregatis suae legationis aperiret secretum, dictum est ab his, si regem et dominum suum reddere, nilque de rebus suis praeter *Merseburg*, *Vualbizi* et *Frasu* 65)
ad supra memoratum diem sibi detinere voluisset, idque sacramentis credibilibus approbaret, quod tunc cum securitate eorum ex parte consolidata, huic abire liceret;
sin autem, quod eundi redeundique nullus vivo patesceret locus. Quid plura? quicquid

58) *ad eoas.* Literae utriusque vocis iunctae leguntur, sic *adeoas.* Cod. Br. et Ann. Saxo legunt forsan accuratius *ad eas*, quamvis *ad eoas*, sc. orientales facile intelligi possint. *Vrs.* — *Ad eoas* unice verum, et alibi etiam apud Nostrum occurrit. *Wa.*

59) *divinae passionis.* Cod. Brux. *dominicae.* *Vrs.*

60) *Uowoldus paralysi perculsus.* Hic an. 993. mortuus episcopus Misnensis nomine *Vocconis episcopi* in necrologio ad 23. Aug. occurrit. Contracta eiusmodi nomina plura inveniuntur. Sic *Sizzo* et *Pazzo* pro *Sigeberto* et *Pacifico* cet. *Wed.* — De Volcoldi paralysi et *Eidil* s. Aegidii successione in episcopatu Misnensi legatur *Dobnerus* in notis ad Hagecii Chron. Bohem. T. III. p. 360. Refert ad annum 991. *Kind.*

61) *nostrae congregationis.* i. e. Magdeburg ecclesiae Canonicus. *Vrs.*

62) *utilia.* Reineccius loco eius ponit *verba*, nec minus Leibnitius. Sed in Cod. nostro aperte, et melius, uti dedimus. *Vrs.*

63) *Wilhelmum comitem.* Addit Ann. Saxo: *de Thuringia* *Vrs.*

64) *possidentes.* Ann. Saxo *obsidentes.* *Vrs.*

65) *Vualbizi et Frasu.* Walbizi hodie *Walbeck* in comitatu Mansfeldensi. Ann. Saxo habet *Wallebike.* Frasu nunc *Frosa*, urbs ad ripam Albis sita ultra Magdeburgum. *Vrs.*

Digitized by Google

quid expofcunt, craftino impetrant, eumque ad Merfeburg, ubi ductrix *Gisla* 66) longo triftis fedebat abfceffu, hi discedentes ire permittunt. Is vero cum fidelibus fuis fingula quaeque discutiens, feque ob Dei timorem, patriaeque falutem a propofito receffurum fuo veraciter indicans, grates auxilii fuimet ac bonae voluntatis condignas refert, et ut cum illo ad condictum pergerent diem, omnes caritative poftulat. Ventum eft ad Rara ab Imperatricibus in Papia 67) humiliter divinam confolationem huc usque praeftolantibus, et ab univerfis imperii ac regni principibus, fidelisque promiffio ducis completur, data cunctis, qui ad regnum pertinebant, gratia fui, abeundique licentia. Stella a Deo praedeftinati rectoris media die cernentibus univerfis clara refulfit. Fit unus laicorum atque clericorum in Chrifti laude concentus, ac prius repugnantium fupplex affectus, convenitque in unum diffona turba dominium. Rex a fuimet matre aviaque diligenter fusceptus *Hoiconis* magifterio comitis commiffus eft. Inter Regem et ducem pax firmatur usque ad fupra memorata *Bififtidi* 68) prata, utrisque fua petentibus. Convenientibus autem his malorum inftinctu in malo discefferunt, ficque multum temporis ftetit intervallum. Oritur autem inter hunc et praefatum *Heinricum*, qui minor dicebatur, magna feditio, qua *Herimanni* comitis confilio poftmodum finita, regis gratiam in *Francanafordi*, et ducatum dedicius 69) promeruit. Celebrata eft proxima pafchalis folennitas in *Quidelingeburg* a rege, ubi quatuor miniftrabant duces, *Heinricus* ad menfam, *Conradus* ad cameram, *Hecil* ad cellarium, *Bernhardus* equis praefuit. 70) Huc etiam Bolizlauus et Mifeco cum fuis conveniunt, omnibusque rite peractis muneribus locupletati difcefferunt. In diebus illis *Mifeco* 71) femetipfum regi dedit, et cum muneribus aliis camelum ei praefentavit, et duas expeditiones cum eo fecit. In primo anno regni eius antiftes Hillineffemenfis *Aduuinus* 72) Kal.

An. 985. A. S.

An. 986. A. S.

66) *Gisla.* Henrici, Ducis Bavariae uxor, filia Conradi regis Burgundiae, qui erat frater Adelheidae imperatricis. Ann. Saxo. *Vrs.*

67) *in Papia.* lectio fortaffe corrupta, in Ann. Saxone non invenitur. *Vrs.*

68) *Bififtidi.* Ann. Saxo Biflinftidae. *Vrs.*

69) *dedicius.* barbare pro *dedititius*. et fic Reinecc. et Leibnitius. Ann. Saxo p. 344. bene illustravit: Veniente rege in Franconoford. illuc Henricus ipfe adveniens, in confpectu totius populi, complicatis manibus, humilis habitu et actu, vera compunctus poenitentia, Regiae *fe tradidit* poteftati. Quem digno honore fusceptum et ductoria itidem dignitate fublimatum inter fideliffimos, ut ius propinquitatis exigebat, eum deinceps habebat. cf. Chronogr. Saxo p. 198. f. *Vrs*

70) *equis praefuit.* Nemo praeter Ditmarum ifta notavit. Hi quatuor Duces Palatino minifterio functi funt. Henricus Bavariae Dux, Dapiferi, Conradus Camerarii munus obiit, Hekil Carinthius Pincernae, Bernhardus Saxonum Dux Marefchalli feu Comitis ftabuli vices peregit. *Vrs*

71) *Mifeco.* Ann. Saxo p. 345. ad an. 986. Otto rex adhuc puerulus cum magno exercitu perrexit in Slavoniam, ibique ad eum venit Mifeco dux Polonorum cum multitudine nimia, obtulitque ei camelum et alia xenia multa, fe etiam ipfum fubdidit poteftati illius, et tunc fimul pergentes devaftaverunt totam terram incendiis et depraedationibus multis. *Vrs.*

72) *Aduuinus.* Apud Ann. Sax. ad an. 984. p. 344. *Otwinus. Vrs.*

Digitized by Google

Kal. Decembr. obiit, et *Osdagus* eiusdem monasterii praepositus successit. Quo sedente quinque annos et tunc exspirante 73) *Gerdagus* tunc cellerarius ordinatur 74), et cum ille in III. ordinationis suae anno Romam causa orationis petens reverteretur, VII. Id. Decemb. obiit 75), et corpus eiusdem per singula divisum membra in scriniis duobus ad monasterium suimet a consociis lugubriter delatum est. Hos antistites duos *Gisilerus* archipraesul casu ibidem adveniens terrae commendavit. [Tunc *Berwardus*, magister regis 76), facta electione consecratur.]

Multis bellorum asperitatibus Sclavos lacessere Rex non desistit. Orientales quoque adversus se praesumentes insurgere devicit. De occidentali parte quam plures, arma saepius commoventes multosque depraedantes, vi et arte is superare contendit. Puerilia 77) non est opus numerare, longumque videtur, quae pro prudentibus is effe-
An. 989. A. S. cerit consiliatoribus, enarrare. Cometa apparens damna in pestilentiis subsequutura indixit. Imperator iam factus vir, ut ait Apostolus, evacuavit quae erant parvuli, semperque Merseburgensis destructionem ecclesiae deflens, quomodo haec renovaretur 78), sedula mentis intentione volvebat, et quamdiu in corpore vixit, hoc votum
An. 991. A. S. perficere studuit monitis piae matris, quae talia, ut mihi *Meinfuith* 79) post retulit, sicut ab ipsa percepit, in somnis vidit. Apparuit ei intempestae noctis silentio sanctus Christi athleta, Laurentius, dextero mutilatus brachio; *cur*, inquiens, *quis sim, non interrogas?* et illa, *non audeo*, infit, *domine mi!* Ille autem prosequitur: *Ego sum*, dicens, et nomen innotuit, *Quid in me modo ipsa consideras* 80), *tuus effecit senior* 81), *eius persuasu seductus, cuius culpa electorum Christi magna multitudo discordat.*" Posthaec nati suimet commisit fidei, seu vivente Gisilero, seu moriente fieri

73) *exspirante.* Osdagus obiit 989. Ann. Saxo p. 347. *Vrs.*

74) *ordinatur.* XIV. Kal. Febr. an. 990. Ann. Saxo p. 348. *Vrs.*

75) *VII. Id. Dec. obiit*, et quidem Cumis. an. 992. Ann. Saxo p. 355. *Vrs.*

76) *magister regis.* Regis Capellanus ordinatus est in episcopum Hildinisheim. XVIII. Kal. Febr. an. 993. Ann. Saxo p. 355. Huius episcopi vita auctore Tangmaro presbytero exstat ap. Leibn. T. I. p. 441. ff. Erat ex familia Comitum Palatinorum Saxoniae, qui ab arce Sommersenburg nomen acceperunt. *Vrs.* — Totus locus in Cod. Dr. est interlinearis, pallidiori atramento scriptus. *Wa.*

77) *Puerilia.* Reineccius et Leibnitius *pueritiam.* *Vrs.*

78) *renovaretur.* Sic restitui e Cod. Dr. pro revocaretur. *Wa.*

79) *Meinfuith.* Sic recte Cod. noster. Corrupte Reinecciana et Leibnitiana *meimet Suiti.* Consonat cum Dresd. Ann. Saxo p. 352.

80) *quid in me consideras.* Annal. Saxo p. 352. *desideras*, quod scopo dicentis accommodatius videtur, hoc sensu: quale membrum corporis mihi deesse animadvertis. S. Laurentius sc. dextro brachio truncatus apparebat. *Vrs.* — At vero simplicitati Ditmari magis convenire videtur vulgata lectio, hoc sensu: Huius defectus brachii, quem in me consideras, causa est tuus senior. Paullo ante in Leibnitii editione vitiose legitur *meimet Suith*, quod, uti Vrs. notavit Semlerus. *Kind.*

81) *tuus senior.* i. e. Gisilerus. *Vrs.*

Digitized by Google

fieri potuisset, redintegrato episcopatu patris sui animam in novissimo die ad aeternam requiem renovaret. Haec quamvis sexu fragilis, modestae tamen fiduciae, et quod in Graecia rarum est, egregiae conversationis fuit, regnumque filii eius custodia servabat virili, demulcens in omnibus pios, terrensque ac superans erectos. De fructu vero ventris sui decimas Deo obtulit filias suas, primam 82) ad Quidilingeburg *Athelheidam* nomine, alteram ad *Gandersheim*, quae *Sophia* dicitur.

Eo tempore *Miseco* et *Bolizlauus* inter se dissonantes multum sibi invicem nocuerunt. An. 990.
Bolizlauus *Luiticios* suis parentibus et sibi semper fideles in auxilium sui invitat 83); A. S.
Miseco autem praedictae Imperatricis adiutorium postulat. Quae cum tunc in Magadaburg fuisset, Gisilerum eiusdem archiepiscopum, comitesque hos *Ekkihardum*, *Esiconem*, *Binizonem* cum patre meo et eius aequivoco 84), *Brunone*, *Deudone*, caeterisque compluribus eo misit. Qui vix cum III. proficiscentes legionibus ad pagum *Selpuli* dictum venerunt, ac iuxta unam paludem, supra quam pons longus porrigitur,
350 consederunt, et ecce in noctis silentio unus ex sociis *Uuillonis*, qui pridie ad perspiciendum suimet praedium praecedens, a Boëmiis captus est, evadens periculum imminens, Binizoni primo indixit comiti. Tunc nostri eius admonitione celeriter surgentes se praeparant, et in ipso iam venientis aurorae crepusculo missam audiunt, quidam stando, et alii super equos sedendo, et in ortu solis exeunt e castris, solliciti de eventu futuri certaminis. Tunc Bolizlauus cum suis venit turmatim III. Id. Iulii, et utrinque nuncii mittuntur, et ex parte Bolizlaui quidam miles, *Flopan* 85) nomine, ad perspiciendum agmen nostrorum accessit, et reversus inde interrogatur a domino, qualis esset exercitus hic, si cum eodem potuisset pugnare, an non? Hortabantur enim hunc satellites sui, ut nullum de nostris vivum sineret abire. A quo sic ei redictum: *„Exercitus hic quantitate parvus, qualitate sua optimus, et omnis est ferreus, pugnare cum eo tibi potis est; sed si tibi hodie victoria evenit, sic prosterneris, ut fugiendo Misaconem inimicum, tunc continuo persequentem, vix aut nequaquam evadas, et Saxones tibi hostes in perpetuum acquiras: si autem victus fueris, finis est de temetipso et de omni regno ad te pertinenti; non enim remanet spes ulla resistendi inimico te undique secus vallanti."* Talibus alloquiis furor illius sedatur, et pace facta principes nostros alloquitur, ut qui contra eum huc venirent, cum eo ad Misconem pergere, et in restituendis suimet rebus se apud Misconem adiuvare voluissent. Hoc laudabant nostri, et Gisilerus archipraesul cum Ekkihardo, Esicone ac Bini-

82) *primam.* In Codice Dr. numeri nota I. exprimitur, uti et ap. Ann. Sax. p. 352. Editiones omittunt. *Vrs.*

83) *sui invitat*, uti et Ann. Saxo p. 348. Reinecc. et Leibnit. *vocat.* Vrs. — *Sui.* ex Cod. Dr. revocavi pro *suum.* *Wa.*

84) *eius aequivoco.* Abelius in not. ad Chron. Walbecc. se hoc non intelligere fatetur, legit enim sine distinctione *cum aequivoco Brunone.* Sed Sigfridus, filius Sigfridi Walbeccensis et Ditmari frater, vel Sigfridus, Comes Stadensis intelligi potest. *Kind.*

85) *Flopan.* Annal. Saxo p. 349. Zlopam.

Digitized by Google

Binizone comitibus proficiscebatur cum eo, caeteris omnibus domum cum pace revertentibus. Advesperascente iam die his omnibus arma sumuntur et mox cum iuramento firmatis redduntur. Venit Bolizlauus cum nostris ad Oderam, ad Misseconem nuntius mittitur, qui diceret, *se in potestate sua auxiliatores suos habere, si regnum sibi ablatum redderet, hos incolumes abire permitteret; sin autem, omnes perderet.* Sed Misceco huic 86) talibus respondit: *Si voluisset rex, suos acquireret salvos, aut ulcisci perditos faceret, et si hoc non fieret, quod propter eos nil omnino perdere voluisset.* Hoc Bolizlauus ut accepit, salvis omnibus nostris, quaecunque potuit ex locis circumiacentibus praedatur ac incendit. Inde reversus urbem unam 87) . . . . . . nomine possedit, et hanc cum domino eius, urbanis nil repugnantibus, acquisivit, eundemque Luiticis ad decollandum dedit. Nec mora, haec hostia ante urbem offertur et de reversione ab omnibus tractatur. Tunc Bolizlauus sciens nostros ex parte Luiticiorum inco-

86) *Misceco huic.* Contra fidem Cod. Dr. editiones habent *his*, cum tamen de uno tantum nuntio sermo sit. *Vrs.*

87) *urbem unam . . . . nomine.* In Cod. Dr. lacuna est, nec Ann. Saxo p. 349. nomen urbis addidit, ceterum iisdem verbis, quibus Ditmarus, de illa loquitur. Defectum tamen supplere possumus ex Cosmae Pragensis Chronico ap. Menkenium T. III. S. R. G. p. 1777. qui urbem hanc *Nimci* vocat, illamque an. 990. eversam esse testatur. Est haec urbs Silesiae in principatu Briegensi, *Nimptsch* dicta. *Vrs.* — Anonymus quidam in meo exemplari notavit, *Ianam* legendum esse, nulla illustratione addita. Si coniecturae locus esset, de urbe *Iarina*, alibi a Ditmaro (p. 389. Leibn.) memorata cogitandum esset. Recte Vrsinus e Cosma Pragensi docet, Silesiacam urbem Nimptsch intelligendam esse. Similiter Gelasius Dobnerus T. III. Chronici Hagecii p. 350. scribit, addens ex vita S. Ottonis Babenberg. Lib. II. c. 8. p. 654. *Nemetia urbs ducis Polonorum.* Idem Dobnerus errorem auctoris Chronici Gottwic. notat, scribentis: Nomen Nemetzi sortita fuit haud dubie ab antiquis Nemetibus ad Rhenum, prout Freherus in Orig. Palat. cum Crusio in Annal. Suevor. non improbabiliter advertit. Sed Slavica lingua, (cuius ignarus fuit Gottfridus de Bassel, auctor Chron. Gottwicens.) Germanus Nemec, Niemeta vocatur, itaque urbs, quae colonia Germanorum fuit, Nemci *(die deutsche Stadt)* vocata est. Idque ipse Ditmarus Lib. VII. p. 415. confirmat, scribens: Inde (ex urbe Glogua) electas ab exercitu valido XII. legiones ad urbem, eo quod a nostris olim sit condita, Nemetzi dictam, praemisit, posita autem est haec in pago *Silensi.* cf. Frenzelii nomenclator utriusque Lusatiae in Hofmanni Scriptt. Lusat. T. II. p. 51. uti derivatio nominis ex Niemy vel Niemz, i. e. Germanus, proprie *mutus* traditur, locumque etiam *Türkenhausen* quasi Thüringshausen, a conditore Thuringo appellari docetur. Ceterum Dobnerus addit: E quibus intelligimus, quousque Boleslaus praesente anno (990.) vastando et incendendo omnia pervaserit, sc. a Ducatu hodierno Glogaviensi, qui adversam partem tenet pago *Selpuli*, usque ad Ducatum Briegensem, adeoque omnes eas Cisoderanas Silesiae plagas etc. Quae de Gisileri ablegatione et Boleslai factis cum Luiticiis in Ditmaro sequuntur, idem Dobnerus l. c. bene illustrat. — In omnia alia abit Anonymus in *Destinatis lit.* et *fragmentis Lusat.* P. I. p. 55. qui lectionem *Unam* tuetur, eamque vocem pro nomine appellativo accipit, scribens: *Dieser Nahme ist nirgends als in der Ober-Lausitz anzutreffen, woselbst die Oerter Uhne und Oehne ohnweit Bautzen annoch heut zu Tage bekannt sind, und vielleicht zur selben Zeit eine grössere Figur gemacht haben mögen.* Ceterum ibidem pagus *Selpuli* proxime ad Lusatiam superiorem circa oppidum Calau ponitur, ex vocibus Slavicis *Sellessa*, ferrum, et *Poll*, medium derivatur. *Kind.*

Digitized by Google

incolumes non posse domum sine eo pervenire, crastino dimisit eos crepusculo, ut admoniti fuerant, multum properantes. Quod ut praedicti hostes compererunt, pone sequi maxima electorum multitudine mox nitebantur. Quos Bolizlauus vix compescuit talibus: „*Vos, qui in meum huc venistis auxilium, videte ut hoc perficiatis bonum, quod incepistis, pro certo scientes, quod hos, quos in fidem suscepi meam, et in bona pace dimisi, vita superstite mea, nullum hodie patior perpeti malum. Non est nobis honor, nec consilium, hactenus amicos familiares nos nunc effici* 88) *manifestos hostes. Scio magnam inter vos esse inimicitiam, et hanc ulcisci, eveniunt vobis tempora his multo aptiora.*" His sedati eloquiis Luitici, duos ab eo detenti ibidem dies, et tunc invicem salutantes, antiquumque foedus renovantes discesserunt, et tunc illi infideles, qui nostros insequerentur, quia pauci erant, ducentos milites elegerunt. Quod nostris mox a quodam *Hodonis* comitis satellite intimatum est, unde in ipsa accelerantes hora, Deo gratias! ad Magadaburg incolumes pervenerunt hostibus se in vanum sic laborantibus. Id ut primitus audivit, prosperitati eorum arrisit Imperatrix. Sed quia de optima eius conversatione parum mihi ad notitiam venit, ideo superius strictim de immensa eius nobilitate explicui. Haec occidentales tunc inhabitat regiones, quae hoc nomine merito dicuntur, quia ibidem sol et omnis aequitas cum obedientia et charitate mutua in occasum se vergit. Nox nil aliud est, nisi umbra terrae 89), et hoc totum, quod indigenae isti operantur, nil nisi peccatum. Hic praedicatores sancti in vanum laborant, hic reges et caeteri principes modicum valent. Praedones et iusti persecutores dominantur. Multa sanctorum corpora in his partibus requiescunt; sed habitatores hos, ut video, spernunt praevaricantes. Sed ne quis me Crispini discipulum lippi esse arbitretur, de his sileo, quia ob inlicitas coniunctiones aliasque ineffabiles versutias 90) hos prope interitum esse non dubito. Innumeras antistitum excommunicationes spreverunt, et propter hoc stare diu non poterunt. Hoc tantum una mecum quaeso, Christi fideles, orate, ut hi mutentur in melius, et ad nos nunquam veniat talis usus. Nunc autem de fine Imperatricis praedictae loquuturus, quae hunc praecesserint signa narrabo. Anno dominicae incarnationis DCCCC- An. 990.
LXXXVIIII. 91) sol defecit XII. Kalend. Novemb. et V. diei hora. Sed cunctis persuadeo Christicolis, ut veraciter credant, hoc non aliqua malarum incantatione mulierum vel

88) *effici.* Sic rectius Cod. Dresd. pro vulgato efficere. *Wa.*

89) *umbra terrae.* Quae Leibnitius textui supposuit: *per quam perfidorum peccata intelliguntur,* glossema sunt, et Cod. Dr. non habet. *Urs.*

90) *versutias. malitiae* addit Cod. Br. nil opus. *Urs.*

91) DCCCCLXXXVIIII. Vignolius ex Calvisio et Chronogr. Saxone a Leibnitio edito colligit an. 990. Et revera etiam in hunc annum ponit Ann. Saxo an. 989. hanc eclipsin, quamque ad an. 990. notat p. 348. 351. una eademque est. *Urs.* — Debebat esse 990. quo anno 21. Oct. solis, de qua sermo est, defectio accidit. Chron. Quedlinb. Leibn. II, 281. Hoc apparet etiam e sequentibus: *sequenti anno*, et ex varia lectione a Leibnitio allata. *Wed.*

Digitized by Google

vel eſu 92) fieri, vel huic aliquo modo ſeculariter adiuvari poſſe; ſed ſicut Macrobius 93 teſtatur, caeteriſque ſapientes fieri aſſerunt, eſt id de luna. In ſequenti anno 94), conAn. 991. A. S. ſummato in bonis vitae ſuimet curſu, in *Nuimagun Theophanu* infirmatur Imperatrix, 351 atque ab hac vita XVII. Kal. Iulii diſcedens ſepulta eſt ab *Evergero*, ſanctae Colonienſis eccleſiae archiepiscopo, in monaſterio ſancti Pantaleonis, quod datis impenſis *Brun* archipraeſul ibi requieſcens conſtrui praecepit, praeſente filio ac multa pro remedio matris his confratribus largiente. Quod cum inclita Imperatrix *Athelheidis* comperiret, triſtis protinus effecta, regem tunc VII. annos regnantem viſitando conſolatur, ac vice matris ſecum tamdiu habuit, quoad ipſe protervorum conſilio iuvenum depravatus triſtem illam dimiſit. 95) Huic bene nata virtutibus ornanti 96) pater meus *Sigifridus* domi militiaeque fideliter ſervivit et in expeditione ad Brandanburg, qua ultime militavit, ab equo cadens valido corporis dolore fatigari coepit. Senſit inſuper octavum ſibi adeſſe annum, ſic ei in ſomnis praeſignatum. Dormiens namque in Colonia his ſuſcitatur denuo verbis: *Sigifride, vigila, et ab iſto die poſt octo annorum curricula vitam te hanc finire praeſentem pro certo ſcias.* Hunc praefinitum diem vigilanti ſemper animo praevidit, ac quibuscunque virtutum fructibus valuit, praeoccupare non deſiſtit. Me autem in Quidilingeburg apud ſuam materteram nomine *Emnildam* 97), quae paralyſi longo tempore laboravit, primo literis non bene adhuc inſtructum ſumſit, et *Ricdago* abbati II. de ſancto Iohanne in Magadaburg commendavit. Ibi tres annos ego converſatus in omnium feſtivitate Sanctorum ad ſanctum Mauricium, quia ad altare 98) huc me dare non potuit, fraternitatis conſortio ab eo iunctus

92) *eſu.* Sic in Cod. noſtro legimus, cuius loco Reineccius et Leibnitius ponere maluerunt *auſu.* Sed ſcriptores med. aevi vocem *eſus*, interdum quoque pro *paſtu*, *procuratione* etc. uti ſolent. v. Adelung Gloſſar. T. III. p. 369. et forte Ditmarus hoc verbo alludit vel ad quendam ritum magicum, vel ad ipſam anilem opinionem, ac ſi ingens quidam draco ſoli in ipſo eius defectionis momento devoraturum illum minaretur. *Vrs.*

93) *Macrobius.* de ſomnio Scipionis. c. 15. *Vrs.*

94) *In ſequenti anno.* Chron. Regia S. Pantaleonis p. 896. ap. Eccardum T. I. Corp. hiſt. m. aevi habet an. 991. Ann. Saxo p. 352. mortem Theophaniae eod. anno XVI. Kal. Iulii accidiſſe ait. *Vrs.*

95) *dimiſit.* At Odilo in vita S. Adelheydis Lib. I. c. 5. ſcribit, Ottonem nunquam offendiſſe aviam. *Vrs.*

96) *ornanti.* Cod. Br. habet adornatae.

97) *Emnildam.* Addit Reineccius collocavit, quod in Dr. non exſtat. Hoc interim appendice ſeductus Dithmarum in verſione Germ. haud recte interpretatus ſum. *Vrs.* — Senſus hic eſt: Materteram Emnildam Ditmarum nondum ſatis literis inſtitutum primo Abbati Bergenſi ad meliorem inſtitutionem tradidiſſe, ut deinceps eccleſiae metropolitanae Magdeb. fieri poſſet. *Kind.* (Emnilda teſte Chron. Quedlinb. erat filia Brunonis Comitis et Friderunae, ſororis reginae Mathildis. v. Eccardi hiſt. geneal. princ. Sax. ſup. p. 275. Emnildae ſoror, Mechtildis, nupſit Luthario Comiti de Walbeck, avo Dithmari. v. Chron. Walbecc. ed. Abelii p. 14. *Vrs.*)

98) *quia ad altare — non poſuit.* Vſinus male intelligit de altari S. Iohannis Bapt. in monaſterio Bergenſi, ſed ad hoc dare Ditmarum omnino poterat Abbas Rigdagus. Intelligendum eſt altare

Digitized by Google

iunctus fum. 99) Proximaque fancti Andreae natali magnum et valde cunctis acceptabile convivium duos dies peractum eft. Inde egreffus et imminente quadragefima in civitate *Wallibizi* dicta infirmatus, Idib. Marcii defenfor patriae ac homo verus 100), utriusque debitum perfolvit naturae. Quem mater fua venerabilis omni probabilitate 1), *Mahtildis*, celeriter hunc profecutura, cum coniuge *Cunigunda* deflet. Namque tanto orbata folatio cum immenfo moerore diem expectavit extremum, ac in eodem anno tertia Nonas Decembris fideliter migravit ad Chriftum. Patruus autem meus, nomine *Luitharius*, cui aequaliter nobiscum haec haereditas contigit, matri meae antiquum renovans dolorem, multa intulit mala, et quamvis haec firmae fuimet fidei a matre fua fibi fuerit commiffa, tamen omnibus eiusdem bonis eam privare contendit. Quid multis moror? Imperatoris auxilio cuncta ei reftituuntur. Interea *Atheldagus* archiepifcopus Bremenfis obiit 2), et *Lieuuizo* fucceffit, qui papam Benedictum exulem a patria fuimet, quae fita eft in confinio Alpium et Suevorum, huc fecutus, erga Deum et regem 3) ad hunc honorem promeruit venire. Sclavi iterum appetiti 4) fubduntur regi, renovatis iuxta Albim caftellis, et in hyeme aqua inundans et ventus ingens multum nocuit. Aeftas nimia frugibus, et faeva mortalitas hominibus nimis nocuit. Anno dominicae incarnationis DCCCCXCI. 5) *Hilliuuardus* fanctae Haluerftidenfis ecclefiae venerabilis antiftes, qui me baptizavit atque confirmavit, templum Domini, quod ipfe a fundamento aedificans tunc ad unguem usque perduxit, XII. Kal. Novemb. 6) dedicavit. Adfuit ibi tunc Rex cum Imperatrice *Athelheida* et avia eius, abbatiffa *Mechtildis*, et archiantiftites hi: *Vuilligifus*, *Gifilerus* et *Lieuuizo* cum fuis confra-

An. 990.
An. 986. A. S.
An. 986. A. S.
An. 986. A. S.
An. 991.

altare S. Mauritii in ecclefia metropolit. Magdeb. antea nominatum. Canonicatum, ut dicunt, in ecclefia maiori Abbas conferre non poterat, fed Canonicorum focietas, cui Abbas Ditmarum tradebat. *Kind.*

99) *iunctus fum.* Sic aperte Cod. Dresd. Bruxell. contra *convictus*. cf. tamen Leibnit. in Emendandis p. 1005. qui mavult *coniunctus*. *Wa.*

100) *homo verus.* Cod. Brux. *iuftus*. *Vrs.*

1) *probitate.* Cod. Br. addit confpicua. *Vrs.*

2) *Atheldagus — obiit.* Mortem eius Ann. Saxo p. 346. ad a. 986. refert. *Vrs.*

3) *et regem.* Reineccius addit *fide*, qua voce dictionem de aliquo merito in Deum alias duram mitiorem facere voluit. In Cod. Dr. tamen non legitur. *Vrs.*

4) *appetiti.* Cod. Br. *fuperati*. *Vrs.*

5) *DCCCCXCI.* Apud Annal. Sax. p. 353. eft annus 992. et dies dedicationis XVII. Kal. Nov. cf. Leukfeld Antt. Halberftad. p. 290. f. Idem annus Chronographo Sax. et Chronico Quedlinb. placuit; cum vero dedicationem hanc ineunte XXIV. anno ordinationis Hilliwardi factum fuiffe Ditmarus ipfe teftetur, annusque ordinationis eius primus medio anno 968. incipiat, probante Leukfeldio p. 232. et 236. explorata nobis eft aera Ditmariana fcil. 991. *Vrs.*

6) *XII. Kal. Nov.* Immo vero XVII. Kal. Nov. Templum enim cathedrale Halberftadienfe, ipfo Ditmaro tefte, die Galli h. e. 16. Oct. 991. dedicatum eft, nec abludit Chron. Halberft. Leibnit. II, 117. Chron. Quedlinb. ib. p. 281. recte eundem diem, falfo tamen annum 992. habet. *Wed.*

Digitized by Google

confratribus XVI. 7) Festivitas autem erat eadem Christi confessoris Galli, in cuius monasterio praedictus Praesul edoctus est, et ideo semper studuit in hac celebritate suum perficere desiderium, et tunc inerat 8) XXIIII. ordinationis suae annus. Hunc adiuvit in omnibus fidelis suimet capellanus *Hildo*, et prudentissime cuncta disposuit. Omnes Saxoniae primates 9) hic tunc convenientes caritative suscipiuntur. Nunquam fuerunt ante nec post, ut veraces affirmant, in divinis laudibus et in negotiis seculari-
An. 993. bus omnia plenius cunctisque acceptius peracta. In sequenti anno in galli cantu pri-
A. S. mo lux ut dies ex aquilone affulsit, et unam sic manens horam undique coelo interim rubente evanuit. 10) Fuere nonnulli, qui dicerent, eodem anno vidisse tres soles et lunas tres ac stellas invicem pugnasse. Et posthaec *Ekbertus* Treverensis archiepiscopus, cuius successor *Luidolfus* fuit, et *Dolo Mirmigendensis* 11), post quem *Suitgerus*
An. 994. ordinatus est, *Erp* 12) quoque Ferdensis, cui *Bernharius* tunc ibi praepositus supponi-
A. S. An. 994. tur, obiere. Fames quoque valida nostras oppressit regiones. In tertio praedictae de-
A. S. dicationis anno avunculi mei a piratis capti sunt, ut in sequentibus patet. In quarto
An. 995. pestilentia cum fame et bello orientalibus ingruit, et Rex *Apodritos* petit et *Uuiltios*
A. S. vastavit.

An. 995. Posthaec Rex in Magadaburg cum suis principibus colloquium habuit, ad quod
A. S. *Heinricus* Bauuariorum dux inclitus venit, et cum inter hunc et Ratisbonensem *Gebehardum* longa haberetur contentio, cum bono ibidem finitur consilio, et pius ille dux, qui omne suimet delictum continuis mundavit elemosynis, inde pergens ad *Gandesem* 13), ubi domina *Gerberg* soror suimet erat abbatissa, aegritudine premitur subitanea, et tunc vocans ad se aequivocum eius talibus instruit: *„vade celeriter ad patriam, ac dispone regnum, ac nunquam regi ac domino resistas tuo; multum enim me poenitet hoc unquam fecisse. Patris memor sis tui, quia nunquam* 14) *hunc in hoc*

7) *confratribus XVI.* Praeter dictos tres AEpiscopos Ann. Saxo p. 353. Aionem Capnanum et Iohannem Placentinum archiepiscopos, IX. episcopos, et V. abbates nominibus suis notavit. *Vrs.*

8) *inerat.* Reineccius et Leibnitius: *inierat. Vrs.*

9) *primates.* Annal. Saxo *principes*, quod et Leibnit. in Cod. suo reperit. *Vrs.*

10) *evanuit.* Ista aurora borealis in nocte natalis S. Stephani apparuit. Hanc et aliud meteoron Ann. Saxo sub an. 993. p. 355. annotavit. *Vrs.*

11) *Mirmigendensis.* Maderus et Leibnit. haud recte *Mirgimendensis. Monasterium* est urbs Westphaliae (Münster) in priscis historiarum et diplomatum monumentis *Mirmigendum, Mirmigarnoford, Mynigerode* cet. dicitur. *Vrs.*

12) *Erp.* Reinecc. et Leibnit. *Ero*, refragante Cod. nostro et Ann. Saxone p. 356. *Vrs.* — *Herpo*, episc. Verdensis, decessit, Chronico Quedlinb. p. 282. teste, anno 992. et quidem 19. Febr. probantibus necrologiis, et nostro et Verdensi. *Wed.*

13) *Gandesem.* Substituit Reinecc. nomen usitatius *Gandersheim*, quem sequitur Leibnit. auctoritate Ann. Sax. p. 360. *Vrs.*

14) *nunquam.* Inserit Cod. Bruxell. *a modo (von nun an). Vrs*

Digitized by Google

552 *hoc ſeculo videbis": filioque mox abeunte dux praeclarus in infirmitate ſua ſemper Kirieleiſon ex corde clamans, migravit ad Chriſtum V. Kalend. Septemb. ſepultus ibidem in medio eccleſiae coram ſanctae crucis altari. Quod cum filius eiusdem comperiret, electione et auxilio Bauuariorum patris bona 15) apud Regem obtinuit. Eodem anno *Thiedricus* Comes Palatinus, et *Sibertus* frater eius, de hoc ſeculo transierunt. Ea tempeſtate nepos meus 16), marchio *Heinricus Everkerum*, *Beruuardi* Uuirciburgenſis eccleſiae episcopi militem egregium, ſed nimis ſuperbum, cepit, et ob illatas ſibi iniurias in loco, qui *Lindinlog* 17) dicitur, excoecavit. Rex autem de internunciis ab episcopo id multum querentibus comperiens, hocque graviter ferens, praedictum comitem exilio relegavit, et poſthaec gratiam ſuimet huic dedit et apud antiſtitem digna emendatione reconciliavit. Praedictus praeſul poſthaec *Luipoldum* marchionem orientalium 18) et nepotem eius 19) Heinricum ad miſſam ſancti Kiliani, quae eſt VIII. Id. Iulii, ad ſe vocans cum magna caritate eosdem habuit, et comes in ſacra nocte poſt matutinam cum ſuis militibus ludens, ex uno foramine ab excoecati amico ſagitta vallante 20) vulneratus eſt et facta confeſſione VI. Id. Iulii expiravit, innocens in facto 21) praedictae actionis et in conſilio. Hic in poſtera die ibi ſepultus merito defletur, quia ſibi prudentiorem et in cunctis actibus meliorem nullum reliquit. Hyems, quae praeceſſerat, asperitate et peſtilentia, nimioque frigore et vento ac inſolita ſiccitate plena erat. In hac devicti ſunt Sclavi.

An. 995. A. S.
An. 995. A. S.
An. 994. A. S.

Sed quia ſuperius deſtructionem *Brandaburgenſis* eccleſiae dixi, nunc qualiter ad tempus praefato ſubderetur Regi, breviter explicabo. Fuit in noſtra vicinitate quidam An. 992. A. S.

15) *patris bona.* Addit Ann. Saxo *et ducatum.* *Vrs.*

16) *nepos meus.* Reineccius codici noſtro hanc manu propria ſcriptam adiecit notam: *Nepos pro avo materno ponitur*, cui tamen vix poſſum aſſentire. Ea enim, quae de Henrico in ſequentibus narrantur, hanc vocis interpretationem non admittunt. Genealogia eius obſcura eſt. *Vrs.*

17) *Lindinlog*, nunc *Lindelbach* in ducatu Franciae Orientalis. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 598. *Vrs.*

18) *marchionem orientalium.* Ann. Saxo p. 357. *orientalis Bavariae.* Ab hoc Leopoldo ex ſtirpe Bambergenſi orto nobiliſſima Marchionum et poſtmodum Ducum Auſtriae domus originem traxit. *Vrs.*

19) *et nepotem eius.* Addit Ann. Saxo *eundem*, quem ſcil. Ditmarus nepotem ſuum vocaverat. *Vrs.*

20) *vallante.* Sic vocem literis integris Cod. Dr. habet; lectio igitur *volente*, quam collector variarum lectt. in Cod. Dr. adeſſe confirmat, atque exemplari Ditmari reſtituti, quod in bibliotheca Electorali Dresdenſi ſervatur, adſcripſit, aperte falſa eſt et conficta. Leibnitius in Emendatt. p. 1005. coniecit *volante*, quod verius eſſe videtur, praeſertim cum ab Ann. Saxone comprobetur. *Vrs.*

21) *innocens in facto.* Iterum modo dictus variar. lectt. collector contra omnem Cod. noſtri fidem in eo ſe legiſſe teſtatur: *innocente episcopo in facto* cet. Cum Codd. accurate conſentit Ann. Saxo. *Vrs.*

Digitized by Google

dam miles inclitus *Kiza* nomine 22), qui a marchione Thiedrico, aliter quam sibi placeret, habitus est. Ob hoc, et quia facultas suae nequaquam impietati suppeteret, ad hostes perrexit nostros, qui eundem in omnibus sibi nimis fidelem cognoscentes, supra memoratam urbem nobis satius ad nocendum eidem commiserunt. 23) Hic postea nostris delinitus blanditiis eam regiae potestati cum semetipso tradidit. Unde Luitici nimio furore succensi eum cum omnibus, quas habebant, catervis illico petebant. Interea Rex in Magathaburg fuit, et cum hoc comperiret, quos ibi tunc habebat, celeriter eo misit, *Ekkihardum* marchionem et tres avunculos meos 24) cum *Fritherico* comite Palatino et patruo meo. 25) Et hi omnes eo cum suis venientes interrupti sunt ab hostibus, se acriter irrumpentibus, et una pars ex nostris in urbem venit, alia vero quae remansit, caesis militibus nonnullis rediit. Tunc Rex collectis undique secus 26) sociis illo properat, et hostes nostri magnam vim defensoribus urbis inferentes, cum ultimam legionem vidissent, cito amotis fugerunt castris. Nostri autem in ereptione interius gaudentes Kirieleison canunt et advenientes unanimiter respondent. Munita urbe praesidio Rex abiit et eandem in sua potestate diu tenuit. Posthaec Kizo ad Quidilingaburg cum veniret, civitatem suam 27) cum uxore et satellitibus suis perdidit, quae omnia, urbe excepta, post recepit. Unus autem suimet miles *Boliuuit* 28) nomine, cuius consilio hoc totum, quamvis tunc absens esset, agebatur, ibidem dominabatur, et Kizo cum in his partibus post latenter nocere voluisset, optimus miles cum suis interfectus est. Et, sicut praedixi, tres avunculi mei 29), *Heinricus*, *Udo* et *Sigifridus* cum *Ethelgero* caeterisque compluribus, piratis sua populantibus VIIII. Kalend. Iulii navibus occurrunt, factoque invicem certamine, Udo decollatur, Heinricus autem cum fratre suimet Sigifrido et comite Ethelgero devictus, dictu miserabile, a pessimis hominum captus deducitur. Hoc infortunium inter Christi fideles fama volante mox dilatatur. *Bernhardus* dux, qui proximus fuit, nuntios quam propere misit, qui pretium pro eorundem redemtione eis promitterent, et conveniendi pacifice, ac locum colloquendi peterent. Parati sunt, pacem firmam 30), et ineffabilem pepigerunt pecuniam

(Marginal notes: An. 992. A. S. — An. 994. A. S.)

22) *Kiza nomine. Saxo quidam, nomine Kizo* Ann. Saxo p. 352. Meibom. Chron. Walbecc. ed. Abeli p. 72. *Vrs.* — Cod. Dr. sibi non constat, nam paullo post est *Kizo*, quod rectius videtur. *Wa.*

23) *commiserunt.* Hic sexta vice Wernherus Episcopus nomen adscripsit suum. *Vrs.*

24) *tres avunculos meos.* Tria eorum nomina: *Henricus*, *Vdo*, *Sigifridus* suo arbitrio Reineccius in contextum recepit, quae tamen Cod. h. l. non habet. Filii erant Henrici Comitis de Stade. Ann. Saxo p. 354. Chron. Quedlinb. ad an. 993. p. 282. *Vrs.*

25) *patruo meo.* Lothario, marchione de Waldbike. Ann. Saxo. p. 354.

26) *undique secus.* Posteriorem voculam editiones non habent, nec Ann. Saxo. In Cod. Dr. est compendium scribendi *ſſec.* i. e. *secus*, nam sic saepius Ditmarus. v. Ind. latin. *Wa.*

27) *civitatem suam.* Brandeburgum nempe, quam praesidio tenebat. *Vrs.*

28) *Boliuuit.* Ann. Saxo itidem Boliwit. p. 354.

29) *tres avunculi mei.* Hic vero nomina adduntur in Cod. v. paullo ante. *Vrs.*

30) *pacem firmam.* Addit Leibnit. e codice suo *dare*, quod etiam Ann. Saxo habet. *Vrs.*

Digitized by Google

niam. Quid autem ad haec primo Imperator, deindeque in nostris partibus Christianorum larga benignitas debito humanitatis officio impenderit, explicare non sufficio.
363 Mater autem mea tanto dolore intrinsecus commota, omne quod habuit, vel acquirere ullo modo potuit, pro fratrum ereptione attribuit. Execrata vero piratarum turba cum maximam collectae pecuniae partem immenso suimet pondere perciperet, Heinrici vice filium eius unicum *Sigifridum* nomine, cum *Gareuardo* et *Vulferemo*, Ethelgeri autem loco avunculum eiusdem *Thiedricum* et amitae suimet filium, *Olef* vocatum suscipientes, ut quod de promisso eis thesauro adhuc remansit, eo velocius colligeretur, eos abire, Sigifrido solum remanente, permisit. Hic quia filium non habuit, a matre mea 31) remedium ab uno filiorum suimet postulavit. Quae tam necessariae petitioni satisfacere desiderans nuntium ad abbatem *Rigdagum* celeriter misit, qui fratrem meum Sigifridum, tunc ibi 32) sub habitu monachico degentem, accepta licentia reduceret. Hic quia satis prudens vir fuit, cunctis sollicite perquisitis iniustae legationi resistit, et propter curam a Deo sibi creditam, quod hoc facere non praesumeret, respondit. Nuncius autem, ut ei iussum fuit 33), ad *Ekkihardum*, qui tunc custos ecclesiae S. Mauricii et magister erat scholae, veniens, ut me ob rem necessariam matri meae remitteret, supplex rogavit. Veni, et cum laicali habitu, quo apud piratas debui obses conversari, prioribus adhuc indutus vestimentis, V. feria profectus sum. Et in ipsa die Sigifridus de pervigili hostium custodia, qua multum vulneratus detinebatur, sic divino evasit auxilio. Idem in angustia vehementi positus, cum *Nodbaldo* et *Edicone*, quomodo evaderet, plurimum semper versans, praecepit hos veloci navicula, quantum his, qui eum detinebant, satis valuisset ministrare de vino ac de caeteris adpertinentibus sibi deferre. Iussis tum sine mora completis, canes avari saturabantur, factoque mane presbiter ad missam paratur, et comes cunctis absque custodibus solum hesterno gravatis vino, ad proram lavaturus accedens, puppi paratae insiluit. Extollitur clamor, presbiter quasi conciliator capitur, anchorae levantur, remiges velociter hos fugientes insequebantur. Quos omnes vix evadens cum littoris securitatem attingeret, ut prius ipse praecepit, paratos invenit equos, et ad civitatem suam Herseuel 34) dictam, ubi frater suus Heinricus et uxor eius *Ethela* 35) tanti gaudii inscia fuit, pergere properavit. Hunc hostes pone secuti, urbem, quae littori vicina stabat, *Stethu* 36) nomine, incurrunt, eum curiose in abditissimis quaerentes locis, et non invenientes, feminis inaures vi rapiunt, tristesque recedunt. Tali furore omnes succensi crastino clericum et nepo-

31) *a matre mea.* Sorore sua Cunegunde, coniuge Sigifridi Comitis de Waldbike. Sic Ann. Saxo p. 357. *Vrs.*

32) *tunc ibi.* ad S. Iohannem in Magedaburch. Ann. Saxo. *Vrs.*

33) *ut ei iussum fuit.* Minus accurate editiones legunt: *ut ei visum fuit.* Ann. Saxo firmat lectionem Cod. Dr. *Vrs.*

34) *Herseuel.* Ann. Saxo *Herseveld.* De civitate Herseveld vide *Grupenii* Origg. Germ. P. II. p. 241. ff. *Vrs.*

35) *Ethela.* Ann. Saxo *Athela.* *Vrs.*

36) *Stethu.* Adam. Bremensis p. 54. *Stadium* opportunum Albiae portus praesidium. *Vrs.*

Digitized by Google

nepotem meum 37), cum caeteris obſidibus univerſis, naribus ac auribus et manibus 38) obtruncant, foris eos proiicientes in portum. Tunc fugientibus his unusquisque a ſuis rapitur moerore inaudito inſurgente. Ego autem viſitatis meimet avunculis remeavi Chriſto largiente incolumis, caritative a familiaribus meis ſusceptus.

An. 996. A. S. In illo tempore *Luidolfus* Auguſtenſis episcopus venerabilis VIII. Kalend. Auguſti obiit, et *Geuehardus*, Eleuuangenſis abbas ordinatur. Interim in quadam villa *Hor-*
An. 995. A. S. *thorp* 39) dicta, natus eſt infans, dimidius homo, poſterioribus aucae 40) ſimilis, dextram aurem et oculum laeva minorem habens, dentes croco ſimiles, ſiniſtrum brachium absque IIII. digitis ſolo cum pollice integrum: ante baptismum attonite videns, et poſt nihil, IIII° die moriens. Magnum hoc monſtrum facinoribus noſtris intulit peſtilen-
An. 996. A. S. tiam. Praedictus antiſtes *Hilliuuardus* cum eccleſiam et gregem ſibi commiſſum XXVIIII. annos glorioſiſſime verus Iſraëlita regeret, VII. Kalend. Decembr. exſpirans, ſepultus eſt extra eccleſiam infra clauſtrum, ubi ipſe ſibi prius paraverat domicilium. Et cum confratres eius in electione convenire non poſſent, praepoſitus eſt his de capella regis *Arnulfus*, et Id. Decemb. ordinatur, ſicut ille vir ſanctus anteceſſor eius, dum adhuc valeret, praedixit, cunctis tunc praeſentibus. *Hunc*, inquiens, *hoſpitem honorate, et quantum poteſtis illi ſervite, providere enim debet is vos* 41) *poſt me.* Et cum idem iam in agone exitus ſui iaceret, vidit gloriam Dei et vocato ad ſe *Uulfhario* ſuimet capellano: *Vides*, inquit, *frater aliquid?* et ille ſe nihil vidiſſe reſpondens, audivit ab eo, quod caminata haec in qua tunc iacebat, et in qua duo anteceſſores ſui obierunt, divina maieſtate plena fuiſſet. Et haec dicens tranſivit de hoc carcere ad indeficiens lumen.

Rex

37) *nepotem meum.* filium Henrici Comitis. Ann. Saxo. *Vrs.* — *Nepotem* i. e. conſobrinum *(seiner Mutter Bruders Sohn)* Sigfridum, Comitem Stadenſem. In *Allg. Litterar. Anz.* 1798. No. CLXXVII. p. 1825—1831. ubi alia, ad familiam Dithmari ſpectantia, occurrunt, eum die 26. Oct. occiſum eſſe demonſtravi. Dithmarus p. 351. hunc annum poſt dedicationem eccleſiae Halberſtad. tertium numerat. *Wed.*

38) *et manibus.* Ann. Saxo non habet. *Vrs.*

39) *Horthorp.* In territorio Halberſtadenſis eccleſiae, nomine *Horedorp.* Ann. Saxo p. 361. Recte, *Hordorf* pagus ad Bodam hodienum ſupereſt. *Vrs.*

40) *aucae.* Ita legendum eſſe, clare apparet e Cod. noſtro, minime vero *tauro*, uti collector variar. lectt. manuſcr. ad Ditmarum reſtitutum fidem facere ſustinuit. *Auca* et *Anſer* ſcriptoribus medii aevi ſynonyma ſunt. v. Adelung Gloſſar. T. I. p. 457. Reineccius id ignorans loco aucae poſuit *auro*, quod et Leibnitius habet in textu, in Emendandis tamen coniicit *tauro.* Rem conficit Ann. Saxo: Infans — habens poſteriora *quaſi aucae ſine plumis. Vrs.* — infra iterum occurrit (p. 395. Leibn.) *Wa.* — Placet etiam Kinderlingio.

41) *is vos.* Haud recte priores editiones *in ſuos.* Ann. Saxo conſentit Cod. noſtro: *hic enim providere vos debet poſt me.*

Digitized by Google

Rex autem natale Domini 42) in Colonia fuit, et pacificatis omnibus in his regio- An. 995. A. S.
nibus, ad Italiam diu desideratus perrexit, et in urbe Papia Paschale peregit festum. An. 996. A. S.
Dehinc Romam veniens gloriose nepotem suum *Brunonem* 43), Ottonis filium ducis, in loco *Iohannis* Papae nuper defuncti, cum omnium laude praesentium 44) statuit: in ascensione Christi, quae tunc erat XII Kal. Iunii 45) anno aetatis suae XV. regni XIII. indictione octava 46) ab eodem unctionem imperialem percepit, et Advocatus ecclesiae Sancti Petri efficitur. Posthaec vero imperium illud priorum suorum more gubernavit, aetatem suam moribus industriaque vincens. In prima aestate *Adelbertus* An. 996. A. S.
Bohemiorum episcopus, qui nomen, quod *Worteck* 47) sonat, in baptismate, aliud in confir-

42) *natale Domini in Colonia.* Vrsinus in vers. Germ. p. 185. hoc anno 997. adsignat, erat autem, ex aera nostra, festum Christi natale 995. *Brunonem* praeterea scimus iamiam 17. Maii 996. Pontificem Romanum electum. *Wed.*

43) *Brunonem.* Cognatus erat regi Bruno, utpote qui aviam habuerat Luitgardin, Ottonis M. filiam, uxorem Conradi, Ducis Francorum, cuius filius Otto, dux Carinthiae et Marchio Veronae, pater erat Brunonis. v. Mascov Comment. de rebus Imp. Rom. Germ. p. 22. *Vrs.*

44) Hoc verbo in codice Dresdensi pagina folii 62. posterior desinit. Pagina prior sequentis numero 63. notati folii orditur a verbis: *incuria sui contigit damnum.* Recentior manus, et ni fallor, Albini vel ipsius Reineccii in fine paginae illius, *NB;* et in principio huius paginae adscripsit: *non cohaerent.* Reineccius quidem in explendo hoc vasto hiatu illuc allaboravit, ut verba utriusque paginae interrupta aliquo modo ita connecteret: *praesentium constituit. Sed incuria* e. r. Quae vero subiiciuntur de capta civitate Bernaburg omnino non cohaerent prioribus, et saltus fit nimis praerupte et derepente Roma in Saxoniam. Oportet ergo aliquot folia codici nostro etiam tum defuisse, quum Reineccius eum exscriberet. Et sic se res habet. Diligenter enim ipsum codicem inspicienti, defectus facile sub oculos cadit. Ligatura, quam vocant, voluminis ita comparata est, ut quatuor plagulae membraneae lineo crasso consutae et singulae per totum volumen in folia octo nec plura, nec pauciora plicatae sint. Haec vero, qua illum hiatum offendimus, tantum ex quatuor eiusmodi in unum complicatis foliis constat. Id quod luce clarius probat, quatuor folia intermedia iam ante Albini et Reineccii tempus sub cultello plagiarii cuiusdam iniqui e codice nostro dispatuisse. Adhuc attentionem sane meretur, quod iam manus vetustior vertici paginae prioris fol. 63. signum quoddam adpinxerit: idque non nisi optima ratione factum fuisse, quis non videt? Attamen damnum codici nostro ex castratione hoc loco prima vice contractum ex illo codice, quem Leibnitius secutus est, resarcire nunc possumus. Eo duce, inprimis vero auxiliante et praelucente Annalista Saxone, iam pergimus in itinere malitia praedonis cuiusdam librarii paullo ante interrupto.

45) *XII. Kal. Iunii.* Ex hac ipsa diei notatione patet annus 996. *Vrs.*

46) *indictione octava.* Rectius *nona*; nam sermo est de anno 996. et Romanam Indictionem sequitur Ditmarus. *Wed.*

47) *Worteck.* Rectius legitur *Woyczich* sive *Woytiech*, ut in Chron. Magdeb. et alibi. Sic Biographus S. Adelberti ap. Canisium et in Actis Sanctor. ad 23. April. c. 1. p. 187. Natus est illis puer speciosior cunctis, cui post in sacri baptismatis lavacro datum est nomen *Woythiech*, quod nomen sonat consolatio exercitus. Matthias de Michovia in Chron. Polon. ap. Pistorium Rer. Polon. T. II. p. 25. Apud Albertum, Magdeburgensem Archiepiscopum, observantiam egit, et ab eo Adelbertus nominatus est, permutato priori nomine *Voyczieck*, (quod significat exercituum consolator) ob difficultatem expressionis eiusdem. Optime et accuratissime omnia, quae hic breviter de S. Adelberto Pragensi narrantur, pervestigavit et in lucem posuit Gelas. Dobnerus

Digitized by Google

confirmatione percepit ab Archiepiscopo Parthenopolitano, in eadem urbe ab *Ochtrico* 48) superius memorato literis instructus; cum sibi commissos ab antiquae pravitatis errore monitis divini praecepti amovere nequivisset, omnes excommunicans, Romam excusandum se apud Apostolicum venit, eiusque licentia sub districta Bonifacii abbatis regula humiliter multo tempore conversatus bono deguit exemplo, postquam cum permissu eiusdem Patris *Prucorum* 49) mentes a Christo alienas freno sanctae praedicationis edomare tentaret, cuspide perfossus, Non. Kal. Maii capitis abscissione, quod optavit semper, martyrium solus ex suis percepit; absque omni gemitu, ut in ipsa nocte in somnis ipse vidit, cunctisque fratribus praedixit: *Putabam*, inquiens, *me missam celebrare, solumque communicare.* Sed nefandi sceleris autores eum iam exspirasse cernentes ad augmentum sui sceleris divinaeque ultionis corpus pelago mersere beatum, caput sude conviciando figentes ac exultando redeuntes. Quod *Boleslaus* Misseconis filius comperiens data mox pecunia martyris mercatur inclita cum eapite membra. Imperator autem Romae certus de hac re effectus, condignas Deo supplex reddidit odas, quod suis temporibus talem sibi per palmam martyrii assumsit famulum. Eo 354
An. 996. A. S. tempore *Bernuvardus* sanctae Wurziburgensis ecclesiae episcopus iussu Caesaris ad Graeciam missus in Achaia moritur cum maxima sociorum suorum caterva, per quem,
An. 997. A. S. quia plurima Deus faciat mirabilia, plures affirmant. Imperator autem a Romania discedens nostras regiones invisit, et accepta Sclavorum rebellione, *Stoderaniam*, quae *Hevellim* 50) dicitur, armato petens milite, incendio et magna depraedatione vastavit et victor Parthenopolim rediit. Ob hoc hostes nostri *Bardengau* 51) turmatim adgressi a nostris sunt devicti. In illo certamine *Ramunardus* Mindensis episcopus fuit, qui socios arrepta in manibus cruce sua sequentibus signiferis praecessit, et ad haec facienda potenter consolidavit. In illo die *Gardulfus* comes cum paucis occubuit, ex hostibus autem maxima multitudo caeteri relicta praeda fugerunt. *Crescentius* autem
An. 997. A. S. Romae absente papa praedicto, qui post benedictionem *Gregorius* vocabatur, *Iohannem* Calabritanum, Theophanu Imperatricis dilectum quondam comitem et tunc Placentinum

nerus in notis ad Hagecii Chron. Bohem. T. III. p. 111. ff. De martyrio eiusdem Sancti an. 996. legatur ibid. p. 410. s. et 430. *Kind.*

48) *Ochtrico.* Magister fuit scholae Magdeburg. illa aetate pernobilis et eruditus, de quo plura Lib. III. Ditmarus. *Urs.*

49) *Prucorum.* Sic Dresd. non *paucorum.* Intelligendi enim *Prussi* vel *Borussi.* Ann. Saxo p. 363. de illo: Praesul Adelbertus retibus fidei cepit Pannoniam simul et Poloniam, dum in *Pruciam* seminat verbum Dei etc. cf. *Mascov* Comment. de rebus Imperii Rom. Germ. p. 100. s. *Urs.*

50) *Hevellim.* Ann. Saxo *Heveldun.* Pagus ad fl. Havelam, a quo alterum nomen Hevellim, Havelli, Haveldun sortitus est, ab urbe Havelberg usque ad urbem Brandenburg attingebat. Ex illo nomine *Stoderania* villa Studernheim prope Havelberg dubio procul nominata est. v. Meibom. ad Witichind. T. I. S. R. G. p. 682. Chron. Gottwic. T. I. p. 635 784. *Urs.*

51) *Bardengau.* Ab isto pago urbs *Bardevicum* in terra Luneburg. nomen adepta est. *Urs.*

Digitized by Google

centinum antistitem substituit 52), et sibi imperium tali praesumtione usurpavit, immemor iuramenti et magnae pietatis ab Ottone Augusto sibi illatae. Insuper nuncii eiusdem 53) a praedicto invasore capti diligenti custodiae traduntur. Imperator mox ut haec audivit illo properans Domnum Apostolicum sibi obviare per internuncios postulavit. Iohannes autem supplantator his appropinquantibus fugit, sed postea a fidelibus Christi et Caesaris captus, linguam cum oculis et naribus amisit. Crescentius vero *Leonianum* ingressus *claustrum* 54) Imperatori resistere frustra tentavit. Namque Imperator dominicam resurrectionem Romae celebrans post festivos dies instrumenta bellica praeparans post *Albas* 55) domum *Diederici*, ubi ille perversus sedebat, *Ekkihardum* marchionem impugnare iussit; qui eandem perdius et pernox lacessere non desistens tandem per machinamenta alte constructa ascendit, et eundem decollatum voce imperatoria per pedes laqueo suspendit 56), et timorem cunctis praesentibus ineffabilem intulit. Gregorius autem papa cum magno honore inthronizatur, et Caesar sine omni infestatione deinceps dominatur. An. 998. A. S.

Videtur etiam optimum, quaedam eiusdem temporis facta memorare, quae nonnullis puerilia et multum mirabilia esse videbantur, sed haec a Deo praedestinata in suis virtutibus agnoscuntur. Vir felicis memoriae comes profecto *Ansfridus*, vir omni inquam bonitate conspicuus, dum adhuc esset alto progenitorum germine, puerulus cum omni lege mundana a patruo *Ruperto* 57), Trevericae civitatis episcopo, tum divina adprime est institutus: Inde a patruo suo 58), scilicet suo aequivoco, XV. comitatuum comite strenuo, Domino *Brunoni* Archiepiscopo Agrippinensi traditur ad res militares. Sic bonae indolis adolescens penes ipsum quotidie proficiebat, donec primi Ottonis Magni Imperatoris Romam cum exercitu iam acquisituri mancipatus est servitio. An. 995. A. S.

 Qui

52) *substituit.* Crescentius scilicet, audacior absentia Caesaris, Gregorium urbe expulit; deinde Placentinum episcopum, tum forte ex Byzantina legatione reducem, sub nomine Ioannis XVI. circa mensem Maii an. 997. ad Pontificatum evexit. Hic Rusciani in Calabria Graeco patre natus, favore Theophaniae gratiosus apud Ottonem II. et Capellanus Augustae factus, a filio etiam episcopatum acceperat. Nunc tot beneficia in materiem sceleris vertit, iam palam insurgens adversus Imperatorem, missos eius in vincula coniecit, vulgavitque adeo famam, id agi Romae, ut Occidentis imperium Graecis iterum principibus assereretur, teste Arnulpho Lib. I. c. 11. *Vrs.*

53) *nuncii eiusdem.* Ann. Saxo: *nuncii Apostolici Gregorii ab eodem invasore* cet. *Vrs.*

54) *claustrum.* Ann. Saxo *castellum.* *Vrs.*

55) *post Albas.* Intellige Dominicam proxime insequentem Paschatis festum, alias *Quasimodogeniti* dictam. *Vrs.*

56) *suspendit*, Ann. Saxo p. 366. addit: *cum aliis duodecim.* *Vrs.*

57) *Ruperto.* Ann. Saxo *Rodberto.* *Vrs.*

58) *patruo suo.* Recte, patri enim Ansfridi nomen erat *Lambertus*, ut Aubertus Miraeus in Chron. Belgico ex codice donationum propter monasterium Gemblacense factarum probavit. cf. Aegidii Leodiensis, monachi aureae vallis, addition. ad Anselmi Canon. Leodiens. gesta episcopor. Tungrens. Traiectens. et Leodiensium c. 53. *Vrs.*

Digitized by Google

Qui in initio militiae eius iniunxit, ut tentorium ſuum, quod adeo pulchrum videbatur, quotidie poneret e regione contra Imperiale et ſpatam ſuam duceret, ut in hoc probaret, ſi Palatinus ſe agiliter initiaret. 59) Hoc ideo tam gratanter ſuscepit, quia pſalmos oris eius dulciſſimos (caneret,) hunc per devia (ſequens) quaſi delectationis cauſa aviculis inſidiando ſine detractione frequentare occultius potuit. 60) Romam ſane praedicto Caeſare ingrediente non nimium confiſus in iuvene, fecit eum ſpataferium ſuum, dicens: *„Dum hodie ego ad ſacra limina Apoſtolorum perorabo, tu gladium continue ſuper caput meum teneto. Nam fidem Romanam anteceſſoribus noſtris ſaepius ſuſpectam* 61) *non ignoro. Sapientis enim eſt, adverſa quaeque longe adhuc poſita cogitando praenoscere, ne forte improviſa valeant ſuperare. Deinde redeundo ad montem Gaudii, quantum volueris, orato."* Inde vero reverſus abbatiam, quae dicitur *Torna* 62), de haereditate propria conſtruxit, in qua filiam ſuam abbatiſſam, plurimarum Deo devotarum ſanctimonialium matrem, aſſenſu pontificis conſtituit, Sanctoque Lamperto pro remedio animae ſuae ex integro tradidit. Huius vero omnipotentis Dei famulae quia mentionem fecimus, quod noſtris temporibus per eam Dominus operatus eſt, ſilentio non praeteribimus. Hospitalitatis non oblita tantae dapſilitatis 63) circa egenos et peregrinos extitit, ut quadam die de vino nil ſibi vel ſororibus beneficentiae communicationisque cauſa relinqueret 64); hoc dum celleraria ſibi nuntiaſſet, ait: *Aequo animo eſto, chara, et confortare! Dei enim gratia ſatis nobis poterit dare;* ſtatimque ſolito more ante crucem proſtrata in oratorio ſanctae Mariae cepit orare, funditusque vinum in vaſe pridie exhauſtum creſcere coepit, quoadusque ſuperfluxit; de quo non tantum ſanctimoniales, ſed et quam plures diu ad laudem Domini biberunt circummanentes vel adventantes. Interea contigit, ut domina

59) *ſi Palatinus ſe agiliter initiaret.* Ann. Saxo: *ſi ſe agiliter Palatinis initiaret. Vrs.* — De obſcuritate huius loci conqueritur Vrſ. in verſ. Germ. et ita interpretatur: *damit er dann schon Proben seiner Behendigkeit abgelegt hätte, wenn ihn der Pfalzgraf zum Ritter schlagen würde.* Mihi vero ſenſus hic videtur: Vt (Imperator) in hoc probaret, ſ. exploraret (Ansfridum) ſi (i. e. an) tanquam Palatinus ſe agiliter initiaret ſ. gereret. Palatinus vero non Comitem Palatinum ſignificat, ſed generatim nobilem, in curia principis officium habentem. Optime tamen una litera mutata legitur *Palatinis* (ſc. negotiis, officiis). Sic Ann. Saxo. Senſus itaque eſſet: *damit der Kaiser ihn prüfte, ob er ein geschickter Hofmann werden würde.* Sic convenit cum ſequentibus, mox enim officium palatinum, ſc. ſpataferii memoratur *Kind.*

60) *occultius potuit.* Periodum hanc, quae ap. Leibnitium corrupta et obſcura legitur, nam verba *caneret* et *ſequens* non habet, ex Ann. Saxone ego reſtitui. *Vrs.*

61) *ſaepius ſuſpectam.* Ann. Saxo *ſemper ſuſp. Vrs.*

62) *Torna.* cf. ad h. l. Acta Sanctor. menſis Maii T. I. p. 429. in vita S. Ansfredi ad diem IV. Maii. *Vrs.*

63) *dapſilitatis.* i. e. liberalitatis. Vox priscis Latinis infrequens, cuius loco Ann. Saxo poſuit benignitatis. *Vrs.*

64) *communicationisque relinqueret.* Sic emendatius, ni fallor, Ann. Saxo, quam quae habet Leibnitius: *comitationis — praetermiſit. Vrs.*

Digitized by Google

365 mina *Hereſuint* 65) comitiſſa, ipſius ſcilicet coniux reverenda, in curte ſua, quae dicitur *Giliſa*, coepit aegrotare, quae ſtatim velut mortis praeſaga futurae feſtinavit ire ad Torna. Quo dum prae nimio dolore nequiret pervenire, in domo cuiusdam Maioris 66) remanſit in itinere. Qui, ſicut ipſe nobis retulit, nimiae ferocitatis canes habuit, quorum latratum ipſa infirma graviter ſuſtinuit. Hoſpes, ut audivit, feſtine precatus ab ipſa, hos libentiſſime voluit capere, vel ad ultimum, ſi potuiſſet, etiam occidere. Horum dum neutrum potuiſſet, mirabiliter accidit, ut nullus eorum poſtea nequiret latrare, donec ſancta ancilla Dei obdormivit in pace. Quam ſecus monaſterium communi labore, comes ſanctae ſimplicitatis in ſecretario ſepelivit. 67) Huius cameraria multis annis fuit hydropica. Huic viſum eſt in vigilia natalis Domini, cum ad ſepulchrum domnae ſuae candelas deberet afferre, quod et fecit. Mox dum matutinae laudes celebrarentur, exivit, ſolutionem habuit, ſana coram omni populo rediit. Poſt diſceſſum autem domnae ipſius felix comes non de terreni operis caſu deſperatus, ſed in virtutis volatu eo ipſo ſublevatus mente diſpoſuit, ut monaſterialem vitam ſubiret, ſicubi maioris obedientiae regulam inveniret. Quod dum in exordio per intentionem agitur, a tertio Ottone ad epiſcopatum Traiectenſem per *Notgerum* Leodii pontificem ſumma neceſſitate vocatur. Illud profecto dum audivit, capellam Aquenſem introiit, et mundi dominam exoravit, ut ſi eſſet a Deo, canonice perficeretur, ſi non, miſericorditer annullaretur. Sed poſtquam *Evergerus* Colonienſis archiepiſcopus ſuffraganeorum conſenſu Imperatori ſibique in medium conſuluit, vellet nollet ad epiſcopum acclamatur. 68 Non multo poſt quinque curtes de ſua proprietate beato Martino tradidit, fideli inquam fideiuſſori talionis earum. In ſenectute ergo ſua caligantibus iam oculis ipſius factus eſt monachus, ſeptuaginta duos pauperes propria manu cottidie pavit. Illorum quippe infirmioribus, Camerario praecedente coecus ipſe 69) ab imo vallis ad ſumma montis balneum portans praeparavit in nocte, et mutatoria caeteraque neceſſaria corporis praebuit, iubens eos in pace recedere, ut ſic ſua opera obnubilare valeret. In eodem monte monachorum congregationem ordinavit 70), a quorum prioribus ſcopis eſt ſaepius caſtigatus, dum auderet reſiſtere eorum iuſſionibus. Quic-

65) *Hereſuint.* al. *Hilsuind.* Aegidius aureae vallis monachus in addit. ad vitam Notgeri. Ann. Saxo *Herſuit.* *Vrs.*

66) *Maioris* i. e. Villici (Meyer) v. Ioach. Meyer Antt. villarum et villicorum p. 103. ſ. *Vrs.*

67) *quam ſecus monaſterium — in ſecretario ſepelivit.* Mentem Ditmari non aſſecutus eſt Vrſ. in verſ. Germanica. Senſus eſt: Comes quaedam, cuius nomen tacetur, quae poſtea cameraria dicitur, quae communis laboris, pietatis et beneficentiae adiutrix et plena erat ſanctae ſimplicitatis, curavit Hereswindae ſepulturam ſecus monaſterium in ſecretario, i. e. ſacrario, corrupte Zyter, ſive ſacriſtia. *Kind.*

68) *ad epiſcopum acclamatur.* Die X. Maii. v. Acta Sanctor. T. I. menſ. Maii p. 429. *Vrs.*

69) *coecus ipſe.* Sic Annal. Saxo, ex quo textum Leibnitii correxi, qui habet: *caetus, ipſe.* *Vrs.*

70) *ordinavit.* Locus ille, quo hanc Benedictinorum abbatiam condidit, nominabatur *Hohorſt*, adiacens Amersfordio. Illam ipſe XIV. Kal. Dec. anno 1006. regnante Henrico II. imperii eius anno quinto inauguravit, eique novum nomen Sancti (Heiligenberg) impoſuit. v. Acta Sanctor. l. c. p. 430. *Vrs.*

Digitized by Google

Quicquid ad ultimum acquirere potuit, pauperum manibus tribuit. Aviculis etiam in hyeme manipulos super arbores ad manducandum intuitu pietatis in monte suo poni fecit. Sub chlamydis absconso continue vestiebatur cilicio. A Natali Domini usque ad sanctae crucis inventionem infirmabatur, quo temporis spatio ultra tres panes non manducavit. Appropinquante iam carnis eius dissolutione, crucem in fenestra, quae ibi post caligationem oculorum eius facta fuit, vidit et circumstantibus se videre manifestavit, laudans Deum et dicens: *In circuitu Tuo, Domine, lumen est, quod nunquam deficiet.* Tandem sacrosancti viatici perceptione munitus, doctus tota expectatione iudicem diligere, atque, ut ita dixerim, timendo praesentialiter retinuit timere perpetualiter; multum in sanctae Dei genitricis intercessione, cui se suaque dederat, confisus. Tamdin signaculo sanctae crucis sese signavit, quoad usque obdormiens in pace manu simul et mente quievit. 71) Post cuius obitum Traiectenses nudis pedibus et armatis manibus venerunt, flentes, orantes et domesticis eius dicentes: *Pro Dei nomine date nobis Pastorem nostrum, quo portetur ad suae sedis tumulum.* Quo contra reverendae vitae Abbatissa eius scilicet filia sanctissima cum capellanis et militibus respondit: *In eodem loco debet sepeliri, ubi e vita praesenti a Deo est permissus exui.* Perventum est ad hoc, ut armati ex utraque parte periculosissime convenire et plures vita deberent carere; sed domna Abbatissa se in medio eorum prostravit, et adeo pacem inter illos vel ad momentum rogavit. Interea videbatur militibus, quod ex illa parte, qua fratrum erant officinae 72), ab aqua *Ema* nominata ad montis supercilium ipsius traherent 73) sarcofagum. Quod dum niterentur corpus a Traiectensibus sustollitur, et levissime, sicut ipsi iurant adhuc, ultra aquam ducitur. Sic nutu Domini fortior pars delusa est militum. Post translationem corporis sacri fragrantia miri odoris percepta est in via, quae ultra tria milliaria veracissimorum hominum, sicut ipsi testantur, nares perfudit et pectora. 74) Revocemus ad memoriam quam miserabiliter Gisilero Archipraesuli

(An. 1010. A. S.) (An. 998. A. S.)

Expleta lacuna codicem Dresdensem resumamus.

incuria sui contigit damnum. Imperator ob defensionem patriae, *Harnaburg* 75) civitatem opere muniens necessario, eam IIII. hebdomadas ad tuendum huic commisit. Qui

71) *et mente quievit.* Obiit 3. Maii 1008. v. Acta Sanctor. l. c. Ann. Saxo ad an. 1010. refert eius obitum. v. Alpertum ap. Eccard. T. I. p. 98—103. *Urs.*

72) *officinae.* In monasteriis sunt aedes, in quibus asservantur, quae ad victum monachorum spectant. Adelung Glossar. h. v. *Urs.*

73) *ad montis supercilium ipsius traherent.* Sic recte, non *traheret*, uti Leibnitius habet. Referendum enim ad monachos, et sequitur *niterentur*. *Kind.*

74) *et pectora.* Quae de vita et moribus Ansfredi, episcopi Traiectensis, Ditmarus copiose satis persecutus est, in causa fortasse fuerunt plagiario, ut manu furtiva Codicem nostrum quatuor foliis spoliaret. Miror vero, quod doctiss. Dan. Papebrochius, cuius beneficio Leibnitio facta est copia codicis antiqui Ditmariani, eorum, quae ibi de Ansfredo fuse narrantur, in Actis Sanctor. ne verbulo quidem mentionem fecerit. *Urs.*

75) *Harnaburg.* Ann. Saxo p. 367. nomen *Harnaburch* i. e. Arneburg habet. Editiones exhibent *Bernaburg*, et ita videtur Cod. nostrum accuratius adspicienti, sed literae b. et h. facile inter se

Qui fraude ignota ad placitum 76) a *Sclavis* vocatus cum parva multitudine exiit. Alii namque praecesserunt et quosdam in urbe reliquit. Ecce autem unus e consociis eiusdem a silva erumpere hostes prodidit. Congredientibus vero tunc ex utraque parte militibus, archiantistes, qui curru venit, equo fugit alato, ex suis mortem evadentibus paucis. Sclavi victores praeda interfectorum VI. Nonas Iulii 77) sine periculo potiuntur, et archiepiscopum sic clam abisse 78) conqueruntur. Custodivit tamen, quamvis
356 sic lugubriter mutilatus, urbem ad dictum diem Gisilerus, tristisque reversus obviam habuit patruum meimet Marchionem *Luitharium*, cuius curam civitas praedicta tunc respiciebat, firmiterque ei eam committens 79) abiit. Accessit autem comes, et ut urbem vidit incendio fumigantem, archiepiscopum remeare per internuncium frustra petiit. Ipse autem ignem in duobus locis iam alte ascendentem extinguere tentans, cum nil omnino proficeret, portam hostibus patentem derelinquens, domum moestus revisit, et accusatus post apud Imperatorem imputatam sacramento purgavit culpam. Post VIIII. dies praedictae caedis mater mea, *Cunigund* nomine, tertia Id. Iulii An. 998. A. S.
in civitate *Germeresleva* 80) expiravit. *Ekkihardus*, marchio Misnensis ex nobilissimis Thuringiae australis natalibus huius genealogiae ortum ducens, cum gradatim ad virilem pertingeret aetatem, parentelam suimet omnem tam morum quam actuum gravitate

se commutantur. *Harnaburg* mihi rectius nunc videtur. *Vrs.* — Haec urbs nec Bernburgum Anhaltinum est, nec Brandenburgum, de cuius munitione Ditmarus iam supra scripserat. Pro Brandenburgo quidem pugnat *Kuchenbecker* in Annal. Hass. Coll. IX. p. 22. pro Bernburgo *Knauth* de pagis Anhalt. p. 28. *Becmannus* in Hist. Anhalt. T. I. p. 114. et plures alii. Annalista Saxo ad an. 998. p. 367. habet *Hornaburg* (quod Lentius de Halberstadensi oppido Hornburg accipit *in der diplomat. Fortsetz. von Fr. Lucae Grafen-Saal* p. 202.) sed sine dubio *Hornaburg* legendum est, ut in alio loco ad an. 1005. *Arneburg* exstat, quem locum Vrsinus priori praetermisso citat. Rectissima igitur *Arneburgum* intelligitur. v. *Kuester* Antt. Tangermundens. P. III. p. 167. s. Infra p. 392. (Leibn.) Ditmarus ipse urbem Harnaburg vocat. *Kind.*

76) *ad placitum.* i. e. conventum publicum totius nationis. *Vrs.*

77) *VI. Non. Iulii.* Pugna ad Bernaburgum accuratius diei 4. Iulii 998. adsignata fuisset, quod probari potest ex necrolog. nostro, ubi plures, qui in proelio adversus Slavos ceciderant, milites adnotati sunt *IV. Non. Iulii Nolo occisus.* *Wed.*

78) *clam abisse.* Editiones habent: *elapsum esse.* Cod. Dresd. videtur habere *elabisse.* Quod cum editores ab ipsius Dithmari manu esse a se impetrare non possent, ut crederent, mutarunt in *elapsum esse.* Sed diligentius considerato Codice, animadverti scriptum esse: ctabisse. i. e. clam abiisse. Nam compendium scribendi ct. (lineola sic per l. ducta) et alibi descriptor pro clam adhibuit. *Wa.*

79) *firmiterque ei eam committens.* Haec de Gisilero perverse intellexit Vrsinus, vertens: *der Erzbischof übergab sie ihm wohlbehalten*, cum potius sensus sit: Marchio Lutharius Gisilero curam urbis (ante abitum suum) commisit et abiit. Perfecto historico utitur Ditmarus pro Plusquamperfecto. Aliter si esset, Lutharius nec accusari apud Imperatorem de urbe neglecta, nec etiam excusari potuisset. *Kind.*

80) *Germeresleva.* *Nord-Germersleben* in praefectura Alvenslebiensi ducatus Magdeburgici. *Vrs.*

Digitized by Google

tate inclitum honorat; quia, ut legimus, dedecorant bene nata culpae. 81) Is post multas bellorum asperitates, quas cum patre suo *Gunthero*, ab honore suo diu suspenso, perpessus est, ad gratiam Imperatoris II. Ottonis et ad patriam honorifice cum remearet, *Thietmari* comitis viduam et *Bernhardi* ducis de Luniburg 82) sororem, nomine *Suonehildam* in matrimonium sibi copulavit, ex eaque primogenitam nomine *Luidgerdam* acquisivit filiam. *Luitharius* autem ex clara Thuringiae septentrionalis 83) prosapia editus, cum vir factus esset, aetatem virtutibus superare nitebatur. Cumque secundo multum carus esset Ottoni, eius auxilio quandam matrimonium 84), *Godilam* nomine, ex occidentali regione nobiliter natam cum licentia Uuirdunensis *Vuigfridi* praesulis, consobrini eius, sibi in coniugem desponsavit et acquisivit, quae peperit ei in tertio decimo aetatis suae anno primogenitum, patris sui nomine appellans *Vuerinharium*. Sed cum duae propagines istae, puer inquam et puella, ex tam nobilissimae vitis radice emersissent, iamiam paulatim ad maturitatem fructus pertingere inclitis virtutum scalis nitebantur. Sed Luitharius comes, ut puellae illius formam et conversationem bonam primo persensit, qualiter eam consociaret filio suo, mentis secreto semper volvit. Et ad ultimum erumpens per fideles internuncios Ekkihardo, tunc marchioni desiderium diu latens aperuit ac celeriter impetravit. Convenientibus tunc in unum familiaribus eorundem, promisit legitime Ekkihardus Luithario eandem se filio suo daturum in uxorem, more suo et iure praesentibus cunctis optimatibus affirmans. Qui cum tertio Ottoni multum placeret, et apud eundem inter alios primates plurimum valeret, nescio qua causa depravatus 85), pactum firmissime stabilitum interrumpere quam maxime conatur. Quod mox Luitharium non latuit, et ut hoc ne fieret, anxia mente volvebat. Imperatore
An. 999. A. S. et Ekkihardo pariter tunc in Romania 86) commorante commissa erat Regni istius cura venerabili abbatissae *Mathildi*, de qua superius memoravi, in cuius civitate Quidilingaburg

81) *dedecorant bene nata culpae.* Desumta est sententia ex Horatii Od. IV, 4. 36. Inscitus librarius Cod. Brux. eius loco versum Leoninum substituit: *Valde mali mores deturpant nobiliores. Vrs.*

82) *de Lunibḡ.* Sic in Cod. nostro, sed inter lineas ab alia, antiqua tamen manu, insertum legitur nomen, quod nec editores nec Ann. Saxo habent. *Vrs.*

83) *Thuringiae septentrionalis.* De *Northuringun*, *Northuringa*, pago amplissimo, fusius egit Leukfeld in Antt. Halberstad. p. 9—13. *Vrs.*

84) *quandam matrimonium, Godilam.* Sic Cod. noster ponit *matrimonium* pro femina, vel antehac cum altero quodam per matrimonium sociata, vel alteri desponsata. Annal. Saxo *matronam* habet, quod etiam non placet, quia Godila, 13. annos, uti paullo post dicitur, nata nondum pepererat. De Godilae parentibus et familia plura v. in Meibomii Chron. Walbecc. p. 65. 70. *Vrs.* — (Ego vero puto, Ditmarum in autographo scripsisse *in matrimonium*, et scribam Cod. Dresd. τὸ *in* duobus m. per compendium *i.* interpositum per incuriam omisisse. *Wa.*)

85) *depravatus.* Ann. Saxo *immutatus. Vrs.*

86) *in Romania.* Ann. Saxo. in Italia. *Vrs.*

Digitized by Google

gaburg nuncupata, puella haec educabatur. Fit publicus in *Darniburg* 87) Abbatiſſae totiusque ſenatus in unum conventus. Interim Vuirinharius, ut arbitror, non conſilio patris, ſed amore virginis et ob metum manifeſti dedecoris, cum confratribus meis 88), *Heinrico*, *Fritherico*, caeterisque militibus optimis urbem praefatam aſcendit, ſponſamque ſuam et reluctantem et clamantem vi auferens cum ſuis ad *Uuallibiki* laetus et incolumis pervenit. Quod cum Abbatiſſa ab certo comperiret legato, graviter commota cunctis hoc principibus lacrimis queritur obortis, rogans ac praecipiens, ut armati omnes publicos hoſtes celeriter inſequerentur, ac ut captis ſeu occiſis virginem ſibi reducere conarentur. Nec mora, iuſſa haec miles armatus accelerare contendit, et priusquam urbem munitam attingerent, eosdem per compendioſa itineris interruptos, vi capere vel occidere ſeu effugare anhelavit. Compertum eſt autem a viatoribus, quod hi, quos inſequebantur valida manu, clauſisque portis notis iam gauderent praeſidiis, nulli patere ingreſſum, aut velle mori, aut ſe ibi defendere, et nunquam ulli ſponſam reddere. Quo audito admodum triſtis effectus revertitur. Luitharius autem, et cum eo *Alfricus* ſenior, milesque comitis Ekkihardi *Thietmarus* proficiscentes voluntatem ſponſae perquirunt, ſeque ibidem tunc manere malle quam reverti, ſatis certi ab eadem effecti, Dominae abbatiſſae caeterisque 89) haec reſponſa intimabant. Conſulenti tunc de talibus primates abbatiſſae, dictum eſt ab his, quod ſibi videretur optimum in Magadaburg fieri conventum; huc ſponſum cum contectali venire, auxiliatores quoque omnes aut ſe reos ibi praeſentare, aut damnatos fugere, ſicque factum eſt. Confluente maxima illuc multitudine *Vuirinharius* cum ſuis cooperatoribus nudis provolvitur pedibus, uxorem reddit, veniam de commiſſis ſibi ſuisque auxilio principum promiſſa emendatione promeruit. Sed venerabilis in omnibus Mahtildis finito colloquio *Luiderdam* ſecum duxit, non pro retentione, ſed pro timoris 90) magni confirmatione. Bonae ſuimet voluntatis propoſitum praeventu ſubitaneae mortis interruptum eſt. Namque poſt paucos dies, cum haec ad locum a Deo ſibi paratum veniret continuo infirmata; Beruuardum ſanctae Hillineſſemenſis eccleſiae tunc paſtorem An. 999.
vocavit, et accepta ab eo quam poſtulavit indulgentia VIII. Id. Februarii 91) hominem A. S.
exuit interiorem, ſepultaque eſt in eccleſia ad caput avi ſuimet regis Heinrici. Hoc
367 funere Imperatrix *Athelheidis* mater eiusdem ſupra modum turbata, ad Imperatorem nuncium miſit, qui et obitum eius huic innoteſceret, et aequivocam ſuam ſororem eius huic ſuccedere poſtularet. Caeſar piis aſſenſum praebens deſideriis, amitae ſuimet necem

87) *Darniburg*. Ann. Saxo. *Darneburch*. *Derenburg*, oppidulum ad fl. Holtemme, urbes Halberſtadium et Wernigerodam interiacens, duobus leucis a Quedlinburg diſtans, ut bene docuit Dingelſtadius in not. ad Meibomii Chron. Walbecc. p. 77. *Vrs.*

88) *confratribus meis*. Ann. Saxo: *cum patruelibus ſuis, filiis Sigefridi*. *Vrs.*

89) *caeterisque*. Addit Ann. Saxo *principibus*. *Vrs.*

90) *pro timoris*. Cod. Brux. cum Ann. Saxone minus accurate ponit *amoris*. *Vrs.*

91) *VIII. Id. Febr.* Necrolog. Fuldenſe apud Leibnit. III, 766. habet VI. Idus, necrolog. contra S. Mich. Luneb. VII. Idus, qui dies (anni 999.) teſtibus Chron. Quedlinburg. p. 284. Chronogr. Saxone p. 209. et Keitnero in Antt. Quedlinb. p. 153. certior habendus eſt. *Wed.*

necem deflet, et abbatiam dilectae suimet germanae per *Becelinum* portitorem virga a longe commisit aurea, et, ut ab episcopo benediceretur *Arnulfo*, praecepit. Athelheidis autem imperatrix urbem, quae Celsa 92) vocatur, interim aedificans, collectis ibidem monachis omnibusque perfectis in eodem anno XVI. Kal. Ianuarii gaudens appetiit 93), de quibus orta fuit; cuius fideli servitio iusta recompensans praemia Deus ad tumbam 94) eius plurima hodie operatur miracula. 95) Papa quoque *Gregorius*
An. 999. A. S. bene dispositis Romae omnibus II. Nonas Februarii obiit, *Gerberto* sibi mox succedente.

An. 1000. A. S. Post haec Imperator *Gisilerum* archiepiscopum, eo quod duas teneret parochias in synodo accusans Romana, iudiciali eum sententia ab officio suspendi, ac per internuncios ab Apostolico eundem illo vocari praecepit. Qui tunc paralysi percussus cum huc venire nequiret, *Rotmannum* misit clericum, qui iuramento, si aliter non crederetur, se excusaret; datis tunc induciis 96) differtur, usque dum Imperator cum comprovincialibus episcopis hoc discutere valuisset. Postea Caesar auditis mirabilibus, quae per dilectum sibi martyrem Deus fecit *Athelbertum* 97), orationis gratia eo pergere 98) festinavit. Sed cum Ratisbonam veniret, a *Gebehardo* eiusdem ecclesiae antistite magnifico honore susceptus est, comitantibus secum *Ziazone* tunc patricio, et *Robberto* oblationario cum Cardinalibus. Nullus Imperator maiori unquam gloria a Roma egreditur neque revertitur. Huic Gisilerus obviam pergens gratiam eius quamvis non firmam promeruit, et comitatur. Caesar autem ad *Cieensem* perveniens urbem,

92) *Celsa.* Reineccius et reliqui falso habent *Olsa.* Vterque Cod. et Dresd. et Brux. exhibent, uti et Ann. Saxo p. 370. *Celsa;* quae et *Selsa, Salisa, Salsa* vocatur. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 508. Locus iam seculo octavo celeber erat. Nunc nomen gerit *Selz* et est civitas ad ripam Rheni posita, quae sex milliaria distat ab Argentorato, sed ad Palatinatum inferiorem pertinet. *Vrs.*

93) *appetiit.* Rectam hanc e Cod. nostro restitui lectionem, quae profecto aptiorem sensum praebet, quam spuria priorum editionum *oppetiit. Vrs.*

94) *tumbam.* Sic uterque Codex, uti et Reineccius. *Turbam* in Maderiana editione est mendum typographicum, quod Leibnitius propagare non debebat. Magis adhuc absona est lectio exemplari Leibnitiano in biblioth. Dresd. adscripta: *turbatum. Vrs.*

95) *miracula.* Vitam S. Adelheidis Imperatricis descripsit Odilo Abbas Cluniacensis in Canisii Lectt. antiquis T. V. et Leibnitii T. I. p. 262. ff. Pars huius biographiae secunda recenset Adelheidis miracula. *Vrs.*

96) *induciis.* Addit Cod. Brux. *causa haec. Vrs.*

97) *Athelbertum.* Codicem Antverpiensem a Leibnitio non satis accurate semper collatum testatur Conr. Ianningius in Actis Sanctor. Iun. T. VI. P. I. p. 38. quem locum debeo benevolentiae Kinderlingii mei in *Allgem. Lit. Anz.* 1801. n. 11. Hunc igitur nostrum locum Antverp. ita habet: *martyrem Athelbertum Deus faciebat,* Leibnitius contra: *martyrem Dominus fecit Adelbertum. Wa.*

98) *eo pergere* scil. in Poloniam. *Vrs.*

Digitized by Google

bem, a secundo *Hugone* eiusdem sedis provisore tertio, ut decuit Imperatori 99), suscipitur. Deindeque recto itinere *Misnensem* tendens ad civitatem 100), a venerabili *Egedo* 1), huius ecclesiae episcopo, et a marchione *Ekkihardo*, qui apud eum inter praecipuos habebatur, honorabiliter accipitur. Decursis tunc *Milcini* 2) terminis hinc 3) ad *Diedesisi* 4) pagum primo venienti *Bolizlaus*, qui *maior laus* non merito sed more antiquo interpretatur, parato in loco, qui *Ilva* dicitur, suimet hospitio multum hilaris occurrit. Qualiter autem Caesar ab eodem tunc susciperetur, et per sua usque ad *Gnesin* deduceretur, dictu incredibile ac ineffabile est. 5) Videns a longe urbem desideratam, nudis pedibus suppliciter advenit, et ab episcopo eiusdem *Ungero* venerabiliter susceptus ecclesiam introducitur 6), et ad Christi gratiam sibi impetrandam martyris Christi intercessio profusis lacrimis invitatur. 7) Nec mora, fecit ibi Archiepiscopatum, ut spero legitime, sine consensu tamen praefati praesulis 8), cuius dioecesi omnis haec regio subiecta est 9), committens eundem praedicti martyris fratri,

M 2 *Ra-*

99) *Imperatori.* Sic vere Cod. Dr. Sed sustulit hoc erratum Grammaticum iam olim Reineccius, quem secuti Maderus et Leibnitius reposuerunt *Imperatorem. Vrs.*

100) *ad civitatem.* Anno scil. 1000. Errant igitur Fabricius in Annal. Misnens. p. 25. et Albinus in Chronico p. 115. hunc Caesaris adventum ad an. 995. referentes. cf. Chronogr. Saxo p. 211. Chron. Quedlinb. ap. Leibnit. T. I. p. 285. *Vrs.*

1) *Egedo.* Hic manifestum fit, nomen *Eido* esse contractum *Aegidii. Kind.*

2) *Milcini.* antiquum nomen Lusatiae superioris. *Vrs.*

3) *hinc.* Vitiose legunt superiores editiones *huic. Vrs.*

4) *Diedesisi.* Paullini, Schoetgenius, Loescherus, Iunkerus et ipse doctiss. auctor Chronici Gottwic. pauca de hoc pago habent, situsque eius descriptionem in medio relinquunt. Ad nutum vero diplomatum quorundam et annalium illius aevi intentus ego quidem puto, pagum istum confinem territoriis Soraviensi et Goerlicensi inter flumina Neiss et Bober situm fuisse, et usque in ducatum Saganensem in Silesia pertinuisse. Bene illustrat hunc pagi situm diploma Henrici IV. de finibus episcopatus Pragensis an. 1086. datum in Balbini Miscell. Dec. I. Lib. VI. P. I. p. 12. Vrbs *Halbau* probabiliter appellationem traxit ex nomine *Ilvae*, loci ad dictum pagum pertinentis. *Vrs.*

5) *dictu incredibile ac ineffabile est.* Sic Dresd. Sed Brux. invertit: *ineffabile ac incredibile est;* quod Kinderlingio placet magis. *Wa.*

6) *ab Episcopo eiusdem Ungero venerabiliter susceptus, ecclesiamque introducitur.* Antv. post *susceptus* addit *est*, in reliquis non dissentit a Dresd. *Wa.*

7) *et ad Christi gratiam sibi impetrandam martyris Christi intercessio profusis lacrimis invitatur.* Sic Dresdensis. Antv. vocem *sibi* non habet, et in fine *intercessionem — invitavit.* Sic Kind. et rectius quidem.

8) *praefati praesulis.* Ann. Saxo addit: *et sui Metropolitani. Vrs.*

9) *cuius dioecesi — subiecta est.* Codex Antv. teste Ianningo *subiecta erat. Kind.*

Digitized by Google

Radimo 10), eidemque subiiciens *Reinbernum*, falsae 11) *Cholbergiensis* ecclesiae episcopum, *Popponem Cracuensem*, *Iohannem Uuratizlaënsem*, *Vungero Posnaniense* excepto, factoque ibi altari sanctas in eo honorifice condidit reliquias. 12) Perfectis tunc omnibus Imperator a praefato duce magnis muneribus decoratur, et quod maxime sibi placuit, trecentis militibus loricatis. Hunc abeuntem Bolizlauus comitatu usque ad Magadaburg deducit egregio, ubi palmarum solemnia celebre 13) peracta sunt. Secunda feria archiepiscopus eiusdem loci Imperatoris edictu priorem suscipere sedem roga-

10) *Radimo.* Recte ita Cod. noster nomen ponit, quocum convenit, quod Balbinus Dec. I. Lib. IV. P. I. p. 29. 30. Miscell. hist. regni Bohem. de hoc Radimo al. Gaudentio refert; ergo lectio Reinecciana, a Leibnitio etiam adoptata *Kadimo* est corrigenda. *Vrs.* — *Radimo* invenisse se dicit Menken Scriptt. T. III. p. 1778. in Cod. Dresd. collato. *Radzin* nominatur ap. Ioh. Dlugossum hist. Polon. p. 141. Ceterum Gaudentius obiit 14. Oct. 1006. teste necrologio Luneb. *Wed.*

11) *eidemque subiiciens Reinbernum falsae* (non *sanctae*, uti editt. et ipse Vrsinus in Cod. Dr. legerat) *Cholbergiensis ecclesiae episcopum Popponem* (non Papponem, uti Leibn.) *Cracuensem, Ioannem Wratizlaensem* (non Wiotizlaenlem) *Vungero Posnaniense excepto, factoque ibi altari sanctas in eo honorifice condidit reliquias.* Episcopatus *Salzcholberg* in Polonia iterum occurrit infra Lib. VII. ubi Reineccius p. 104. et Leibnit. p. 417. recte *falsae*, non ut h. l. *sanctae* habent. *Wa.* — Totus hic et memorabilis locus de Archiepiscopatu Gnesensi rectius legitur in Cod. Antverp. (a Ianningo reviso) non satis olim a Leibnitio inspecto, scil. *Commisit itaque eundem episcopatum praedicti martyris fratri Radimo* (non Kadimo) *eidemque subiiciens Reynbernum sanctae* (sic) *Cholbergensis Ecclesiae Episcopum Popponem Cracowensem, Iohannem Wrotizlaensem, Ungero Posnaniense excepto.* Postrema vertit Vrsinus: *den Bischof Unger zu Posen hingegen machte er exemt.* Quod quidem verum est respectu Archiepiscopi Gnesensis, sed non respectu Magdeburgensis. Vrsinus quidem paullo post Chronicon Magdab. citat, sed nisi obiter illud inspexisset, de exemtione Vngeri non scripsisset, illius ecclesiam liberam et ingenuam, i. e. Papae immediate subiectam factam esse. Sic enim Chronicon Magdeb. et quidem eius codex ms. habet: *Nam tota illa provincia unius Poznaniensis Episcopi erat parochia, ei ipsa cum omnibus futuro tempore illic fundatis* (forte fundandis) *episcopiis auctoritate primi Ottonis Imp. et Pontificum apostolicae sedis metropolitano Magdeburgensis Archiepiscopi fuerat subiecta. Hanc igitur tertius Otto sine utrorumque episcoporum consensu in quatuor dividens episcopatus, in urbe Gnesen Gaudentium, B. Adelberti germanum, consecrari Æpum fecit, eique tres alios episcopatus in tribus locis, scil. Slaz* (Salz) *Cholberg, Crakovie, Wratislave, ordinatos subiecit. Sed Poznaniensem episcopum non assentientem priori matri et Magdeburgensis Archiepiscopii subiectioni reliquit.* Ceterum Dobnerus ad Hagecii Chron. Bohem. an. 1000. T. III. p. 461. ubi hunc locum Ditmari citat, et fratrem S. Adelberti Radimo dictum esse, et postea Gaudentium, animadvertit, simul hoc notat, Cracoviensem episcopatum iam exstitisse, sed AEpiscopo Pragensi subiectum, porro et Dlugossum aliosque vituperat, qui institutionem archiepiscopatus Gnesnensis multo prius factam esse, sed falso, scribant. *Kind.*

12) *factoque ibi altari sanctas in eo honorifice condidit reliquias.* Sic Dr. Paullo aliter Antv. citante Ianningo: *Facto quoque ibi altari sanctas reliquias in eo honorifice condidit. Kind.*

13) *celebre.* Plane insolenter Ditmarus *celebre* utitur pro *celebriter*, quod Reineccio etiam displicuit, ideoque substituit ornatius: *celebri apparatu.* Ann. Saxo posuit *celebriter. Vrs.*

Digitized by Google

rogatus, data internunciis magna pecunia, inducias usque ad Quidilingeburg vix impetravit. Fit illuc magnus senatorum concursus, paschalia etiam ibi peraguntur gaudia, et habita in II. feria synodo iterum *Gisilerus* vocatur. Hic infirmitate oppressus valida, a praedicto excusatur Rotmanno, et in multis a *Walthero* tunc praeposito defenditur. Indicitur hinc concilium in *Aquisgrani*, quo ipse cum suis veniens iterum ab Archidiacono Romanae sedis alloquitur, qui sapienti consilio usus, generale sibi postulat dari concilium, sicque indiscussa dilata sunt 14) haec omnia, usque dum haec Deus finire dignatus est nostris propitius temporibus.

Imperator antiquam Romanorum consuetudinem iam ex parte magna deletam suis cupiens renovare temporibus multa faciebat, quae diversi diverse sentiebant. 15) Solus ad mensam quasi semicirculus factam loco caeteris eminentiori sedebat. 16) Karoli Caesaris ossa, ubi requiescerent, cum dubitaret, rupto clam pavimento, ubi ea An. 1000. esse putavit, fodere, quousque haec in solio inventa sunt regio, iussit. Crucem auream, quae in collo eius pependit, cum vestimentorum parte adhuc imputribilium sumens, caetera cum veneratione magna reposuit. 17) Sed quid memorem singulos eiusdem accessus et recessus per omnes suimet episcopatus et comitatus? Cunctis apud Transalpinos bene dispositis Romanum visitabat imperium, Romuleasque pervenit ad An. 1001. arces; ubi ab Apostolico caeterisque coëpiscopis magnis laudibus suscipitur. Post haec *Gregorius*, qui Caesari valde carus erat, dolo eum capere nisus occultas tendebat insidias. Quibus collectis et ex improviso adversus eum iam insurgentibus Imperator de
358 porta cum paucis evasit, maxima suorum caterva sociorum inclusa, et vulgus nunquam suis contentum dominis, malum huic pro ineffabili pietate restituit. Dehinc nuncio suimet omnes Caesar sibi familiares convenire illuc rogat, et praecipit, demandans singulis quibusque, si unquam de honore sui vel incolumitate curaret, ad ulciscendum eum ac amplius tuendum armato ad se milite properarent. Romani autem, manifestati tunc sceleris culpa erubescentes, seque invicem supra modum redarguentes omnes inclusos emisere securos, gratiam Imperatoris et pacem modis omnibus suppliciter expetentes. Quos ubicunque vel in ipsis, vel in rebus suis Caesar laedere potuit, verbis eorundem mendacibus diffidens, nocere non tardavit. Omnes regiones quae Romanos et Longobardos respiciebant, suae dominationi fideliter subditas, Roma solum, quam prae caeteris diligebat ac semper excolebat, excepta, habebat. Conveniente tunc cum *Heriberto* sanctae sedis Agrippinae archiepiscopo, plurima fidelium turba, Imperator laetatur, et quamvis exterius vultu semper hilari se simularet, tamen conscientiae

A. S. (ad An. 1000.) — A. S. (ad An. 1001.)

14) *dilata sunt.* Ita ex Cod. Dresd. non *dilatans*, ut editt. *Wa.*

15) *sentiebant.* Reineccius eius loco posuit *accipiebant*, in quo eum secuti Maderus et Leibnitius. Annal. Saxo tamen consentit cum Dresdensi. *Urs.*

16) *eminentiori sedebat.* Idque more Byzantino, de quo vide *Fischer von den Sitten u. Gebräuchen d. Europäer im 5. u. 6. Iahrhundert. p. 172. Urs.*

17) *reposuit.* Improbant hoc factum multo animi rigore Ann. Saxo p. 373. Annales Hildeshem ap. Leibnit. T. I. p. 271. et alii. *Urs.*

Digitized by Google

ſcientiae ſecreto plurima ingemiscens facinora, noctis ſilentio, vigiliis orationibusque intentis, lacrimarum quoque rivis abluere non deſiſtit. Saepenumero omnem hebdomadam, excepta V. feria 18), ieiunus perducens, in eleemoſinis valde largus extitit. Appropinquantem eius obitum 19) multa praevenere importuna. Namque noſtri duces et comites non ſine conſcientia episcoporum multa contra eum conſpirare nituntur, *Heinrici* ducis, poſtea ſucceſſoris ſui, ad hoc auxilium poſtulantes. Hic ultima patris ſuimet et aequivoci monita, qui in *Gandeneshem* obiit ac requieſcit, memori ſervans in pectore, et ſibi hactenus in cunctis fidelis, nullum his praebuit aſſenſum. Imperator hoc ſtatim comperiens, et patienti ferens animo in *Paterno* 20) urbe puſtellis interiora prementibus et interdum paulatim erumpentibus, infirmatur. Qui facie clarus ac fide praecipuus VIIII. Kal. Febr. Romani corona imperii exivit ab hoc ſaeculo, ſuis inſuperabilem relinquens moerorem, quia tempore eo non fuit ullus largior ac per omnia clementior illo. Alfa et O miſereatur ei, tribuens pro parvis magna, pro temporalibus ſempiterna. Hi autem, qui extremis eius intererant 21), haec tam diu celabant, quoad exercitus undique tum diſperſus per internuncios colligeretur. Tunc triſtis turba dilecti ſenioris corpus comitata magnas bellorum aſperitates VII. dies continue perpeſſa eſt, nullaque ſecuritatis certitudo ab hoſtibus conceſſa eſt, niſi tum duntaxat, quando ad *Bernam* perveniunt civitatem. 22) Exin cum ad *Pollingun*, curtem *Sigifridi* praeſulis Auguſtani, venirent, ab Heinrico duce ſuſcepti lacrimis eiusdem vehementer iterum commoti ſunt. Quos ſingulatim, ut ſe in dominum ſibi et regem eligere voluiſſent, multis promiſſionibus hortatur, et corpus Imperatoris cum apparatu Imperiali, lancea duntaxat excepta, quam *Heribertus* archipraeſul clam praemittens, ſuam

An. 1002. A. S.

18) *excepta V. feria.* Ita et Cod. Brux. legit, et Ann. Saxo p. 376. Reineccius et Maderus et Leibnit. in textu vitioſe: *V. Febr. Vrs.*

19) *obitum.* Cod. Br. *terminum* cum Ann. Saxone. *Vrs.*

20) *Paterno.* Ita legendum eſſe clare docet Cod. noſter, quamvis recentior quaedam manus literam O. expunxit, et A. ſuperſcripſit. Bene conſonat Chron. Magdeb. ap. Meibom. T. II. p. 280. *apud Pa.erne caſtellum Romaniolae — infirmatur.* Ann. Saxo p. 377. Adelboldus in vita Henrici Sancti Imp. p. 541. Vita Meinwerci episc. Paderborn. ap. Leibn. T. I. cf Meibomii Chron. Walbecc. p. 73. et fere omnes ſcriptores tradunt, obiiſſe in *caſtro Paterno*, quod prope civitatem Caſtellanam eſt; attamen ex Tangmari Scholaſtici Hildeſienſis vita S. Berwardi ap. Leibn. T. I. p. 457. colligas, Ottonem *Tuderti* (Todi) obiiſſe. Cum Ditmaro alii plures morbo exſtinctum ſcribunt, vulgatus tamen rumor fuit, veneno ſublatum eſſe a Stephania, Crescentii vidua. Sic Sigebertus Gemblacenſis p. 142. Chron. Reg. S. Pantaleonis p. 898. et alii. Monente Moscovio l. c. p. 105. coelebs obiit, vix egreſſus aetatis annum XXII. Ergo non audiendus Herm. Cornerus ap. Eccardum T. II. p. 358. annos ei vitae XXXIX. tribuens. *Vrs.* — Scribendum in *Paterna*, ſ. *Paterno*, urbe Campaniae. Invenitur etiam numero Plurali *Paternae. Kind.*

21) *qui extremis eius intererant.* Hos nominat Adelboldus, ſcil. Archiepiscopum Colonienſem, Episcopos Leodienſem, Auguſtenſem et Conſtantienſem, Caroli filios Henricum et Tuncmannum Comites. *Kind.*

22) *ad Bernam perveniunt civitatem.* Fuſius et dilucidius rem narrat Ann. Saxo p. 377. et Chron. S. Pantaleonis p. 898. *Vrs.*

Digitized by Google

suam sumsit in potestatem. 23) Archiepiscopus autem custodia parumper detentus, relicto ibi pro vadimonio suimet fratre, cum licentia abiit, ac sacram mox lanceam remisit. Is cum omnibus, qui huc Imperatoris funus sequebantur, excepto antistite Sigifrido, duci tunc non consentiebat, neque omnino denegabat 24), sed quo melior et maior populi totius pars se inclinaret, libenter assensurum pronunciabat; Dux vero cum his Augustanam attingens urbem, dilecti senioris intestina duabus lagunculis prius diligenter reposita in oratorio sancti praesulis *Othelrici*, quod in honorem eius Luidulfus eiusdem ecclesiae episcopus construxit, in australi parte monasterii sanctae martyris Afrae, sepulturae honorabili tradidit, et ob animae remedium suae C. mansos propriae haereditatis concessit. Deindeque dimissa cum pace magna multitudine, ad civitatem suam, quae *Nova* 25) vocatur, corpus Caesaris prosequitur. Postea que ab aequivoco suimet Heinrico, cuius sororem vivente Imperatore iam duxit, suppliciter exoratus, tandem corpus valedicens singulis ad loca destinata dimisit. 26)

Interim principes Saxoniae comperta senioris 27) sui nece immatura ad *Frasam* curtem regiam, quam tunc Gnncelinus comes ex parte Imperatoris in beneficium tenuit, tristes conveniunt; *Gisilerus* archiepiscopus Magadaburgensis cum coëpiscopis, *Bernhardus* dux, *Luitharius* et *Ekkihardus* ac *Gero* marchiones cum optimatibus regni de statu reipublicae tractantes. Comes autem Luitharius ut pro primo persensit, Ekkihardum se velle exaltare super se 28), archiepiscopum praedictum, et meliorem pro- An. 1002. A. S.

23) *sumsit in potestatem*. De Reinecciana additione: *habet honorifice*, quam et secutae editt. praeferunt, plane superflua, nihil habet Cod. Dr. vel Ann. Saxo. *Vrs.*

24) *neque omnino denegabat*. Inepte Cod. Brux. inserit *non*. *Vrs.*

25) *Nova*. i. e. *Neuburg* in Bavaria. *Vrs.*

26) *ad loca destinata dimisit*. scil. ad Aquas Grani. Adelboldus id expresse memorat. Corpus vero Aquisgrani transvectum honorifice, ut adhuc videri potest, in medio ecclesiae S. Mariae sepultum est. Quam ecclesiam idem benignissimus Imp. et unice dilexit et plurima facultate donavit. *Kind.*

27) *comperta senioris sui nece*. Cod. Br. *Imperatoris sui morte*. *Vrs.*

28) *Comes autem Luitharius — exaltare super se*. Iste sensus, quem verba sponte suggerunt, et interpunctio mea (commate post *se* posito) reddidit, satis mihi videtur ad evellendos scrupulos, huic loco a Sagittario in Hist. Ducat. Magdeburg. p. 241. s. temere iniectos, sufficere. „Ut autem, inquit, verum fatear, non satis capio, quid sibi illa velint Ditmari, Eccihardum „se voluisse exaltare super se archiepiscopum Gisilarium. An id dicere voluit, Eccardum in „tantum favisse Gisilero, ut eum supra ceteros, ac inprimis Lotharium Comitem exaltare vo„luerit? Quod si ita est, postliminio in gratiam cum Archiepiscopo rediit Marchio. Nam „antea latenter primum momordit Eccardum, post bilem eum in nasum concitavit, quod Otto „III. tam bene vellet Gisilario. Restat tamen scrupulus, nempe quod idem Ditmarus Lib. V. „memorat, Gisilarium Hermanno, Alemanniae Duci prae Henrico II. inter candidatos regni „favisse." Sed res salva est, non Gisilarium Eccardus super se exaltare voluit, sed Eccardus se voluit exaltare super Luitharium. *Vrs.* — Locus satis clarus est, modo ante vocem *Archiepiscopum* distinctio maior ponatur, uti *Semlerus* notavit, et apodosis periodi ita legatur: Archiepiscoporum *praedictum, melioremque procerum partem in secretum foras vocavit collo-*

Digitized by Google

procerum partem in secretum foras vocavit colloquium, hoc omnibus dans consilium,
ut iuramento firmarent, se nullum sibi dominum vel regem communiter vel singulari-
ter electuros ante constitutum in *Uuerlo* colloquium. Quod ab omnibus laudatum,
excepto Ekkihardo, et collaudatum 29) est. Hic se paululum a regni fastigio dilatum
graviter ferens erupit: *O! Luithari comes, quid adversaris?* et ille, *num*, inquit,
currui tuo quartam deesse non sentis rotam? 30) Sic interrupta est electio, et fit
vera antiquorum relatio, quod unius noctis intermissio fiat unius anni dilatio, et illa
usque in finem vitae huius prolongatio. Tempore praedicti Caesaris monasterium in
An. 999. *Hillesleuo* 31) a Sclavis combustum est eductis sanctimonialibus, et eodem die multi
A. S. ex nostris sunt interfecti. Equidem ab incepto multum devians tandem revertar, exe-
quias Imperatoris succincte perstringens. Cuius corpus cum ad Coloniam veniret pri- 359
mo susceptum est ab archiepiscopo eiusdem civitatis *Heriberto*, ad monasterium sancti
Severini post palmas II. feria, ad Sanctum *Pantaleonem* 32) III. defertur feria, ad
Sanctum *Gereonem* IV. die, in coena Domini ad sanctum *Petrum* portatur, ubi poe-
nitentibus more ecclesiastico introductis et indulgentia resolutis, animae praesentis cor-
poris ab archipraesule remissio datur, a consacerdotibus autem memoria exposcitur,
lacrimabiliter autem a populo supplice impenditur. VI. feria illucescente funus eleva-
tum ad *Aquasgrani* sancto perducitur in sabbatho, die vero dominica in ecclesia
sanctae Mariae semper virginis in medio sepelitur choro. Impensa ab eo cunctis pietas
obnixe orationes fletusque suasit perducere concrepantes. Dominicae resurrectionis
festa, angelorum ac hominum gaudia communiter gratulabunda, propter fragilitatem
convenientium non valuerunt digna veneratione compleri, quia peccatis hoc prome-
rentibus suis agnoverunt pariter vindictam Dei. Acquirat animae istius veniam cum
lacrimis, quicunque sit professione fidelis Deo, quod is nostram 33) renovare studuit
ecclesiam conatu mentis summo. Percipiat in terra viventium semper adoptatam com-
munionem

colloquium etc. Ceterum Annalista Saxo, Ditmarum alias describens, praecedentia clarius dicit, sc. Eckihardum velle exaltari super *regnum* — *num* (inquit) *currui tuo quartam deesse non sentis rotam?* Nobilitatem generis et propinquam cognationem cum regia gente videtur per quartam rotam intelligere. Haec saltim praerogativa erat Henrici, de qua Adelboldus: *Haereditarium* (Henricum) *dicimus, quia et ab his, qui genealogias computare noverant, audivimus, a Carolo M. ex parte patris decimam sextam lineam propagationis tenebat. Insuper tertius Otto* (legendum: tertii Ottonis) *post obitum in Regem eligebatur, et ipsi tertium ad invicem consanguinitatis gradum tenebat. Mater autem sua Conradi regis* (Burgundiae) *fuit filia.* Eadem verba habet Ann. Saxo. *Kind.*

29) *collaudatum est.* Melius Cod. Brux. et Ann. Saxo p. 379. *constitutum est.* *Urs.*

30) *quartam non sentis rotam.* Gundlingiana P. XVI. p. 159. scomma hoc in eam partem trahunt, ut Ekkihardus non e regia stirpe progenitus fuerit. *Urs.*

31) *Hillesleuo.* Monasterium sanctimonialium in Hildisleve. Ann. Saxo. Hodie *Hillersleben*, praefectura regia in ducatu Magdeburg. *Urs.*

32) *Pantaleonem.* Cod. Dresd. habuerat *Albanum*, cuius loco antiqua manus Pantaleonem adscripsit. *Wa.*

33) *nostram.* sc. Merseburgensem. *Urs.*

Digitized by Google

munionem piorum cum bonis Domini in defectivis 34), qui ſemper ſtuduit 35) miſereri miſeris. Maxima pars procerum, qui his interfuerunt exequiis, *Herimanno* duci 36) auxilium promittunt ad regnum acquirendum et tuendum, Heinricum mentientes ad hoc non eſſe idoneum propter multas cauſarum qualitates. *Longobardi* autem audito Imperatoris diſceſſu, de futuris nil ſolliciti, neque de dignis poenitentiae fructibus cupidi, *Harduuigum* ſibi in regem elegerunt, deſtruendi potius gnarum artis 37), quam regendi, ut in divino iudicio ipſis poſt claruit huius rei auctoribus. Sed haec poſterius exponenda relinquens ab eo incipiam ſcribere, qui pietate divina et virtute ſua omnes ſe adverſum ſe unquam erigentes humiliavit, et cervice flexa ſibi honorem impendere coëgit. Et hic quintus in ordine, ſecundus in nomine, notet quinti titulum libri. Et quia omne, quod in huius planicie operis adſcribendum eſt, ordinatim ponere nequeo, in conſequentibus ſenſim recolligere, equidem non erubesco. Itinerantis enim varia viciſſitudine fruor, qui rectae ſemitae ductum nunc ob asperitatem, interdum autem propter ignorantiam flexuoſa callium varietate mutat. Unde *Miſeconis* An. 986. A. S. *Poleniorum* incliti ducis et in ſuperioribus libris ex magna parte ſignati, reſiduum explico factum. Hic a Boëmia regione nobilem ſibi uxorem ſenioris Bolizlaui duxerat ſororem, quae ſicut ſonuit in nomine, apparuit veraciter in re. *Bobrauua* enim Sclavonice dicebatur, quod Teutonico ſermone 38) *Bona* interpretatur. Namque haec Chriſto fidelis dum coniugem ſuum vario gentilitatis errore implicitum eſſe perſpiceret, ſedula revolvit auguſtae mentis deliberatione, qualiter hunc ſibi ſociaret in fide, et omnimodis placare contendit; non propter triformem mundi huius nocivi appetitum, quin potius propter futurae mercedis laudabilem ac univerſis fidelibus nimis deſiderabilem fructum. Haec ſponte ſua fecit ad tempus male, ut poſtea diu operari valuiſſet bene. Namque in Quadrageſima 39), quae coniunctionem praedictam proxima ſequebatur, cum a ſe abſtinentia carnis et afflictione corporis ſui decimationem Deo acceptam offerre conaretur, dulci promiſſione a viro ſuimet propoſitum frangere rogatur. Illa autem ea ratione conſenſit, ut alia vice ab eodem exaudiri facilius potuiſſet. Quidam

34) *cum bonis Domini in defectivis.* Cod. Brux. *cum bono in deficienti Urs.*

35) *ſtuduit.* Cod. Br. interſerit *clemens. Urs.*

36) *Herimanno duci.* Ann. Saxo p. 378. *Alemanniae, Alſatiae.* cf. Mascov l. c. p. 108. ſ. *Urs.*

37) *gnarum artis.* Sic Dresd. Tenebras affudit ſententiae Ditmari Cod. Brux. legens: *gnarum arcis deſtruendae, quam regendae.* Minime huc quadrat *arcis.* Meliora exhibet Ann. Saxo. *Hartwigum quendam Episcopicidam, potius gnarum artis deſtruendae reipublicae, quam regendae — elegerunt. Urs.*

38) *Bobrawa — Teutonico ſermone.* Sic Cod. Dresd. et Ann. Saxo. Lectio Reineccii *latino ſermone*, quae etiam Leibnitio placuit contra fidem Cod. Antv. qui habet *Teutonice* (v. Ianningium in Actis Sanctor. l. l.) accommodatior videri poſſit, quod interpretatio (Bona) Latina, non Germanica ſit. Cod. Antv. etiam in ſequentibus nonnulla aliter habet: *Enimvero* (pro namque) *haec Chriſto fidelis*, et paullo poſt: *qualiter hunc ſibi ſociaret in fide. Wa. — Interpretor* a ſcriptoribus huius aetatis ſaepius paſſive adhibetur, ſed hic etiam imperſonaliter ferri poteſt. *(man überſetzt). Kind.*

39) *Quadrageſima.* In Cod. Dr. per compendium xLa. *Wa.*



Digitized by Google

dam dicunt, eam in una carnem manducasse quadragesima, alii vero tres. Audisti nunc, lector, delictum eius, modo considera fructum eligantem piae voluntatis illius. Laboravit enim pro conversione coniugis sui, ac exaudita est a benignitate conditoris sui, cuius infinita bonitate persecutor suimet studiosus resipuit, dum crebro dilectae uxoris hortatu innatae infidelitatis toxicum evomuit, et in sacro baptismato naevum originalem detersit; et protinus caput suum et seniorem dilectum membra populi hactenus debilia subsequuntur, et nuptiali veste recepta inter caeteros Christi adoptivos numerantur. *Iordan*, primus eorum antistes, multum cum eis sudavit, dum eos ad supernae cultum vineae sedulus 40) verbo et opere invitavit. Tunc congratulantur legitime coniugati, praedictus mas et nobilis foemina, illisque subdita omnis familia gaudet se in Christo nupsisse. Post haec peperit bona mater filium longe sibi degenerem et multarum perniciem genitricum, quem fratris sui nomine *Bolizlaum* appellavit, hunc inquam, qui in eadem primo latentem malitiam aperuit, deindeque in viscera saevit, ut in sequentibus a me manifestum fit. Sed cum mater eiusdem obiret 41), pater eius unam sanctimonialem de monasterio, quod *Calva* 42) dicitur, *Thiedrici* marchionis filiam, absque canonica autoritate duxit. *Oda* fuit nomen eius et magna erat praesumtio illius. Spreverat enim sponsum coelestem, praeponens ei virum militarem 43) quod cunctis ecclesiae rectoribus et maxime antistiti suimet venerabili *Hilliuuardo* displicuit. Sed propter salutem patriae et corroborationem pacis necessariae non

40) *Sedulus.* Reinecc. et, quod miror, ipse Leibnit. corrupte et sine sensu: *Sed vel.* Cod. Dr. habet *sedulus*, nec aliter teste Ianningo Antverpiensis. *Wa.*

41) *obiret.* Qua obeunte ann. dom. incarn. DCCCCLXXVII. *Miseco — filiam Theodorici marchionis — duxit.* Ann. Saxo p. 346. *Urs.*

42) *Calva.* Hoc factum est secundum Annalistam Sax. et ex Lenzii opinione an. 987. Dobnerus rectius an. 983. factum existimat, quem accurate de hac omni re in notis ad Hagecii Chron. Bohem. T. III. p. 297. differentem legisse iuvabit. Explicat locum Ditmari supra Lib. III. p. 345. (Leibn.) ita, ut Dedonem non ducem militarem, sed ducem viae in invadendo episcopatu Cizensi faciat, et quidem ex alio loco Ditmari Lib. VI. p. 388. Porro *Odae* ereptionem, et abductionem ex monasterio Calbensi causam huius expeditionis militaris Bohemorum facit, cui Dedo, affinis Odae, interfuit. Ceterum tuetur Dobnerus vulgarem Ditmari lectionem: *atque canonica auctoritate*, et omnino licentiam a Papa impetrasse Mesiconem arbitratur, sed eam licentiam nec episcopo Halberstadensi, nec Citizensi, vel Archiepiscopo Magdeb. notam fuisse, quare hi episcopi rem vel remorari, vel impedire studuerint, postea vero, cum res ad vim venisset, non amplius contradixerint. Idem Dobnerus p. 299. subiicit: „Hanc itaque ego Citizensis episcopatus et monasterii Calve hoc anno a Bohemo exercitu invasi causam fuisse autumo, qua in re me maxime id confirmat, quod monasterium hoc Calve expeditionis totius motuumque bellicorum quasi scopus finisque fuerit, quo desolato, Ditmari expressio est (Oda scil. abhinc prius deducta) omnis hostilis Bohemorum animus cessavit." — Refutat in sequentibus Spangenbergium in Chronico Mansfeldensi et Weleslavinum, qui persecutionis in Christianos hoc anno Bohemos complices faciunt, a qua improbitate Boleslaum et Bohemos tunc temporis alienos fuisse putat. *Kind.*

43) *virum militarem.* Cod. Brux. *mortalem scilicet*, quod glossam sapit. *Wa.*

Digitized by Google

non venit hoc ad discidium 44), sed reconciliationis continuae remedium salubre.
Namque ab ea Christi servitus omnis augebatur, captivorum multitudo ad patriam re-
360 ducitur, vinctis catena solvitur, reisque carcer aperitur, et, ut spero, ei magnitudo
perpetrati facinoris a Deo remittitur, cum in ea tantae pietatis dilectio cognoscitur.
Legimus autem, quod is frustra dominum placare studeat, qui inceptae propositum
nequitiae omnino prorsus non abiiciat. Haec genuit viro suimet tres filios *Misceconem*,
Suentepulcum et *Bolizlauum* 45), cum magno honore ibi degens usque ad finem viri,
accepta cum quibus fuit, et proficua, de quibus venit. Sed anno dominicae incarna-
tionis DCCCCXCII. regni autem tertii Ottonis X.mo et VIII. Kal. Iunii 46) praefatus An. 992.
dux iam senex et febricitans ab exilio hoc ad patriam transit 47), relinquens regnum A. S.
suimet plurimis dividendum, quod postea filius eiusdem *Bolizlauus*, noverca et fratri-
bus 48) expulsa, excoecatisque familiaribus suis, *Odilieno* atque *Pribuuoio*, vulpina
calliditate contraxit in unum. Hic ut tantum solus dominaretur, ius ac omne fas post-
posuit. Duxit hic *Rigdagi* marchionis filiam, postmodum dimittens eam, et tunc ab
Ungaria sumsit uxorem, de qua habuit filium, *Besprim* 49) nomine, similiter expellens
eam. Tertia fuit *Emnildis* 50), edita a venerabili seniore *Dobremiro*, quae Christo
fidelis ad omne bonum instabilem coniugis sui mentem declinavit, et immensa elemo-
sinarum largitate et abstinentia utriusque maculas abluere non desistit. Peperit haec
duos filios, *Misceconem* et alium, quem dilecti senioris sui nomine patris 51) vocavit,
filias quoque tres, quarum una est abbatissa, secunda nupsit *Hirimanno* 52) comiti,
tertia filio regis *Uulodemiri*, sicut dicturus sum.

44) *non venit ad discidium.* Dobnerus l. c. p. 398. legit ex emendatione Cod. *divortium* sc. inter Misceconem et Odam sanctimonialem. *Kind.*

45) *et Bolizlaum.* Hic apud Annal. Saxonem supplendus est. In Cod. Dr. lacuna etiam fuit, quam alia, recentior tamen manus nomine Bolizlavi explevit. *Wa.*

46) *Xmo et VIII. Kal. Iunii.* Sic Dresd. Reineccius et eum secuti: DCCCCXCII. *regni autem tertii Ottonis octavo*, unde, nulla tamen Ditmari culpa, temporum ratio confusa est. *Vrs.*

47) *ab exsilio ad patriam transit.* Legendum cum Ann. Saxone: *ab hoc* exsilio ad patriam *coelestem* transivit. *Kind.* — Leibnitius iamiam *coelestem* addiderat e Cod. suo. *Wa.*

48) *et fratribus.* Cod. Brux. et Ann. Saxo addunt *tribus.* *Vrs.*

49) *Besprim.* Ann. Saxo p. 353. scribit *Besfrim.* In prioribus editionibus nomen hoc legitur *Besprerl.* *Vrs.*

50) *Emnildis.* Ita Cod. noster nomen habet, assentientibus historiar. Bohemicarum scriptoribus, qui eam vocant *Hemmam*, *Hemildim*, cf. Balbinum, sepositis tamen, quae de progenie eius et aliis allucinatur, in Misc. hist. regni Bohem. Dec. I. Lib. IV. P. 2. p. 11. Omnes, quotquot editiones exstant, nomen ei paene in solitum *Connildis* imponunt. *Vrs.* — *Erminildis* est Annalistae Saxoni. *Kind.*

51) *patris.* In editionibus desideratur. Ann. Saxo. *pater.* *Vrs.*

52) *secunda nupsit Hirimanno Comiti.* Huius nomen erat *Regilindis.* In Necrolog. Naumburg. dicitur *Relingindis.* Fabricius falso eam nominat *Hemmildam.* Eius nomen occurrit in Eccardi hist. principum Saxon. superior. col. 166. ad an. 1249. cf. Vrsini not. ad Ditmari vers. Germ. p. 348. Fabricius etiam falso eandem dicit filiam Boleslai Ducis Bohemiae. *Kind.*

Digitized by Google

An. 999. A. S. Imperatoris autem praedicti gratia et hortatu, gener Heinrici ducis Bauuariorum, *Uuaic* 53), in regno suimet episcopatus cathedras faciens, coronam et benedictionem
An. 1000. A. S. accepit. Nec sileo quoddam miraculum temporibus praefati Caesaris Romae coelitus exortum. Nam cum ducis Herimanni milites monachorum sancti Pauli prata vi sua comprehenderent, suppliciter ab his saepe rogati, discedere noluerunt, et continuo nubes variae ascendunt, fulmina micant, terrorem dominicum monstrantes; tonitrus terribilis protinus subsequitur, ac ex eorum numero optimos quatuor occidens, caeterosque fugans, pauperes Christi in hoc mundo non esse contemptibiles 54) ostendit. Protector enim est talium misericors Deus, et hos honorantes ac in necessitate sua exaudientes, digna retributione provehit, eorumque persecutores aut hic, quod levius habetur, aut in futuro, quod est gravius, punit. Caesaris eiusdem soror, *Mahtild* no-
An. 991. A. S. rectius: 997. mine, Herimanni comitis palatini filio, *Ezoni* 55), nupsit, et hoc multis displicuit, sed quia id non valuit emendare legaliter, sustulit hoc unicus frater illius patienter, dans ei quam plurima, ne vilesceret innata sibi a parentibus summis gloria. In tem-
An. 999. A. S. poribus suis *Conradus*, Suevorum ductor egregius, ac eiusdem frater *Heribertus* comes, nec non *Hodo* inclitus marchio, proh dolor! morte momentanea depressi sunt. *Sigifridus*, autem praedicti marchionis filius, in nova urbe 56), ubi pater suus requiescit, inter monachos diu in eodem habitu conversatus, cucullam proiecit, laicalem suscipiens vestem. Qui ab *Ekkihardo* abbate suo et *Gisilero* archipraesule vocatus ad synodum, Parthenopolin venit, et quamvis invitus, pristino habitu indutus, iudiciali sententia, duodecimus ipse, sacramentis exsolvit 57), exemplo unius, qui Romae simili senten-

53) *Waic*, Rex Pannoniae, addit. Ann. Saxo. p. 371. cf. Mascov l. l. p. 106. f. *Vrs.*

54) *contemptibiles.* Codex Br. et Ann. Saxo p. 373. *contemnendos.* *Vrs.*

55) *Ezoni.* De Ezone, Comite Palatino, exquisite et accurate egit *Io. Geo. ab Ekhard* in tract. German. scripto *de antiquo Salzburgo Franconiae* p. 57—61. Obiit d. 21. Maii 1034. Filia eius Richza, Miseconi, Poloniae duci connubio iuncta erat. In Lexico Sanctor. p. 594. Ezonem hunc eiusque uxorem Mathildem in coetum Sanctorum relatos reperimus. Monachus Brunwillerensis in narratione de venerabili Comite Palatino Rheni Erinfrido s. Ezone et Mathilde, eorumque filia Richsa, regina Poloniae p. 315. ap. Leibnitium T. I. illustrat, quae Dithmarus de hoc matrimonio tectius narrat. „Imperator, scil. Otto III. quodam die Ezonem com„pellat, quatenus secum ad tabulam alarum (Schach) sedeat — ea vero altrinsecus proposita „est conditio, ut, cui per tres continuas vices victoria proveniret, alterius rebus potiretur op„timis, etiam quibus vellet. Ezo ter victor exstat, et — sororem Imperatoris sibi ab ipso dari „in coniugem postulat. Cernens ille ludum ad seria processisse, simulque non esse regii hono„ris, si mendax fuerit suae sponsionis — propositae conditionis fidem manus in manum con„firmat impositione. Palatinus Comes Asnide (Essen) properat, venerabilemque puellam edicto „Regis suam fore sponsam enuntiat. Mathildis sponsalium more annulo subarrhatur, et in „Brunwilre praedio Comitis Palatini nuptiae parantur." Otto igitur sororem lusu latrunculorum perdidit. *Vrs.*

56) *in nova urbe.* Ann. Saxo p. 371. *in nova Corbeia.* *Vrs.* — Semlerus itidem adscripsit Corbeiam, sed intelligenda est urbs et monasterium Nienburg in principatu Anhaltino. *Kind.*

57) *sacramentis exsolvit.* Addendum est *se.* In his et praecedentibus maxima est obscuritas, ex qua parum lucis emicat. Maxima difficultas oritur ex verbis: *duodecimus ipse*, quid enim hoc

Digitized by Google

sententia se in conspectu praefati Imperatoris purgavit. Patres eorum spirituales plenum super se testimonium habuere, sed iudicibus, ut vereor, corruptis absque omni suimet culpa eosdem perdidere.

Memorare etiam mihi libet *Franconis* episcopi Uuormacensis brevem vitam, qui iuvenis ac omni probitate cluens 58) Caesari Augusto placuit, et cum eundem suae coniunctum familiaritati in divinis pollere sedulo vidisset, mortuo praedictae civitatis antistite, *Hillibaldo*, eidem succedere fecit. Qui unum duntaxat annum sedens in Italia obiit, ibidem sepultus. Vellem libentissime, si unquam fieri potuisset, ut optimorum quorumlibet memoria per inutilium opera meimet manuum praesentibus ac posteris quadam novitate accepta floruisset; ut hi omnes, etsi hoc non delectati, pro pietate tamen sua apud Deum omnipotentem recordentur mei. Agnosco enim memetipsum, et minus quam debeo, ac in baculi fragilitate harundinei nil prorsus confidens, iustis suffragatoribus me peccatorem supplex committo. Voluit quoque Imperator capellanos suimet *Herponem* de Haluerstidi, ac *Raconem* de Bremun episcopali gradu sublimare, et his in lecto ob infirmitatem validam iacentibus, pastoralem baculum dedit; sed uterque sine sacerdotali unctione discessit. Quid vero de hoc dicere possim 59) ignoro, cum nunquam de talibus aliquid legi, vel etiam audivi. Cognitor omnium Deus haec solus ordinavit et scire potest. Hi duo quamvis pii 60), tamen inter episcopos non debent ascribi, quia in benedictione his consortes non valuerunt effici. *Raco* autem iussu dilecti senioris sui ossa supradicti papae Benedicti, sicut ipse praelocutus est, de Hammaburg Romam reduxit. 61) Namque pater venerabilis, dominus inquam apostolicus, dum in exilio esset, in Christi servitio studiosus, cumque adhuc aquilonaris haec pars optata pace gauderet; *hic*, inquit, *fragile corpus meum debet*
361 *resolvi, et post haec omnis ista regio gentili gladio desolanda, ferisque inhabitanda relinquitur, et ante translationem meam non videbit indigena pacem firmam, quandoque vero domi resideo, apostolica intercessione paganos quiescere spero.* In tempore praefati Caesaris multi obiere pii, quorum vitam ignoro, ac propterea de his sileo, de quorum numero quaedam comitissa, nomine *Christina* 62), praedii suimet,

An. 997. A. S.

An. 997. A. S.

An. 999. A. S.

hoc sibi velit, ego quidem non exputo, et de sinceritate ipsius textus dubito. Nexus forte hunc desiderat sensum: Vocatus ad synodum — venit — quamvis invitus. Iudices eius hanc pronuntiabant sententiam, ut pristino habitu se indueret. Ipse erat duodecimus, de quo huiusmodi sententiam ferebant, sed sacramentis se exsolvit, et exemplo unius, cet. Ann. Saxo eadem refert, Ditmari tamen verbis non mutatis. *Vrs.*

58) *cluens.* Ita, iubente Cod. Dr. reposui pro *elucens. Wa.*

59) *dicere possim.* Ita Cod. Dresd. Reineccius autem et sequentes legere malunt: *de hoc dici possit. Vrs.*

60) *quamvis pii.* Cod. Brux. uti et Ann. Saxo p. 365. addunt: *et iusti. Vrs.*

61) *Romam reduxit.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *revexit. Vrs.*

62) *Christina.* Ab Ann. Saxone p. 371. et in aliis editionibus appellatur *Christiana. Vrs.*

Digitized by Google

met, quod in civitate *Stuvi* 63) habuit, magnam partem ſancto tradidit Mauricio in Magadaburg. Haec vitae huius celerem curſum cum in Chriſto vivens pertransiret, VIII. Idus Marcii ad diu optati thalamum ſponſi gaudens venit; quod Giſilero archipraeſuli Parthenopolitano in Quidilingeburg tunc moranti ſic manifeſtatum eſt: apparuit ei quidam vir, dicens ei: *ſcisne, quod omnis militia coeleſtis exercitus ſe praeparat ad adventum Chriſto fidelis animae, ac ad condignam ſusceptionem talis ſponſae? iam enim venit ad remunerationem atque ad aeternae manſionis beatam ſpem.* Qui cum evigilaret, *Waltherdo* tunc praepoſito primitus innotuit, et cum is venerabilem matronam ex hac luce eadem nocte, qua haec viſa ſunt, migraſſe mox audiret, ſeniori refert, et viſionem ſuam dixit eſſe completam. Haec bona quaeque conſcientiae tegens ſecreto ſuae, fuit caeteris matronis, quae apud modernos ſunt, longe diſſimilis, quarum magna pars membratim iniuſte circumcincta, quod venale habet in ſe, cunctis amatoribus oſtendit aperte. 64) Cumque ſit in his abominatio Dei et dedecus ſeculi, absque omni pudore coram procedit ſpeculum totius populi. 65) Turpe eſt ac nimis miſerabile, quod peccator unusquisque non vult delitescere, ſed ad irriſionem bonis et ad exemplum malis praeſumit procedere.

An. 999. A. S. In diebus illis nupſit *Mahtild* ſanctimonialis, filia *Thiederici* marchionis cuidam Sclauo, nomine *Prebizlauo*, quae poſt a Brandeburgenſis iniuſto proviſore civitatis *Bolilinto* capta, in tantum conſtricta eſt 66), ut neque dominicam nativitatem, nec aliam ſolennitatem, vel ieiunio congruenti praevenire, vel feſtivis celebrare gaudiis potuiſſet. Ubi quendam puerum genuit, quem lugubriter educavit, poſteaque tantae ſolutione miſeriae et abbatiam in Magadaburg 67) indigna percepit. Cuius vir antea a confratribus geminis *Vgione* ac *Vſſicone* V. Kal. Ianuarii 68) occubuit. Huius frater, *Luidulſus* nomine, depoſito clericatu arma ſumens ultricia, multum nocuit noſtris; captus autem a Caeſare iterum reſtitutus eſt gradui priſtino. In temporibus prae-

63) *Stuvi.* Ita Cod. Dr. et Ann. Saxo. Impreſſa exemplaria habent *Sturul.* Ad verbum cum Cod. Dr. convenit Chron. Magdeb. apud Meibomium T. II. p. 324. *Chriſtiana quaedam matrona S. Mauritio dedit praedium in civitate, quae Stuvi dicitur.* In Roggeri Archiepiscopi Magdeb. confirmatione huius donationis ap. Dreyhaupt locus hic dicitur *Stuvene.* Noſtra aetate vocatur *Stoyben, Stoeben*, et eſt villa Thuringica non procul a Camburgo ad Salam. *Vrs.*

64) *oſtendit aperte.* Leibnitius ex Codice ſuo ita legit: *inhoneſte circumcincta, turpitudinemque ſuam, quaſi eam venalem habeat, cunctis* cet. *Vrs.*

65) *ſpeculum totius populi.* Et hoc aliter Leibnitius: *et unde verecundari deberet, irreverenter in ſpectaculum totius populi ponit. Vrs.*

66) *conſtricta eſt.* Sic Dresd. et Ann. Saxo, non, ut Brux. minus apte *conſtructa. Vrs.*

67) *Abbatia in Magdeburg.* Probabiliter intelligenda eſt Abbatia S. Laurentii in nova urbe Magdeburg, cui antea *Brigida*, libro primo memorata, praefuerat. *Kind.*

68) *V. Kal. Ianuarii.* In Necrologio eſt: *III. Kal. Ianuarii Prebeszlaus frater noſter.* Cum gener eſſet *Dieterici*, Marchionis ſeptentrionalis, Billingorum affinis cenſendus eſt. *Wed.*

Digitized by Google

praedicti Caesaris fuit in urbe Parthenopolitana quidam decanus, *Hepo* 69) nomine, hilaris homo et valde utilis in monasterio, et maxime in choro, qui cum iam senex et in cunctis actibus suis maturus esset, paralysi subito percussus obmutuit. Sed summi auxilio medici psalmos optime potuit cum confratribus canere, ad caetera vero parum valuit aspirare et in hac mirabili re laudanda virtus Christi cognoscitur, quae servienti sibi fideliter vires suggerere in multis approbatur. Sed cum venerabilis pater in relicto habitu monachico se nimis peccasse, facta confessione tunc ingemuisset, idque hortatu fratrum in receptione eiusdem emendare voluisset, non longe post Nonis Ianuarii obiit, sepultus ad sanctum Iohannem cum caeteris confratribus, cum quibus vivere deberet, si sic humana fragilitate fieri posset. Praedictae autem custos ecclesiae *Ekkihardus*, cognomine *Rufus*, arte Grammaticus et tunc magister scholae, cum in una dierum altare magnum et aureum, gemmisque optimoque ornatum electro 70), si aliquid in eo deesset, considerare voluisset, ex improviso ab eodem deprimitur, et ex hac collisione tardatus pecuniam suimet diu congregatam, larga manu distribuendam *Waltherdo* commisit praeposito 71), et post paucos dies II. Non. Septembr. spiritum fidelem exhalavit. Quem non in aliqua re accuso; sed hoc veraciter scio, quod si quis sanctum offendit Mauricium, damni subsequentis non ignoret periculum. Huius thesaurum quidam iuvenis instinctu diabolico cum nocte tenebrosa furari voluisset, in primoque aditu trepidare incipiens desistere iam studuisset, ut ipse post retulit, vocem quandam ad haec audacter agenda exhortantem audivit. Sed ille miser sumta ibidem corona 72) celeriter in ipsa est captus [ecclesia], fractisque cruribus rotae superpositus. 73) Nec lateat te lectorem cuiusdam fratris 74) mei constantia *Husuuardi*, ad quem iuxta me tunc dormientem, cum diabolus insidiator noster callidus in nocte crebro accederet, ac prope eum iacendi locum frustra peteret, ad ultimum, ut sibi pro accipienda mercede voluisset servire, suppliciter rogavit. At ille pius, votique non immemor dominici, ut promissum sibi praemium inprimis ostenderet, posteaque responsum suimet perciperet, postulavit. Tunc is, *consimili*, inquit, *bravio* 75) *quo meum in occidente nuper ditavi ministrum, te mihi consensurum remunerabo.* Auditis

An. 1000. A. S.

An. 1000. A. S.

69) *Hepo.* Ap. Ann. Sax. p. 373. *Eppo. Vrs.* — In Necrol. *Nonis Ianuarii obiit Heribertus presbr. et mon. Wed.*

70) *electro.* Electrum est septem metallorum in unum coniunctio, nomen sumens cum electro proprie sic dicto *(Bernstein)* a coloris similitudine, vel quod solis splendorem referat. cf. Adelung Glossar. T. III. p. 276. *Vrs.*

71) *praeposito.* Ita Cod. Dresd. et ipse Reineccius. Maderiana et Leibnitiana ignorant. Qui Leibnitianae in exemplari bibl. Dresd. varias lectt. adlevit, absone scripsit: *praefecto. Vrs.*

72) *corona.* i. e. candelabro coronali, *Kronleuchter. Vrs.* — Vocabulum *ecclesia* uncis inclusum Vrsini ingenio debetur. *Wa.*

73) *rotae superpositus.* Nota antiquitatem huius suppliciorum generis in Saxonia usitati. *Vrs.*

74) *cuiusdam fratris.* i. e. ex parte spirituali, ut dicere solebant. *Vrs.*

75) *bravio.* Rectius *brabeo. Vrs.*

Digitized by Google

ditis talibus alloquiis presbiter hic venerandus, ut ſaepe antea conſueverat, ſigno ſanctae crucis et increpationibus asperis hunc effugavit; cumque in occiduis partibus quendam clericum ob criminis ſui magnitudinem laqueo ſuspenſum eſſe comperiret, nobis omnibus et antecedens ac conſequens intimavit, et, mirum eſt, cum omni dominica die ad dormitorium illud Chriſti crux vera portaretur, ille malignus talia facere 36a
An. 1000. A. S. eſt auſus. In illo itaque anno praedictus frater victor, ut ſpero, effectus, ac de commiſſis poenitentia ductus, VII. Kal. Marcii ſeculare periculum evaſit, quem agonizantem mater ſua, *Bertha* nomine, iam decrepita conſolatur, geminum patienter ferens dolorem. Namque tunc erat annua dies filii ſuimet *Bennonis*, optimi militis, cui prius oculos abſtulit marchio Ekkihardus. Nec taceam *Merquardi* viſionem confratris noſtri. Hic, ut ipſe mihi gemens 76) retulit, ductus eſt in cimiterium commune, ubi ſepulchrum nimis incenſum vidit, et a ductore ſuo ſic alloquutus eſt: *in hanc ardentem tu debes cito proiici foveam, et Rodulfus te ſequi deberet, ni modo in limine* 77) *Ludgeri converſus ſtaret.* Ambo enim hi fuerant monachi in monaſterio confeſſoris praedicti, qui locum hunc, *Helmanſtidi* vocatum, pro pietate ſua conſtru-
An. 781. A. S. xit tempore Karoli imperatoris Magni; frater *Hildigrimi* 78) *Cathelauenſis* episcopi ſanctaeque Halverſtedenſis eccleſiae rectoris primi, quam tenuit XL et VII. annos dis-
An. 827. A. S. cedens ab hoc ſeculo regnante tunc Luduuico Imperatore pio, dominicae incarnationis
An. 781. A. S. DCCCXXVII. anno. *Luidigerus* autem primus *Mirmingerdevordenſis* 79) eccleſiae paſtor a Carolo Caeſare effectus eſt, et optime ordinata ſuimet parochia et loco *Uuirdu-*
An. 808. A. S. *nam* 80) ex propriis conſtructo impenſis, anno dominicae 81) DCCCVIII. praemium coeleſte recepit. Poſt quem praedictus imperator [Karolus ſanctus] nil niſi quinos vixerat annos, emittens ſpiritum [in Octava Agnetis] 82) V. Kalend. Februarii, LXX pri-
An. 814. A. S. mo aetatis ſuae anno, regni autem XLVII. imperii vero XIIII. [Translatio ſancti Karoli eſt

76) *mihi gemens.* Sic Cod. Dr. non, uti ipſe Vrſinus exſcripſerat, *ingemens. Wa.*

77) *ni modo in limine.* Ex hoc corrigendus Ann. Saxo p. 374. qui habet: *ni meo in limine. Vrs.*

78) *Hildigrimi Cathelauenſis episcopi.* Catalaunum hodie *Chalons ſur Marne.* De Hildigrino, primo episcopo Halberſtadenſi egit Leukfeld in Antt. Halberſt. p. 29—44. qui etiam annos 47. hic a Ditmaro numeratos eam ob cauſam in dubium vocavit, quia in diplomate an. 809. evulgato Hildegrinus adhuc episcopus Catalaunenſis vocatur; hinc probabile fit, oscitantia librarii factum fuiſſe, ut numero denario adpingeret quinquagenarium, et hac ratione facile ex vero numero X. et VII. ille, qui in Codicibus exſtat, effici potuit; vel oculos fugitivos in numerum annorum imperii Caroli M. mox in textu ſequentem et genuinum XLVII. coniecerit, eumque anticipando annis episcopi errans ſubſtituit. *Vrs.*

79) *Mirmingerdevordenſis.* i. e. Monaſterienſis. *Vrs.*

80) *Uuirdunam.* Ann. Saxo p. 374. Wirdinam nunc *Werden,* de qua in prioribus iam diximus. *Vrs.*

81) *dominicae.* deeſt *incarnationis,* quae abeſſe non poteſt. *Vrs.*

82) *in octava Agnetis.* Omnes editiones praetermiſerunt. *Vrs.* — In Cod. tamen Dresd. non niſi inter lineas leguntur, uti antecedentia verba: *Karolus ſanctus. Wa.*

Digitized by Google

est VI. Kal. Augusti]. 83) Praedictus autem presbiter in hoc anno, quo haec vidit, habitum resumere pristinum et obedientiam vovit 84), et non longe post XVIII. Kalend. Maii obiit. Haec quae de confratribus meis dixi non arguendo, sed potius ut cauti simus et bonos imitaturi obsecrando locutus sum. Regnante tertio Ottone *Albi*, filius *Guncelini*, a satellite suo in quadam silva ob inutilem causam occisus est. Cuius An. 990.
comitatum cum beneficio iuxta Mildam iacente Gisilerus archipraesul accepit. Huius A. S.
camerarius et confrater meus *Gunterus* mortuo *Dedone Asanbrunensis* 85) ecclesiae episcopo, carus Imperatori et saepe fideliter serviens, Italiam venit. Cumque ibidem clementer susciperetur, et in omnibus exaudiretur, in sequenti nocte vidit Christi martyres Crispinum et Crispinianum ad se venientes, et si suum vellet accipere episcopatum interrogantes. Quibus cum responderet, si Deus vult et vobis placet, perfixus est ab his duabus hastis; et mox evigilans nullatenus per semetipsum potuit exsurgere. Crastino autem Caesar, ut eius infirmitatem comperit fidele promissum complevit. Post haec idem convalescens domum rediit, acceptaque consecratione, cum magno dolore vixit pene IIII. annos, VIII. Kalendis Decembris haec mutans temporalia in aeternaliter manentia. An. 1000.
Nescio si quid Deo vel sanctis martyribus suis in eo displicebat. A. S.
Hoc vidi et de caeteris audivi, quod vir iustus et bene timoratus fuit, mitis et castus, et sicut hi, cum quibus modo requiescit, asserunt, plurimum nunc valere apud Deum, ut signis probatur in multis. Ego hoc veraciter scio, quod reum non bis vindicat 86) Deus in id ipsum. Praedictorum vero reverentiam martyrum in libris antiquioribus satis lucentem 87), lector, ut a me cognoscas, unam rem profero, quam frater meus *Brun* in Nova educatus Corbeia et eiusdem altaris servus de priorum relatu suorum mihi indicavit. Tempore praedicti abbatis Luidulfi in omnibus admodum memorandi, An. 989.
erat quidam iuvenis confrater suus et regularis monachus, qui cum in sibi commisso A. S.
tunc moratus officio supra nominatorum reliquias martyrum solito more secum veheret, incuriosque tractaret, persensit in poena celeriter subsequenti, quod peccavit in martyres Christi. Namque moritur 88) carnaliter, qui sanctis Dei neglexit servire spiritualiter, et 89) ut hoc praedicto abbati innotescerent, ante ianuas ecclesiae exeunti illi nocte obviaverunt. Quos ut primum 90) aspexit, timore magno perculsus 91) substitit, silen-

83) *Translatio — Augusti.* Haec itidem Cod. Dr. margini alia, antiqua tamen manus adlevit. *Wa.*

84) *resumere — vovit.* Omnes ante me, Ursinus adeo, exscripserant: *resumsit — novam.* Aperte Cod. Dr. uti nunc dedi, idque unice verum. *Wa.*

85) *Asanbrunensis.* i. e. Osnabrugensis Dedo episcopus obiit an. 996. v. Chron. Osnabrug. ap. Meibom. T. II. p. 204. ss. *Urs.*

86) *vindicat.* Ann. Saxo et Cod. Brux. *iudicat.* *Urs.*

87) *lucentem.* Editiones vitiose *iacentem.* *Urs.*

88) *Namque moritur.* Cod. Antv. interserit *subito*, quod abest recte a Dresdensi. *Wa.*

89) *spiritualiter, et.* Ann. Saxo p. 350. et Brux. supplent: *ipsi martyres sancti.* *Urs.*

90) *ut primum.* Iidem addunt: *vir clarus.*

91) *perculsus substitit.* Ann. Saxo et Brux. addunt in medio: *modeste.* *Urs.*

Digitized by Google

silentiumque servavit. Cui protinus talia dicunt: *Cur non interrogas, pater* 92), *qui sumus, vel ob quam rem huc venissemus?* Qui cum retulisset eis, quod non auderet, audivit mox ab illis nomen eorum, et causam 93), et quod hoc inultum non relinqueretur. Discedentibus autem his abbas confratribus suis haec indicavit, dicens: mortuus est ille iuvenis, qui in nostra nunc erat obedientia, de non custodita sanctorum, quos secum habuit, reverentia, heu mihi talia unquam consentienti! Et non longe post venit nuncius, qui haec vera esse affirmaret. Venerabilis autem vir nec huic obviam exire voluit, nec fratres more solito illud suscipere sinit, sed iratus ad truncum 94) talia fatur: *Quare, tu proterve, eos, qui cum unigenito Dei vivi filio cum honore habentur magno, negligenter tecum ducere, vel post tale facinus huc ausus es absque supplici interventu ullatenus venire?* 95) Decanus autem defunctum fratrem pro possibilitate sua excusans, tale a patre suo responsum accepit: *Mi frater amate!* 96) *scis, quae servus ad oculum in tuo conspectu is egerit, quod vero absentialiter fecerit, ignoras; ego autem optime perpendo* 97), *qui hunc in tormentis* 363
gravibus nunc intelligo. 98) *Et modo nostrorum intercessionem patronorum supplex peto, ut per hos divina pietas mihi* 99) *innotescat, quando ei a se laxato mihi liceat peccatori absolutionem facere et communionem dare. Asperum nimis est eculeo* 100) *recalcitare, et hominibus indecens irata maiestate indulgentiam exhibere.* Post hanc vocem pius abbas ad oratorium, speciale suimet in rebus anxiis asylum, nudis pedibus venit, et more solito in se et aliis humanam fragilitatem deflens placavit Deum, et solvit reum 1), et protinus cum multis gratiarum actionibus exsurgens, divina potestate coram fratribus cunctis defuncto crimen remisit et corpori ecclesiae communionem ac sepulturae dedit. 2) Nunc, lector, audisti de contemptu sanctorum gravem poenam; modo accipies de amore continuo salubrem medicinam.
An. 891. A. S. Fuit olim sub tempore *Godescalki* abbatis 3) quidam monachus nomine *Alaricus* 4), cui

92) *pater.* Iidem habent: *venerande pater.*

93) *et causam.* Ann. Saxo adiicit: *adventus ob negligentiam fratris illius. Vrs.*

94) *ad truncum.* Ann. Saxo et Brux. addunt *corporis. Vrs.*

95) *vel post tale facinus — ullatenus venire.* Sic perspicue legitur in Cod. Dr. cum quo per omnia Brux. et Ann. Saxo consonant. Reinecciana editio ordinem verborum mire traiecerat et cum eo Maderus et Leibnitius in contexto. *Vrs.*

96) *amate.* Reinecc. posuerat: *amo te,* quem secuti reliqui. Ann. Saxo respondet Dresdensi. *Vrs.*

97) *optime perpendo.* Ann. Saxo et Brux. addunt: *et intime ingemisco, quia* etc. *Vrs.*

98) *nunc intelligo.* Iidem in medio inserunt *cruciari. Vrs.*

99) *mihi.* Loco eius Ann. Saxo et Brux. habent: meae humilitati. *Vrs.*

100) *eculeo.* Sic Dresd. non uti Vrs. exscripsit: *aculeo. Wa.*

1) *et solvit reum.* Haec desunt in prioribus editionibus. *Vrs.*

2) *sepulturae dedit.* Sic Cod. Dresd. non ut editt. priores *corporis — sepultura. Vrs.*

3) *Godescalki abbatis.* scil. Corbeiensis Ann. Saxo p. 229.

4) *Alaricus.* Ann. Saxo ib. Alfricus. *Vrs.*

Digitized by Google

cui in capite ſuo multum nocuit *migranea* 5), quae duplex eſt, aut ex gutta 6), aut ex vermibus. 7) Sed cum eundem iam pene deficientem confratres cuſtodirent, ut ſingulariter egredientes hunc duntaxat ſolum 8) relinquerent. Tunc e cloaca egreſſi ſunt daemones 9), libros ſpeciales in manibus habentes, eorum lectione gravi infirmum de ſuis actionibus inſcriptis in vanum terrentes. 10) Namque inclitus Chriſti Martyr Vitus 11) ilico ingreſſus, eisdem fugam manu indixit, et iuxta eum ſtans conſolatur eum, et quis eſſet protinus ei intimavit, ac data benedictione ſurgere eum iuſſit, et haec mandata praedicto abbati celeriter deferre: *vide ſis, ut tot admonitiones noſtras ſic incuriofe non accipias, ne in poſterum vacua lamentatione gemas. Pro vero enim aſſero tibi, ſi amplius inobediens mihi eris, a Deo contemneris, et te adhuc ſuperſtite alium in tua ſede dominum videbis.* Haec, ut puer 12) ſanctus per monachum aegrotantem praenotavit 13), abbas negligens poſtea perſenſit. Inde bonorum crebros hortatus hominum ſervare 14), conſilium nimis eſt ſalubre; quanto magis horum, qui merito ſuimet inter filios Dei feliciter computati voluntatem eius ſciunt in eventu futurorum. Quicunque temerarius ſapienti non innititur conſilio, videbit, quis ſit in ſemetipſo. De talibus 15) plurima habemus exempla, quae imitatores ſuos ad elaboratum perducunt bravium, cum veniunt ultima.

5) *migranea.* In Cod. Brux. res ita exprimitur: *qui acriter migraneam* (Migraine) *in capite patiebatur.* Similiter Ann. Saxo. *Vrs.*

6) *ex gutta*, nunc pro paralyſi, nunc pro catarrho ſumitur. v. Acta Sanctor. Maii T. I. p. 293. *Vrs.*

7) *ex vermibus.* Leibnitius ex Brux. ſequentia, quae in Dresd. non inveniuntur, adiungit: *cui pro remedio oſtenſum eſt a quibusdam, ut ſecari in capite debuiſſet, quod et factum eſt, ſed de die in diem dolor augebatur in tantum, ut iam deſperaret.* Saxo brevius: *iuſſus eſt pro remedio in capite ſecari. Vrs.*

8) *ſolum.* Inſerit Brux. *iacentem.*

9) *daemones.* Ann. Saxo: *vidit ex cloaca daemones teterrimos VII. procedere. Vrs.*

10) *in vanum terrentes.* Longe aliter phantasma hoc deſcripſit Cod. Brux. ita: *Sex eorum ſinguli portabant in manibus libros ſex, id eſt, omnes* XXXVI. *Septimus vero immenſae magnitudinis volumen geſtabat, et ſedens lectione eius gravi, infirmum de ſuis actionibus quae ab infantia vel cogitando, vel loquendo, vel operando uſque in eam horam unquam geſſerat, in vanum terrentes.* Accurate cum his concordat Ann. Saxo. Et ex hac uberiori deſcriptione, ut ex prioribus lectionibus variantibus colligere licet, Codicem Bruxell. dubio procul in monaſterio Corbeienſi eſſe exaratum. *Vrs.*

11) *Vitus.* Sic expreſſum nomen in Dresd. legitur, uti et in Ann. Saxone. Inſulſe editiones: *intus. Vrs.*

12) *puer.* Cod. Dr. primitus habuit *vir*, correctum tamen ab emendatrice manu. *Wa.*

13) *praenotavit.* Sic Dresd. Iterum depravate editiones: *haec per monachum aegrotantem probata. Vrs.*

14) *ſervare.* Septima vice p. 77. et 78. legitur Wernheri episcopi nomen. *Vrs.*

15) *De talibus.* Addit Cod. Brux. *comprobandis. Vrs.*

Digitized by Google

Auguſto ſaepe memorato *Giſilerus* archipraeſul multum carus fuit, quod Ekkihardum marchionem primo latenter momordit, poſteaque paululum emerſit, cum hunc in omnibus ſibi priorem eſſe non ſine gravi dolore perſenſit. Interim praedicti comitis ſubditi quoddam furtum in oppido *Goreſin* 16) dicto fecere, quod noſtri protinus inultum non reliquere. Namque eos coram ſuis comprovincialibus accuſatos laqueo ſuspenderunt, quia hoc praefato ſeniori, ut iuſtum erat, innoteſcere non noverunt. Ob hoc furor comitis nondum extinctus accenditur, et miles eiusdem haec ad vindicanda armari iubetur. *Rambaldus* ab eo unice dilectus, collecta multitudine grandi praedictam circumdedit villam, viroſque omnes cum bonis, quae poſſederant, capiens, ſecum abduxit ad urbem ſuam. Nec ullum ex his ſolverat, niſi quem pretium grave poſtea redemerat. 17) Qualiter autem tale facinus reconciliaretur, noſtros id mihi conquerentes, cum interrogarem, nullam ſubſequi emendationem ab his audivi, et graviter ingemui. Si in hac provincia aliquid valeret lex divina, non ſic inſaniret ſecularis potentia. Dico enim praeſentibus atque futuris, quod non poteſt haec cauſa ſeneſcere, vel ſine ſacerdotali diſtrictione ſiniri legitime. Unusquisque poteſt, in quantum velit, tacere, ſed ſucceſſori ſuo indiscuſſam rationem nequaquam valet abalienare, et in quocunque loco aliquid tale oritur, ibi canonica auctoritate ſinitur, ſi conſentiret 18) voluntas coepiſcoporum, ſicut legitur in actibus apoſtolorum. Non ſic corroboraretur pertinax praeſumtio iniquorum, cum aliquis ex numero illorum recte impugnatur ab alio, quolibet cumque id ſieri poteſt modo, defenditur, et non eſt hoc excuſatio 19), ſed et ad multum deteriora quaedam iniuſta, ſibique in poſterum nocens confortatio. Ergo redeant ad unanimitatem, qui ſideliter credant in unitatem,
ut eo fortius confundant venenatam perverſorum conſpirationem. Et haec dicta 364
ſufficiant.

Nunc autem de quodam confratre meo 20), nomine *Conrado*, pauca loquar, ne
An. 997. ſit apud me in aliqua oblivione, qui proximos ſuimet dilexit divina iuſſione. Hic
A. S. archiepiſcopi *Geronis* avunculus fuit, et ad peragendam iugem Chriſti ſervitutem, ut in homine poteſt ſieri, voluntas atque efficacia in eo pariter convenit. Audivi namque ab eodem ſaepiſſime, quod poſtquam aliquid cantando vel legendo publice complevit, iterum ſe id facturum ſtudioſus optavit. Nunquam inobediens praepoſitis ſuimet erat, ſed eos caritate continuo cum caeteris confratribus ſubiugaverat. 21) Sed tam

16) *Goreſin.* Iam villa Thuringiae in praefectura Tautenburgica, *Goerſchen*. *Vrs.* — Rectius ſine dubio *Kinderlingius* exiſtimat, oppidum *Göritz*, hodie vulgo *Görzke* eſſe in ditione Magdeburgenſi.

17) *redemerat.* Totam hanc rixam omiſit Ann. Saxo. *Vrs.*

18) *ſi conſentiret.* Dresd. editiones: *ſicut ſentiret.* prave. *Vrs.*

19) *excuſatio.* In Cod. Brux. mutata dictione ita ſluunt verba: *ab aliquo episcoporum quocunque modo id ſieri poſſet, ab aliis condeſcenditur illi, et hoc non eſt compaſſio.* *Vrs.*

20) *confratre meo,* Ann. Saxo p. 365. addit: *Canonico in Magadeburch.* *Vrs.*

21) *ſubiugaverat.* Melius Ann. Saxo: *ſed eis caritate continua prae ceteris fratribus ſubdi ſtudebat.* *Vrs.*

Digitized by Google

tam venerabilis perſona Caeſari praedicto ubi primo ſit nota, mox ab illo efficitur amata, propinquitatique ſuimet coniuncta. Hunc ne dignitatem optatam et ab Auguſto ſibi propoſitam perciperet, mors immatura impedit, eundemque ab hac luce V. Kalend. Septembr. abſtulit. Hic genitus in Saxonia, pauſat in Italia, quem filium ſpiritualem flet Parthenopolis inclita. Quam egregios proceres in hac urbe vidi, quorum laudabilem vitam pro debito nec ſum imitatus, neque memoriam eorum poſt ſolutionem carnis aſſequutus. Heu me miſerum! qui tot tantisque immerito ſum coniunctus in fraternitate, ſed longe diſſimilis exiſto in condigna converſatione. Ego in peccatis iam pene mortuus, ut ſpero, vivam in lucido conſpectu Dei eorundem meritis refocillatus; quia etſi in hoc ſeculo parum boni operatus ſum, tamen defunctorum ſemper memor ſum. Voluntas mea interdum bona eſt, ſed quia eidem vires aptas ſuggerere non ſtudeo, parum prodeſt. Semper me accuſo, ſed ſicut debui reatum non ſolvo; ſumque ideo in omnibus corrigibilis 22), quia me non converto ad eum, qui eſt ſuper omnia laudabilis. Agnosce, lector, procerem! 23) et videbis in me parvum homuncionem, maxilla deformem leva, et latere eodem, quia hinc olim erupit ſemper turgescens fiſtula. Naſus in pueritia fractus ridiculum me facit, idque totum nil queſtus eſſem, ſi interius aliquid ſplendescerem. Nunc ſum miſer, nimis iracundus, et ad meliora inflexibilis, invidus, ſubſannans alios, ipſe deridendus, nulli pro debito parcens, glutto et ſimulator, avarus et detractor, et ut haec convicia merito illata concludam, peior ſum, quam poſſit dicere vel ullo modo aeſtimari. 24) Unicuique ſit fas non ſolum mutire, quin potius in aperto, quia peccator ſum, dicere, et poſt correptionem fraternam congruit ſuppliciter orare. Multi a populo 25) laudantur, niſi pauca res eis obſtaret, quod inter optimos haberentur, et quia verum eſt, hominibus de perfectione iuſta nimis deeſſe, quid prodeſt de inferioribus his tale quid promulgare? Omnis laus in fine canitur, et mortalis converſatio 26) igne probatur. 27)

Chro-

22) *corrigibilis.* Verbum eccleſiaſticum pro *correctionis indigens;* praeferendum tamen, quod Leibnitius e Brux. attulit, *incorrigibilis.* *Vrs.*

23) *agnoſce procerem.* Sic vera in Cod. Dresd. vox exſtat, ex qua recens calamus *proceritatem* effecit. At Ditmarus, priscorum omnino poetarum amans, deſumſit e Iuvenali Sat. VIII. v. 26. *Agnosco procerem,* et per ironiam ad ſe accommodavit: *Da siehe den groſsen Mann.* *Vrs.* — Recte, nam reſpondet ſequenti *parvo homuncioni.* *Wa.*

24) *aeſtimari.* In Cod. noſtro verba: *avarus, detractor, peior ſum* raſura ſublata, e Bruxell. facile reſtitui poterant. Editiones etiam omiſerant. *Vrs.*

25) *multi a populo.* Sic per compendium ſcribendi Dresd. *a pto.* lineola per l. ducta. Omnes ante noſtram editiones *apoſtolo,* quod et Vrſ. retinuerat. *Wa.*

26) *mortalis converſatio.* Cod. Brux. habet: *mortalis vitae conv.* Reineccius, et qui eius veſtigia premunt, *moralis.* *Vrs.*

27) *igne probatur.* Alia, a deſcriptoris primi manu diverſa, ſed vetuſta, his aliqua in Cod. Dr. adſcripſerat. Nonnulla verba penitus eraſa, reſidua vero ita habent: *virgo ſingularis iniuriam miſſis aliis culpis ſolutis — inves . ' . ſat . . . os.* Quid inde exſculpi queat, penes lectorem ſit. *Vrs.*

Digitized by Google

Chronici Dithmari
Episcopi Mersepurgii
Liber V.

Heinricus scandit, postquam puerilia vicit,
Ardua virtutum, cretus 28) de stemmate regum.
Huic pater Heinricus dux, et genetrix erat eius
Gisla, suis meritis aequans vestigia regis
Conradi, patris, Burgundia regna tenentis.
Nutrit praeclarum Uuolfgangus praesul alumnum,
Qui sequitur Dominum toto conamine Christum.
Postque necem patris ductor successit herilis,
Eius et imperium longe spectat quoque clavum.
Maxima pars regni Sclavo vastata crudeli
Multum laetatur, quod ab huius pace potitur
Sedibus optatis, iustoque rapacibus altis
Prorsus depulsis, ac dira lege sedatis.
Inflatos omnes contra se deprimit hostes,
Demulcens socios iucundo famine cunctos.
Si quo deliquit modicum, statim resipiscit,
Fructibus ac dignis curabat vulnera carnis.
Utilis ecclesiae cunctis miseratur ubique.
Mersburg si scires huius pia vota, sitires
Adventum tanti rectoris, et inclita Christi
Munera laudares, condignaque praemia ferres.

* * *

Largifluus divinae pietatis respectus humanae necessitati, non nostri merito, sed suae miserationis munere gratuito superabundans, fidelium corda suorum ad laudis amorem suae, et ad referendas ei grates accendit, ac me stultum ingenio, praepeditum eloquio, ac in omnibus negligentem et nimis otiosum, bonos in hoc imitari compellit. *Magnus est enim Deus*, ut David testatur, *et laudabilis valde, cuius sapientiae numerus non invenitur ullus, qua omnia ex nihilo creavit, hominemque solum duntaxat conformavit.*

28) *cretus*. Sic Dresd. non *natus*, uti editiones. *Wa.*

Digitized by Google

mavit. Qui tum talia immemor beneficiorum non perpendit, iumentum in ſuo ſtercore computrescens iuſte appellatur. Sed quicunque hoc verbum gnoti ſeavcton 29), in ſuperliminaribus templi antiquitus notatum, intra ſe memoriter retinere, omniaque, quae in verbis ſeu operibus facienda ſunt, in nomine Domini, ut ſanctus admonet Paulus, ſatagit implere, ille eſt, qui a patre Deo 30) in filium optatus, denario, quamvis tarde veniat, remuneratur diurno. Haec ego conſiderans, quia retributione condigna ſanctae trinitati et individuae unitati, reſpondere nullatenus valeo, ſancti Iohannis Baptiſtae interceſſionem, ut corde et corpore ad hoc idoneus reddar, ſupplex efflagito. De temporibus autem his, in quibus reſpexit Deus eccleſiam noſtram, opprobriumque eius auferre dignatus eſt, laetiori mente, et latiori ſtylo ſcribere, pietatemque ducis Heinrici ſumma praeordinatione in regnum electi conor retegere. De quo An. 1002. A. S. poſt mortem Imperatoris cuidam venerando patri revelatione divina ſic dictum eſt: „*Recordaris frater, qualiter cecinit populus; Deo nolente voluit dux Heinricus regnare, nunc autem debet Heinricus divina praedeſtinatione regni curam providere, omnia, quae ad divina vel humana pertinebant.*" Hunc prae caeteris ſibi tunc contemporalibus, nollent, vellent, ad regnum promovebant. Sed quis ex noſtra regione ei obeſſet ſcrupulus, paucis iam praeſcribens, occidentalium iniquam praeſumtionem, neque conſilio, neque prudentia, neque fortitudine contra Deum valentem enucleabo.

Hermannus Alemanniae et Alſatiae dux, timoratus et humilis homo, a multis, An. 1002. A. S. quibus lenitas eius placuit, ſeductus, contra Heinricum ſe armavit. *Theodericus* vero Luthariorum dux, vir ſapiens et militaris, quo ſe pars populi maior et melior inclinaret, ſecurus expectabat. Interim patruus meus, de quo ſuperius memoravi 31), profectus occulte ad *Bavanberg* cum avunculo ſuo *Rieberto* 32), quem a comitatu ſuo An. 1002. A. S. Imperator depoſuit, *Luidgeroque Arnulfi* praeſulis militi dedit, gratiam ducis (Hermanni) ac ſpem retinendi et augendi beneficii; quamvis ſervato adhuc ſacramento manus eidem non applicuit, tamen cum ſui nepotis Heinrici auxilio adeptus (eſt). Huius conſilio dux quendam militem ad civitatem, quae *Unerla* dicitur, ad neptes ſuas conſorores *Sophiam* et *Ethelheidam*, et ad omnes, qui tunc ibi convenerant, regni primates, miſit. Qui omnibus in unum collectis legationem ſuam aperuit, auxiliantibusque domino ſuimet ad regnum bona plurima promiſit. Cui mox a maxima multitudine vox una reſpondit: *Heinricum Chriſti adiutorio et iure haereditario regnaturum, ſe paratos ad omnia, quae ſibi unquam ſcirent eſſe voluntaria* 33); hocque dextris mani-

29) *gnoti ſeauc:on.* Sic Cod. Dr. latinis literis expreſſit notum illud γνῶθι σεαυτόν. *Vrs.*

30) *Deo.* Ita Cod. Dr. alii *Domino*, quae variatio omnino ſaepius occurrit, orta illa ex ſcribendi compendio dō. quod ſemel hic adnotaſſe ſufficiat. *Wa.*

31) *memoravi.* nempe Lutharius. *Vrs.*

32) *cum avunculo ſuo Ricberto.* Frater fuit *Mathildis*, quae coniux fuit Comitis Walbeccenſis, Lotharii ſenioris. Necrolog. ad 9. Febr. ſic: *Ricbertus comes. Wed.*

33) *ſcirent eſſe voluntaria.* Cod. Brux. et Ann. Saxo addunt *placita. Vrs.*

Digitized by Google

manibus elevatis affirmatur. 34) *Ekkihardus* cum ſuis, quia praeſens non erat, ſimulata tunc patientia hoc pertulit; *quia quicquid peccatur a multis*, ut ſcriptura teſtatur, *inultum eſt.* Veſpere autem iam facto, cum praefatis dominabus 35) in magna domo ſedilia aulaeis ornata et menſa eſſet variis cibis referta, Ekkihardus eandem praeoccupans, cum *Arnulfo* episcopo et *Bernhardo* duce ibi epulatur. Ante ruinam enim exaltabitur cor et ante gloriam humiliabitur. Quod mentem conſororum 36) prius triſtem, caeteroſque complures, qui interfuere, multum commovit, renovaturque in eundem odium diu celatum, ſed cito, proh dolor! finiturum. 37) Namque cum praedictus marchio omnia aliter, quam unquam ſperaret 38), ibi provenire proſpexiſſet, optimum duxit 39), ut Occidentales viſendo regiones *Hermannum* ducem cum caeteris optimatibus de reipublicae ſuique commoditate alloqueretur. Salutatis poſtera die ſuis familiaribus, inimicisque caute notatis cum *Bernuardo* antiſtite Hildeshem venit, ubi ut Rex ſuscipitur honorificeque habetur. Deinde ad *Pathebrunnam* pergens clauſas invenit portas, et iuſſu venerabilis *Retharii* praeſulis intromiſſus, primo eccleſiam 366
cauſa orationis intrat, poſtque ad domum, ubi episcopus coenabat, veniens caritative ſusceptus eſt. Ibi tunc dictum 40) eſt huic, quod colloquium in *Duisburg*, cuius gratia huc venerat, fieri nullo modo potuiſſet. Inſuper animadvertit, multum displicere antiſtiti de incepto eius inconvenienti, et propter hoc abiens, cum ad *Nordheim Sigifridi* comitis curtem veniret, diligenter ſusceptus eſt, atque, ut ibi pernoctare vellet, rogatur. Intimaverat huic occulte domina *Ethelind* 41) comitiſſa, quod *Sigifrith* et *Benno*, ſenioris ſuimet filii, cum confratribus 42) *Heinrico* et *Udone*, aliisque conſpiratoribus ſuis de nece ſua, poſitis tractarent inſidiis, ſuppliciter efflagitans, ut aut ibi usque in craſtinum maneret, ſeu alio diverteret. Talia comes benigne ſuscipiens, propoſitum itineris propter eos interrumpere nequaquam poſſe, nec velle reſpondit. Inde protinus diſcedens caute ſuos per omnem diem hanc circumſpexit, et ut optimus erat miles, ne terrerentur, admonuit. Quod eminus hoſtis e latentibus inſidiis conſiderans, quia non utile ſibi tunc videbatur, diſtulit, et ſequenti nocte in coeptis perſiſtere, dextris confirmavit. Pervenit autem comes ad locum praedeſtinatum, qui *Polithi*

34) *affirmatur.* Brux. *confirmatur.*

35) *dominabus.* Prima ſcriptura in Cod. Dr. erat *dominis*, nam *dominabus* eſt a manu ſecunda. Cod. Brux. etiam *dominis* habet. Ann. Saxo p. 379. *cum praefatis ſororibus Imperatoris, quarum una Gandersheimenſem, altera Quedlinburgenſem regebat abbatiam. Vrs.*

36) *conſororum.* Ann. Saxo *dominarum.*

37) *finiturum.* Ann. Saxo et Cod. Brux. *finiendum. Vrs.*

38) *ſperaret.* Collector varr. lectionum in bibl. Dresd. contra fidem Codicum ponit *ſperabamus. Vrs.*

39) *optimum duxit.* Cod. Brux. *conſpexiſſet, optimum ratu duxit*, uti Ann. Saxo. *Vrs.*

40) *dictum.* Cod. Br. *interdictum. Vrs.*

41) *Ethelind.* Hoc nomen non eſt in Ann. Saxone. *Vrs.*

42) *confratribus.* Addit Ann. Saxo *de Catelenburch.* v. Leukfeld Antt. Katelenburg. c. 1. §. 14. *Vrs.*

Digitized by Google

lithi 43) dicitur, et facto vespere comedit, et in lignea caminata cum paucis dormitum ivit. Caeteri vero quam plurimi in proximo quiescebant folario. Quos cum fopor oppido laffos gravaret, inimica manus incautos opprimens invafit, comitemque clamoribus immenfis excitatum a lecto celeriter furgere compulit. Is vero braca fuimet et quibuscunque potuit, igni vires fuggerit, et quod tunc praemeditari non valuit, fractis feneftris maiorem nocendi, quam fe defendendi hoftibus aditum patefecit. Nec mora, prae foribus occiditur miles *Hermannus*, et exterius ad auxilium domino properans *Athulfus*, ambo fortes et usque ad mortem fideles. Vulneratur infuper *Erminoldus*, Imperatoris 44) camerarius, ac folus tunc repugnat *Ekkihardus*, vir domi militiaeque laudabilis, cui *Sifridus*, hafta fortiter emiffa, nodum cervicis infregit, terramque oppetere compellit. Quo cafu protinus perfpecto alacriter omnes irruunt, caput amputant, et quod miferum eft, funus praedantur. Facta funt autem haec II. Kal. Maii. An. 1002. A. S.
Peracto tandem immani fcelere, percuffores laeti et incolumes redeunt. Hi autem, qui in folario erant ignavi, nec dominum laborantem in aliquo adiuvabant, nec mortuum ulcisci conabantur. Abbas vero eiusdem loci, *Alfkerus* nomine, corpus vifitavit, ac commendationem animae fumma devotione perfecit. Quae vero fit caufa, quae hos ad tale facinus perpetrandum perfuaferit, veraciter explicare nequeo. Quidam dicunt, Heinricum inftinctu praedicti comitis ab Imperatore flagellis caefum, haec faepius in eum meditatum fuiffe. Alii autumant, ficut praedixi, in *Uuerlu* ob contumeliam confororibus illatam, quia ifti libenter hisferviebant, ac per convicia 45) minasque ab ipfo fibi manifeftatas, haec eos incepiffe. Hoc tantum fcio, quod decus regni, folatium patriae, fpes commiffis 46), terror inimicis, ac per omnia perfectiffimus foret, fi in humilitate folum perfiftere voluiffet. Huius vitae curfum quam probabiliter egit 47), qui apud dominum fuimet beneficii maximam partem acquifivit in proprietatem! *Milzientos* a libertate inolita 48) fervitutis iugo conftrinxit. Boëmiorum ducem *Bolizlanum*, qui cognominatur *Rufus*, ad militem fibi, aliumque 49) ad amicum familiarem blanditiis ac minis adipiscitur. Super omnem Thuringiam communi totius populi electione

43) *Polithi.* Nunc vocant Poelden, in principatu Grubenhagenfi, villa inter Nordhufam et Northeimium fita, curtem olim regiam habuit. *Vrs.*

44) *Imperatoris.* Ann. Saxo addit *defuncti.*

45) *per convicia.* Cod. Dr. vitiofe *convivia.* Convicia habet etiam Ann. Saxo et iunctae *minae* hanc lectionem comprobant. *Wa.*

46) *commiffis.* Intelligit eos, qui in fide ac ditione Marchionis erant, al. *vafallos.* Leibnitius fumit pro *amicis.* *Vrs.*

47) *probabiliter egit.* Addit de fuo Reineccius: *hoc etiam teftificatur, quod* cet. Hunc fecuti Maderus et Leibnitius. Cod. Dresd. ea ignorat. *Vrs.*

48) *inolita*, i. e. innata, ingenita. Reineccius et reliqui *indita*, haud fatis apte. *Vrs.*

49) *aliumque.* fcil. Boleslaum, Poloniae ducem. Non repetam ea, quae de fignificatu verbi *miles* in verf. Germ. p. 248. ff. ad h. l. dixi. cf. Leibnitium S. R. B. T. I. p. 635. et *Du Bos hift. critique de la Monarchie Françoife.* T. II. p. 518. *Vrs.*

Digitized by Google

electione ducatum promeruit. 50) Comites 51) vero Orientales, paucis tantum exceptis, regnumque in spe habuit; quae omnia ad tam miserabilem hunc detraxere finem. Huius fama diu 52) mox propagata dominam *Snonehildam* venire fecit obviam, filiique eius laetitiam turbavit *Herimanni*. Is namque cum iussu patris *Uuillehelmum* comitem, senectute ac omni bonitate proficuum 53), ob vindicandam *Uuidikindi* et *Herimanni* necem, a filio suimet eis inlatam, valida manu in *Uuimari* 54) possideret, emeritumque senem in praesentiam praedicti comitis venire, et quicquid ipse ab eo exposceret implere, iuramento constringeret, accepta nece parentis improvisa cum matre celeriter occurrit, patrisque corpus ingenti luctu suscipiens in urbe, quae *Geni* 55) dicitur, sepeliri fecit. Peracto autem tricesimo die domina *Suonehildis* ad Misni proficiscitur cum filiis.

An. 1002. A. S. Interim *Boliclanus*, Miseconis filius 56), patre longe inferior, de morte laetatur comitis Ekkehardi, moxque collecto 57) exercitu omnem *Geronis* marchiam comitis, citra Albim iacentem 58), deindeque praemissis obsidibus *Budusin* 59) civitatem cum omnibus adpertinentiis comprehendens, statim *Strelam* urbem invasit, Misnenses pecunia corrumpere clam tentans. Qui novis semper gaudentes in una dierum, cum praesidii maximam multitudinem ob acquirendam equorum annonam exiisse comperirent, portam, quae Orientem respicit, in ea parte, qua satellites habitant, dicti sclavonice *Vethenici*, *Cukesburgiens* 60) *Guncelino* ad hoc duce irruunt, *Breccionemque*, Heri-

50) *ducatum promeruit.* Adelboldus coaevus in vita Henrici II. Imp. p. 432. apud Leibnitium T. I. Thuringiae *Marchionatus* titulum adscripsit. Egregie hunc Ditmari locum illustravit Sagittarius in epistola ad Schilterum de antiquo statu Thuringiae p. 5. 25. s. et in Diss. de Eccardo I. Misn. March. p. 15. s. *Vrs.*

51) *Comites.* Ex vitio, ut puto, descriptoris, quanquam et Ann. Saxo p. 381. habet. Rectius *comitatus. Vrs.*

52) *diu.* Ann. Sax. et Cod. Brux. *longe.*

53) *proficuum.* Iidem habent conspicuum.

54) *Uuimari possideret*, pro obsideret, ut fere semper. *Vrs.*

55) *Geni.* Ita perspicue nomen in Cod. Dresd. legimus. Eximie id illustrat Ann. Saxo p. 381. ad an. 1002. *In sua urbe Gene, in parochia Moguntina, in loco, ubi Sala et Unstrut confluunt, sepeliri fecit. Sed post plures annos inde translatus est — in civitatem Nuenborch.* (Naumburg.) Ad ostium fluminis Vnstrut, ubi effluit in Salam, invenimus duas villas, *Gros-Gena* et *Klein-Gena*. Illa ipsa est, ubi primum Eccardi Marchionis sepulchrum fuit, cuius temporibus civitatis nomine gaudebat, iamdudum vero, ut aliae multae, in villam transiit. *Vrs.*

56) *Miseconis filius.* Addit Ann. Saxo Dux Poloniae. *Vrs.*

57) *collecto*, cui consentit Ann. Saxo. Editiones minus apte *electo. Vrs.*

58) *iacentem.* Marchiam intelligit Lusatiae inferioris, quam scriptores illius aevi quoque Orientalem vocant. *Vrs.*

59) *Budusin.* Budissina. ap. Ann. Sax. *Budisin.* Vrbs clarissima, caput olim *Milcienorum. Vrs.*

60) *Cukesburgiens.* Historiarum scriptoribus mala crux semper fuit hoc verbum teutonicum *Cukesburgienses* s. *Kukeburger.* Hinc *Schoetgen* in *diplomat. Nachlese* P. II. p. 193. quantum potuit,

Digitized by Google

Herimanni comitis satellitem, primo occidentes, ad caminatam 61) eiusdem omnes armati conveniunt, fenestram lapidibus impugnant grandibus, dominum urbis 62), *Ozerum* nomine, sibi ad occidendum reddi vociferantes. Sed Thietmarus miles ex cubi-
367 culi sola munitione, „*quare sic*, inſit, *agitis?* 63) *quis furor vos ita seduxit? ut obliti beneficiorum comitis Ekkihardi, spontaneaeque invitationis, sic assurgitis in perniciem filii? si causam tanti facinoris seu publice seu clam cuiquam nostrûm vultis aperire, commissi emendationem vobis complacitam, futurique timoris vestrimet securitatem ex mei senioris* 64) *nostrorumque omnium parte firmiter, qualitercunque vultis, promitto. Hunc quem in mortem vobis dari inclementer exposcitis, nobis degentibus* 65) *non accipitis. Pauci sumus, aut communiter mori, aut incolumes urbe hac nos exire pro certo sciatis.*" Tunc illi auditis sermonibus his colloquuntur, abeundique licentiam his praestantes, ducem Bolizlauum per internuncios invitant, portisque eundem suscipiunt apertis, completurque quod scriptum est: *Laetantur, cum male fecerint, ac exultant in rebus pessimis;* et iterum: *sunt principia eorum ut mel, et novissima quasi absinthium.* Hac elatus prosperitate Bolizlauus omnes regionis illius terminos usque ad Elstram fluvium praeoccupavit, praesidiisque suimet muniit. Congregantibus se tunc unanimiter ad haec prohibenda nostris, dolosus ille 66) legatum obviam misit, qui se protestaretur, cum gratia Heinrici ducis ac licentia haec incepisse; in nullo se incolis nociturum, et si quando is in regno vigeret, voluntati eiusdem in omnibus assensurum; sin autem, quod his tum placeret, libenter facturum. Hoc animadvertentes nostri verbis credidere phaleratis 67), et inhoneste, quasi ad dominum, ad eundem profecti, honorem innatum supplicatione et

tuit, contendit, textum Cod. Dresd. glossa quadam marginali esse corruptum et depravatum, eiusque loco *Ducesburgensium* substituere non dubitavit. Subscriberem eius sententiae, si modo codex ille, qui ceteros, quos habemus, aetate praecurrit, et annos Ditmari proxime attingit, addiceret. Sed, uti dedimus, in ipso textu legitur a prima manu, eandemque vocem reperit diserte in Codice Antverp. Leibnitius. Proinde Ditmarum nomine hoc teutonico Slavonicum explicitius reddere voluisse non temere credo. Kukeburgienses illi ipsi sunt, qui Latinis *speculatores*, excubitores, *custodes* arcis vel *burgi* cuiusdam, Germanis alio nomine veniunt *Burgwächter;* et nisi omnia me fallunt, eam ipsam arcem urbis Misnensis, nostra aetate nomine *Wasserburg* signatam, de qua Ditmarus differit, eius aevo certo et proprio vocabulo *Kukeburg* (a teuton. *Kucken*, spectare) nuncuparunt. cf. versionem meam Germ. p. 251. *Vrs.*

61) *caminatam.* Praetorium urbis. *Vrs.*

62) *dominum urbis.* Idem est, qui praefectus urbis, Burggravius Misnensis. Ann. Saxo eminenter p. 380. posuit: Domnum urbis. *Vrs.*

63) *quare sic agitis?* Leibnit. e codice suo addit: cur in tantum scelus itis? quod et Ann. Saxo habet. *Vrs.*

64) *mei senioris.* Cod. Brux. habet *Domini* sc. Herimanni. Loco senioris Ann. Saxo iterum eminenter: *Domni mei. Vrs.*

65) *degentibus.* Sic Cod. Dresd. non *viventibus. Wa.*

66) *dolosus ille.* Leibnitius e Cod. suo interserit, *et venenatus colaber*, uti et Ann. Saxo. *Vrs.*

67) *phaleratis.* Ex Terentii Phorm. Act. III. Scena 2. v. 15. *phaleratis dictis ducas me. Vrs.*

Digitized by Google

iniusta servitute 68) mutabant. Quam inique comparandi sunt antecessores nostri et contemporales! Vivente egregio *Hodone* pater istius *Miseco* domum, quâ eum esse sciebat, crusinatus 69) intrare, vel eo assurgente nunquam praesumsit sedere. Deus indulgeat Imperatori, quod tributarium 70) faciens dominum adhuc unquam elevavit, ut oblita sui genitoris regula, semper sibi praepositos auderet in subiectione paulatim detrahere, vilissimoque pecuniae transeuntis inescatos hamo, in servitutis libertatisque detrimentum capere.

An. 1002. A. S. Alter autem *Bolizlanus*, Boemiorum provisor, cognomento *Rufus* et impietatis auctor immensae, antiquo more iam paululum refrenato, duci aspiravit Heinrico; qui initio mensis Iunii cum primis Bauuariorum et orientalium Francorum Uuormatiam venit, causa Renum ibidem transeundi, Magontiaeque benedictionem accipiendi. Quod prohibere Herimannus dux nititur, nullumque eis patefecit Reno favente ingressum. Dux autem Heinricus habito de his rebus cum suis consilio 71), simulato in Bauuariam reditu transituque quasi desperato, ad urbem *Larsem* 72), ubi sanctus requiescit *Nazarius*, venit. Deinde ad Magontiam celeriter properando Renum securus enavigat. Hic VIII. Id. Iunii 73) ibidem communi devotione in regem electus a *Uuilligiso* eiusdem sedis archiepiscopo suffraganeorumque suimet auxilio, accepta regali unctione, cunctis praesentibus Deum collaudantibus coronatur. Francorum et *Muselenentium* primatus 74), regi manus tunc applicans 75), gratiam eiusdem meruit. Omnibus huc undique confluentibus in militiam a rege susceptis, rursus Renum inundantem rex novus transiens per orientalem Franciam sibi quam fidelem, Alemanniam invadere, et cum depopulatione illius terrae ab inceptis Herimannum resistentem conatur avertere. Dux autem ut audivit sua a rege praedata, nondum volens humiliari, sed proh dolor! contra dominum et regem exaltans se, caput ducatus sui Argentinam, quae *Strazburg* dicitur, quia Episcopus eiusdem urbis *Uuicelinus* sibi resistere praesumserit, cum *Conrado*

68) *servitute.* Cod. Brux. c. Ann. Saxone inserit: *Slavi. Vrs.*

69) *crusinatus.* a voce *crusina* originis Slavicae, passim in diplomatibus, praesertim Ottonis I. Imp. occurrit. Denotat vestem pelliceam, inde apud Germanos priscum iamque insolitum vocabulum *Kuirse* ortum est, quod adhuc exstat in confectoribus eiusmodi vestimentorum, *Kürschner.* v. Pistorii Amoenitat. hist. iurid. P. I. p. 26. f. *Vrs.*

70) *tributarium.* Addit Cod. Brux. *Slavum. Vrs.*

71) *consilio.* Quinam hi fuerint Henrico a consiliis, docet Ann. Saxo p. 383. *Vrs.*

72) *Larsem.* Est *Laurissa* f. *Lauresheim* monasterium celebre in pago Rhenensi. v. Chron. antiqu. monaster. a Frehero editum, et Ge. Helwigii Antt. Laurishemenses. *Vrs.*

73) *VIII. Id. Iunii.* Annal. Saxo habet VII. *Vrs.*

74) *Muselenensium primatus.* Denotat Ducatum Lotharingiae superioris, quae a Mosella eam interfluente *Mosellana* dicta est, perinde ac Lotharingia inferior a flumine Mosa nominata est *Mosana.* Musellanorum ducatus mentionem faciunt Annales Bertiniani iam ad an. 839. *Vrs.*

75) *manus applicans.* h. e. stipulata manu regi fidem promiserunt. *Vrs.*

Digitized by Google

rado suimet genero 76), milite petit armato, murosque ascendens nil victis reliquit. Sed execrata Alemannorum turba ad rapiendum promptissima, inscio duce, maiorem ecclesiam sanctae Dei genitricis intrepida intrans omnem thesaurum diripit, et quod maximum erat facinus, igne domum Domini consumsit. Si vere felix fuisset, primi ingressus acerbitate deterrita 77) nunquam maiora aggredi praesumeret. Nam antistitis militibus *Reinuuardo* auctore infideliter 78) repugnantibus, maxima hostium caterva irruens, proprio perfossa hastili corruit, vitamque hanc divina ultione miserabiliter finit. Haec *Herimannus* insolabili questus moerore discessit, inultumque, quia defendit numerus, reliquit. 79) Regi autem apud *Augiam* insulam nativitate sancti Iohannis Baptistae commoranti, fama velox et saepissime dubia Hermannum ducem litem duello causa finiendi venire nunciavit, eundemque hinc discedere, adventumque ducis cum iudicio pugnae in pratis virentibus ac latis fecit expectare. Ibi tunc Apostolorum 80) celebrans festa longumque certitudinem praestolans, ducem in coeptis persistere neque velle nec posse pro certo comperit; consultum est ei a malesuasis fautoribus, quod Argentinae damnum Constantia impleret. Namque eiusdem civitatis episcopus, nomine *Lanbertus* cum Curiensi pastore *Othelrico*, Herimanno auxiliabatur, non tantum ex
368 animo, quantum in civitatis contiguo. Sed Rex, ut erat de Dei timore sollicitus et de acquirendis certus, horum profana sprevit consilia 81), curtesque ducis vastando circuiens, ad ultimum clamore devictus pauperum, ad Franciam remeare disposuit. Et ecce Heinricus, comes, *Bertoldi* amitaeque meae 82) filius, ad regni apicem acquirendam regi usque huc fidelis adiutor, animadvertens senioris sui sibi paululum alienam mentem, per optimos exercitus eiusdem viros diu firmiterque promissum Bauuarii regni ducatum dari postulavit. Quibus Rex tale fertur dedisse responsum: *„Nonne scitis, haec in hac expeditione nequaquam fieri posse? Bauuarios ab initio ducem eligendi liberam habere potestatem; non decere, tam subito eos abiicere, neque* 83) *constitutionis antiquae ius absque consensu eorum frangere: si voluisset exspectare usque dum ipse ad has regiones venirem, cum communi consilio principum eorundem ac voluntate, sibi libenter in hoc satisfacere."* Quod ubi *Heinricus* ab internuntiis

76) *suimet genero.* Cod. Brux. et Ann. Saxo p. 383. legunt *germano. Vrs.*

77) *deterrita.* scil. Alemannorum turba, ergo Reinecciana lectio *deterritus* mendosa est, retinuerunt tamen Maderus et Leibnitius. *Vrs.*

78) *infideliter.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *viriliter*, quod melius est. *Vrs.*

79) *reliquit.* Haec obscuriora illustrat quodammodo Ann. Saxo: *et quia maior civium numerus restiterat, multum reliquit. Vrs.*

80) *Apostolorum*, sc. Petri et Pauli. *Vrs.*

81) *profana sprevit consilia.* Sic Cod. Dresd. et Ann. Saxo. Lectio Reinecciana *profana spei consilia* sensum nullum admittit. *Vrs.*

82) *amitae meae.* Nomen eius erat *Eila*, s. *Eilika*, sororque fuit patris Ditmari nostri, de qua vide Meibomii Chron. Walbecc. a Casp. Abelio editum p. 16. s.

83) *neque.* Sic reposui, iubente Cod. Dr. pro *eiusque. Wa.*

Digitized by Google

nuntiis accepit, in maiorem promissi muneris desperationem veniens, paulatim se ab regis subtraxit familiaritate, comitaturque tamen regem ab Alemannia proficiscentem in Franciam, postea ad Thuringiam. Ibi *Uuillehelmus* Thuringiorum tunc potentissimus 84) obviam pergens, dominumque venientem cum magna gratulatione suscipiens, miles 85) regis efficitur. Ibi tunc Rex a praefato comite et a primis illius regionis collaudatur in dominum, et ab omni populo rogatus debitum his porcorum remisit
An. 1002. A. S. censum. 86) Inde Merseburg veniens susceptus est ab *Heimone* abbate et a fideli suimet comite *Esicone*, qui urbem hanc et *Alstidi* ac *Thornburg* cum appertinentiis, vivente Ekkihardo, haecque graviter ferente, viriliter usque in praesentiam optati senioris servavit. 87) Huc conveniunt archiepiscopi, *Luuizo* Bremensis et *Gisilerus* Magadaburgensis, cum caeteris confratribus, *Rethario Patheburnensi*, *Beruuardo Hillinesemensi*, *Arnulfo Halberstidensi*, *Ramuuardo Misnensi* 88), *Hugone Cicensi*; ducibus autem *Bernhardo* 89) ac *Bolizlauo*, cum marchionibus *Luithario* et *Gerone*, ac Palatino comite *Fritherico*,

N o t a.

Ingens Codicis Dresdensis hiatus iterum nobis gradum sistendi necessitatem imponit. Adversa scilicet folii 88. *pagina finitur verbis:* comite Fritherico, *hisque simul integram plicaturam octo foliis membraneis compositam terminat. Posterior incipit a verbis:* Rederarios et hos qui etc. *Planissime inde patet, codicem plicaturae iacturam fecisse, ideoque octo illi folia deesse. Numeri quidem, quibus ea sunt insignita, recto ordine procurrunt, numerumque* 88. *statim excipit* 89. *sive undenonagesimus; ipse vero eorum ductus calamum saeculi XVI. prodit, et constat inter omnes, has numerorum notas, quibus Germani utuntur, tanquam peregrinas et inusitatas aevo Dithmariano ignotas fuisse. Editio Reinecciana et Maderiana ne minimum quidem eiusmodi hiatus indicium praeferunt, textumque non interrupta serie persequuntur. Nam ex abrupto prioribus subiicitur, Rederarios a Rege Heinrico in gratiam fuisse receptos; sed Leibnitiana editio e codice Bruxellensi integro longe memorabiliora in prioribus narrat, unde magna pars historiae eorum temporum redintegratur: et inde lacunam Codicis Dresdensis eamque maximam iam explemus, comparatione cum Annal. Saxone diligenter instituta.*

aliis-

84) *potentissimus.* Ann. Saxo p. 479. *Comes de Wimmare. Vrs.*

85) *miles.* Haec vocula in Cod. Dr. pallidiore atramento inserta. *Wa.*

86) *porcorum remisit censum.* Ita legendum esse clare docet Cod. Dresd. quamvis in eo vox *porcorum* levi litura sublata est. In Codice, quem habuit Leibnitius, res ita describitur: *rogantur debitum censum porcorum illis dimittere, quod et fecit.* Ita et Ann. Saxo refert ad an. 1002. p. 384. et ad an. 1046. p. 479. *Vrs.*

87) *servavit.* cuius loco Brux. et Ann. Saxo: *custodivit. Vrs.*

88) *Ramuuardo Misnensi.* Sine dubio lectio haec in utroque Codice, et Dresd. et Leibnitiano, uti et in Annal. Saxone spuria est. Nam eo ipso tempore episcopus eiusdem nominis Misnae non fuit. Sedem Misnensem occupabat tum *Eido* (Aegidius) qui anno demum 1015. obiit. Legendum igitur suspicor *Mindense*, nam Minda tunc temporis revera habuit praesulem Ramvardum, cuius Ditmarus supra ipse mentionem fecerat. Haud dubie descriptor non satis attendit, et autographum habuit: *Ramvardo* Mindensi, Eidone *Misnensi. Vrs.*

89) *Bernhardo*, Saxoniae. — *Bolizlao* Poloniae. *Vrs.*

Digitized by Google

aliisque quam pluribus tam episcopis quam comitibus, quorum nomina longum est enarrare per singula. Hi omnes regem supplici devotione suscipiunt. Crastina itaque die i. e. Octava Kal. Aug. *Bernhardus* dux cum consensu omnium adstante 90) coram Rege voluntatem plebis convenientis aperiens, omniumque necessitatem ac legem specialiter exponens, quid eis misericordiae dictis promittere, seu factis vellet impendere diligenter inquirit. Talia quaerebat, ac contra Rex referebat: *„Deo primum, deindeque vobis omnibus condignas grates persolvere nequaquam sufficio. Unde voluntatis meae secretum vobis aperio, quod ex adiutorio efficaciter vobis omnibus impendere desidero. Notum etenim etiam est, quam fideliter vestris Regibus semper ubique ad audientiam et solatium parare studueritis, et ideo vos magis in omnibus optime honorare, diligere et ad regni provectum nostramque salutem libet conservare, et ut certi de his sitis, quomodo vobis placet, salvo honore Regni affirmo, quia non renuentibus nec contradicentibus vobis, sed potius quasi applaudentibus et huc me invitantibus, hac regali dignitate honoratus appareo. Legem itaque vestram* 91) *non in aliquo corrumpere, sed vita comite malo clementer in omnibus adimplere, et vestrae rationabili saluti in quantum valeo ubique animum adhibere."*

Taliter effatur Rex, et vox una levatur
Protinus adstantis plebis Regi iubilantis,
Laudes et grates super has tantas pietates.

Bernhardus igitur dux accepta in manibus sacra lancea ex parte omnium regni curam illi fideliter committit.

Rursus tolluntur voces laudesque canuntur
Undique, Christe, bonis his pro tantis tibi donis
Insuper et fletus fundunt pia pectora laetos,
Inclita laetare Mersburg his congratulare,
Da iubilum Christo condignum sole sub isto.

Istum inquam solem, id est, diem venerabiliter cole, quo electus est in te, qui te repudiatam posthaec semper meditatus est provehere et ad priorem statum reducere. Benedictus sit Deus, qui se honorantes et ex corde diligentes exaltat ad horrorem et dedecus se execrantium. Finis venit luctus tui, quia salutaris auster amicam temperiem tibi afflavit. Non diu in servitute manebis, quia ad dominandum libere, o Sion, renovaberis. Sed amplius progrediamur.

Omnes qui priori Imperatori serviverant, *Luidgero* solo remanente, Regi manus
369 complicant, fidele auxilium per sacramenta confirmant. *Bolizlaus* autem Misnensem urbem tantummodo innumerabili pecunia acquirere satagebat, et quia opportunitas regni

90) *adstante.* haec vocula abest in Ann. Saxone. *Vrs.*

91) *Legem vestram.* sc. Saxonum, horum enim proceres aderant, ut supra hinc et inde mentio fiebat regni Bavariorum, et ut infra regnum Luithariorum petere contendit, et Luitharienses i. e. proceres regni Lotharingici hunc regem elegisse dicuntur. Haec sunt Leibnitii p. 368. *Vrs.*

Digitized by Google

regni non erat, apud regem non valebat, vix impetrans, ut haec fratri suo 92) *Gunzelino* daretur, redditis sibi *Luidizi* 93) et *Milzieni* regionibus. Hunc *Heinricus* 94) comes, nepos meus oppido diligens, quocunque modo potuit libenter et amicabiliter eum adiuvabat. Quem cum bene muneratum et cum licentia Regis abeuntem comitaretur, concurrentem vidit armatam multitudinem, et per Deum testor absque Regis consilio et conscientia adversus se insurgentem. Qui cum causam tanti tumultus investigare, et ne plus damni oriretur, voluisset compescere, vix securus socium fracta exteriori porta educit. De sequentibus autem militibus nonnulli a comprimenti turba sunt praedati, quidam autem admodum sauciati, mortem Bernhardi ducis auxilio evaserunt. Hi namque curiam regiam armati intrantes et de hac exire iussi nolentes, culpa sua temporale periculum sustinuerunt. Bolizlaus autem hoc factum esse dolo mali consilii autumans, gravi moerore consumitur, regi, quod non promeruit, imputando. Salutato ergo Heinrico et si unquam indigeret auxilio suo firmiter promisso, patriam celeriter revisit. Cumque pervenisset ad *Strelam* urbem, protinus eam incendens, magnam multitudinem conprovincialium secum abduxit, nuncios quoque quosdam remittens quoscunque potuit Regi avertere contendit. Quod mox ad aures regis postquam pervenit, suos familiares caritative rogavit, ut arcanas Sclavi insidias perquirerent, et si fieri posset, exploratores eius capere tentarent. Dispositis itaque omnibus, prout
An. 1002. tunc erat, regnum Luithariorum petere contendit. Veniente autem eo ad urbem, quae *Nova Corbeia* vocatur, ab ea nomen sortita, unde cepit scilicet ab illa Francorum Latinorum 95) Corbeia, ubi requiescit sanctus Vitus infans et martyr, inclita *Cunegundis* sua coniux ei occurrit, ubi ambo a venerabili abbate *Thoitmaro* 96) cum omni honore suscipiuntur, et ibi divinis et humanis honorati ad *Patherbrunnam* laeti proficiscuntur. Postera luce, quae mundo festiva illuxit beati Laurentii martyrio domna Cunegundis benedictionem et coronam, et *Sophia* soror Imperatoris 97) a Rege iam constituta abbatissa, consecrationem a Vuilligisio archiepiscopo humiliter susceperant. Publicum ibidem consurgit gaudium, quod proh pudor! admodum turbavit insatiabilis avaritia Bauuariorum. Hi namque pancis domi semper contenti, exterius vero propemodum insatiabiles, cum villicorum fruges vi diriperent, eosque hoc defendentes

92) *fratri suo*, uterino videlicet, eadem enim matre, qua Boleslaus, dux Poloniae, genitus erat, Dobrawa nimirum, sorore ducis Bohemiae, Bolislai. v. *Kreysig Beyträge zur Sächs. Hist.* P. VI. p. 13. 14. et quae de hac cognatione inter Guncelinum et Boleslaum in vers. German. p. 263. annotavi. Mascovio l. c. p. 112. *frater* et *affinis* unus idemque esse videtur. Guncelinus Eccardi occisi frater erat. *Vrs.*

93) *Luidizi.* Ann. Saxo *Liudizi.* Legendum puto *Luisizi.* *Vrs.*

94) *Heinricus Comes.* Ann. Saxo: *Marchio.* *Vrs.*

95) *Francorum Latinorum.* Franci Latini aliis veteribus *Francigenae* (*die Frankreicher*). *Vrs.*

96) *Thoitmaro.* Hic erat patruus Dithmari nostri. v. Meibom. Chron. Walbecc. p. 16. 17. *Vrs.*

97) *Imperatoris.* puta Ottonis III. *Abbatissa*, sc. Gandersheimensis. *Vrs.*

Digitized by Google

tes 98) caederent, pugna graviſſima invicem oritur. Domeſtici Regis exeunt 99, indigenae cum adventitiis praeveniunt et ſubſequuntur. Fit magnus conflictus congredientium, devictumque agmen Bauuariorum in regalem curtem fugit. Hic Heinricus, frater *Eilberti Cancellarii* 100), qui ad menſam Regi iugiter ſerviebat, haſta vulneratus occubuit. Quapropter, qui prius aberant, collecti Saxones iterum inſequuntur, et ni Dux Bernhardus cum validiori manu medius interveniret, numerus militum infinitus mutuo caderet. Poſt haec autem caſtigati ſunt omnes, quicunque inveniri poterant tanti ſceleris autores. Moeſtitiam praeſulis poſtea placavit *Bocknevorde* 1) a Rege tradita. Rex autem recto itinere hinc ad Duisburg perveniens Luitharienſes quam tarde exſpectavit. Leodicenſis vero et Cameracenſis praeſules, primi huc venientes, archiepiscopum Colonienſem diu morantem exſpectant. Quem cum altius quam quisquam crederet, cuſtodia qua paululum, ſicut iam dixi, detinebatur, in mentis ſecreto morderet, ſimulabat ſe ob hoc tam ſero ad Regis gratiam acceſſiſſe, quod in accipienda benedictione Moguntinum ſibi Rex voluiſſet proponere. Igitur hi confratres episcopi ſcilicet, Regem pariter eligentes, fidemque ſacramentis firmantes usque ad Aquasgrani eundem comitantur. Quo in nativitate ſanctae Mariae a primatibus Luithariorum 2) in regem collaudatur, et in ſedem regiam more anteceſſorum ſuorum exaltatur et magnificatur. Interim Franciam reviſere inſiſtentemque hyemis asperitatem ibidem perducere conatur, ut vere primum exorto, *Herimannum* ducem 3) in Cisalpinis partibus ſibi ſolum reſiſtentem vi cogeret cedere. Qui de vindicta Dei, quam in Argentina promeruit, multum timidus populumque propter ſe laborantem non amplius ſuſtinens per interceſſores fidos ſibi ſuisque fautoribus Regis gratiam poſtulat. Sed antequam id ab eo delibaratum eſſet, quaedam res ab Alamannis perpetrata eſt a nobis non praetereunda. *Gerhardus* comes Alſatiae accepto a Rege quodam comitatu praefati ducis, cum domum rediret, iuxta unam urbium caſtra metatus eſt. A quo urbani pacem vix unam noctem impetrantes egreſſi ſunt doloſe quaſi ad colloquium, ſed revera ad explorandum: e quibus unus calliditate aeque ac velocitate perſaepe probatus propius acceſſit, ſigniferamque lanceam 4) qua beneficium ducis comes idem acceperat a rege,

98) *defendentes.* Ann. Saxo *prohibentes.* Adelboldus: *ſua defendere volentes. Vrs.*

99) *exeant.* Ann. Saxo *ſuperveniunt.*

100) *Cancellarii.* Poſtea Friſienſis episcopi. v. Adelboldum ap. Ludwig in ſcriptoribus Bamberg. p. 397. qui Adelboldus Ditmari veſtigia premit, ideoque ad illuſtrandam hanc noſtram lacunam admodum idoneus eſt. *Wa.*

1) *Bocknevorde.* Monumenta Paderbornenſia p. 73. nomen eius dicunt *Puochineſurti* in pago *Almancha* ſ. *Almunga. Vrs.*

2) *Luithariorum.* cf. quae paullo ſupra notavimus. *Vrs.*

3) *Herimannum ducem.* Erat hic Herimannus filius Vdonis ducis, qui apud Calabriam cum multis occubuit, quando Imp. Otto II. contra Saracenos pugnavit. Haec Ann. Saxo p. 326.

4) *lanceam — acceperat a rege.* Mascov de iure feudorum p. 131. in his antiquiſſimum de uſu vexilli in inveſtituris teſtimonium invenit. *Vrs.*

Digitized by Google

a rege, coram tentorio eius affixam, elevando circumſpexit, ad ultimumque cum eâ urbem ſecurus cunctis in caſſum pone ſequentibus intravit. In urbe mox exultatio magna extollitur, porta clauditur, comes quaſi honore privatus irridetur. Qui eandem primo dulcibus promiſſis fruſtra tentans recipere, ſed illis negantibus redditum, triſtis abiit, tam vacuus a beneficio, quam a militari ſigno. Fuere in alia civitate munitiſſima, *Brizach* 5) dicta, episcopi duo, Argentinenſis et Baſileenſis ad praeſidium, quo- 570
rum milites quotidie ob acquirenda equorum pabula armati exire ſolebant. Quod amici ducis caute conſiderantes eo tempore, quo hi paululum praeceſſerant, ſimili habitu ſarcinatisque equis ad urbem cantantes pergunt, et pro ſociis a cuſtodibus intromittuntur. Proiectis illico oneribus magna voce ſe hoſtes manifeſtant, episcopisque vix elapſis omnia diripiunt. Poſthaec Herimannus dux, matris meae avunculi filius, divina, ut praedixi, compunctione Kal. Octobr. *Bruſelae* Regi humiliter praeſentatur. Miſericorditer eius gratiam impetravit, et in beneficio et in omnibus iuſti deſiderii ſatisfactionem perſolvens, excepto Argentinae damno, quod idem iuſſu et conſilio Regis de ſua proprietate, et abbatiam in eadem urbe ſitam reparavit, miles et amicus eius fidus efficitur. His ita diſpoſitis Rex ad Bauuariam perrexit, ut eis adventu ſuo et in omni caritate innotesceret, quod eos praecipue inter omnes amaret. Quem Ratisbonam venientem *Gebehardus* eiusdem praeſul egregius cum cleri totiusque populi tripudio ſuscepit, ibique feſtum ſancti Martini celebrantem in multis honorificavit.

Interim Bohemiorum dux *Bolizlaus*, quia poteſtas conſortis et ſucceſſoris ſemper eſt pavida, *Iaremirum* fratrem eunuchizans, iunioremque *Othelricum* in thermis ſuffocare cupiens, una cum matre eosdem patria expulit, ſolusque vice baſilisci noxii regnans, populum ineffabiliter conſtrinxit. Qui pondus illati facinoris diutius ferre non valens *Wolodouueium*, qui poteſtas exercitus interpretatur, a Polenia clam vocans aſpidem venenatam absque omni legis pietate ſuos tractantem, hunc in ſedem baſilisci illius, id eſt Bolizlaui, deiecto eo conſanguinitatis linea et pietatis affectu unanimiter electum collocavit. De quo rem unam incredibilem dico, ſed non alicui Chriſtiano imitabilem, quod hic nunquam ſine potu unam horam perdurare valuerit. Sed Bolizlaus, quae ſola via fugae patuit ad Heinricum marchionem, qui proximus ei tunc fuerat, confugiens, propter illatas ſibi iniurias ab eo captus eſt, poſtmodum quia hospes eo advenerat, dimiſſus ad aequivocum ſuum amitaeque filium in ſceleribus comparem, licet facultatibus disparem, vitae dumtaxat amore perrexit. Iſte 6) autem potiori uſus conſilio ad Regem Ratisbonae adhuc commorantem proficiscens, cum humili ſubiectione et fideli promiſſione hunc in Dominum elegit, et quae poſtulavit ab eo in beneficium acquiſivit, et habitus in omnibus caritative revertitur cum bona pace.

Dum

5) *Brizach*. Probabiliter *Bruchſal* in episcopatu Spirenſi. Mascov. in Comm. de rebus I. R. G. p. 113. Adelboldus habet *Bruſellae* *Vrs.*

6) *Iste* ſc. Wlodoweius. Adelboldo dicitur *Blademarius*. *Vrs.*

Digitized by Google

Dum haec aguntur *Hartuuigus*, de quo superius dixi, de prosperitate et adventu Regis Heinrici admodum curiosus, omnes introitus Longobardiae, qui ab accolis *Clusae* 7) vocantur, vigilanti custodia firmabat. Qui, ut superius dixi, electionis suae consiliatores et fautores, ut digni fuerant, tractare non desistebat. Inter quos Brixiensem episcopum, aliqua, quae sibi displicebant, loquentem capillis arripiens et solotenus ut bubulcum deiiciens cunctis ineffraenatam manifestavit iram. Sed quid eum singulis vitiis circumscribere conor, cum in regno et populo appareat, quae turba iniquitatis ad haec perpetranda eum armaverit. Unde nonnullos priores sibi suppositos commissi poenituit, et per internuncios et per literas Heinricum regem ad defendendum se venire rogabant, aut eo in aliis negotiis occupato Principes suos mitteret. Horum necessitati ad succurrendum Otto *Carrentanorum* dux et *Veronensium* comes cum *Heriberti* comitis filio *Ottone* et *Arnesto Luipoldi* marchionis filio, cum aliis paucis ob spem maioris auxilii ab Italis promissi a Rege dirigitur. Quis autem ille dux *Otto* fuerit, quia superius reticui, breviter intimabo. Hic igitur a *Conrado* duce et *Luitgarda*, filia Ottonis primi Caesaris maximi, procreatus, morum gravitate actuumque probitate parentelam suam decorabat. Et cum post mortem Caesaris iure consanguinitatis et aetatis virtutumque maturitate ab Heinrico tunc duce in regem eligeretur, tantum hoc onus humiliter excusans, eundem primo per internuncios ac per se ipsum quasi ad haec aptiorem sibi proposuit, fideliterque semper adiuvit. Hunc ex parte Regis venientem, archiepiscopumque Ravennae *Frithericum* cum marchione *Thiedolfo* 8) caeterisque regis fidelibus ei ad auxilium occurrentem, Hartuuigus in medio positus, lynceisque oculis omnia perlustrans cum comperiret, ad interrumpendos eos Veronam cum magna multitudine venit, Clusasque ab episcopo eiusdem civitatis huc usque munitas expugnando cepit. Audiens autem Teutonicos in Tridenti planitie consedisse, illo properat, et eos non inveniens, iterum velox se in Campaniam Veronensem recepit. Quo dominicae nativitatis festa in quodam castello cele- An. 1003. A. S.
brante, Otto Carentinorum dux omnia eius acta ut primo intellexit, legatos sibi licentiam transeundi aut ex sua parte accipiendi postulantes misit. His petitis ex profunda calliditate animi Hartuuigus respondit: *Hic pernoctate, ut cum meorum amicorum consilio vos crastino die de his omnibus certos remittam.* Ille autem nunciis nostris id ignorantibus per omnem eam noctem singulariter suos in castris positos circumquaque perlustrans ad praeliandum mane contra Teutonicos corroborare et arma praeparare monet. Proxima primum oriente aurora legati ducis responsi gratia Regem ag-
371 gressuri, cum Longobardos militari manu pugnae intendere eventum cernerent, ipsum quid hoc significaret percunctantes certam adversus ducem congressionem iussi abire perce-

7) *Clusae.* angustae in montibus viae, *Defilées.* De Clusis v. Adelung Glossar. T. II. p. 486. Grupen Origg. Germ. P. I. p. 283. *Vrs.*

8) *Thiedolfo.* Leibnitius eum ipsum esse Theobaldum, avum celeberrimae Mathildis, comitissae Tusciae, famosissimaeque Hildebrandi Pont. Max. amicae censet. Adelboldo est *Tieboldus.* *Vrs.*

Digitized by Google

perceperunt. Quos Hartuuigus cum exercitu pone secutus ad Hungaricum montem 9), ubi dux cum suis legatos expectabat, sole iam mediante pervenit, hostesque quamvis per fodrum 10) et ad custodiendas undique vias divisos, tamen ad resistendum paratos invenit; confligunt itaque utrinque fortia agmina impetu vehementi, et ni Teutonicorum aciem hostium numerositate imparem fuga Ottonis, germani praesulis *Gebehardi*, turbaret et impediret, victricem eam hostis Longobardus sensisset. Tum vero ex magna parte mutilata, proh dolor! caeditur, et victoriae honore privatur, sed non sine maximo Hartuuigii detrimento.

An. 1005. A. S. *Adelbold.* Interea Rege a Bauuario egresso et in *Frankenforde* Incarnationem dominicam celebrante, multorum ei legationes deferuntur: qui legati primo benigne auditi, dehinc largiter munerati, omnes revertuntur laeti. Ibi quoque dux Herimannus humiliter Regi famulatur, et ab eo caritative, ut talem decuit personam, habetur. Inde Rex discedens *Muselenorum* pagum 11) visitavit, et ad *Theodonis villam* veniens generale ibidem colloquium cum conprovincialibus habuit. Rege vero ibidem omnibus aliqua necessitate laborantibus benigne legem dare cupiente, *Hermannus* ac *Theodoricus* solo nomine duces, sed non re, tentabant hoc impedire, sed frustra, continuo animadvertentes auctori iustitiae se merito succumbere. Nam Rex quoddam castellum ducis, *Mulsberg* 12) dictum, ob instantem totius populi necessitatem destrui, et ut nunquam reaedificaretur, firmiter praecepit. His absque remotione omni peractis Rex ad Aquisgrani iter disposuit, ut ibi anniversarium domini antecessoris sui summa diligentia compleret, et Luitharienses unanimiter convenirent. Quae quamvis paululum tardaret, interim innata infirmitas tamen ad perficiendum iussi desiderii propositum Christi illis aspiravit vires ineffabilis pietas. Dein Traiectum amore sancti praesulis *Servatii* veniens de proelio nostrorum male pugnato ibi certum comperit. Et quia omne, quod nequit corrigi, leniter patiendum, quamvis graviter tamen sapienter audita sustulit incommoda. Inde Leodium ob impetranda Christi athletae Lamberti suffragia veniens, ibi colica passione admodum gravatur, sed praedicti martyris intercessione liberatur. Hinc ad Aquisgrani rediens purificationem Dei genitricis ibidem venerabiliter peregit. Inde ad *Novimagum* 13) commeans pluribus diebus Quadragesimae ibi moratur, primo

9) *Hungarium montem.* Adelboldus p. 799. *iuxta montem quendam, qui Vngarius, nescio qua de causa, vocatur. Wa.*

10) *fodrum.* Ita more scriptorum inferioris aetatis appellat annonam militarem, sive ea, quae ad victum militum, maxime vero iumentorum congerebantur, gall. *Fourage*, germ. *Futter. Urs.*

11) *Muselenorum pagum.* Hic pagus praecipue territorium *Metense* complectitur. v. Iunker Geogr. medii aevi p. 258. In eo sita erat Theodonis villa, *Thionville*, germ. *Diedenhofen*, ubi erat palatium Imperatoris, de quo pluribus egit Mabillonius de re diplomat. Lib. IV. et Chron. Gottwic. T. I. p. 512. 696. *Urs.*

12) *Mulsberg.* De hoc castello v. Chron. Gottwic. T. I. p. 694. *Urs.*

13) *Novimagum. Noviomagus, Niumagun, Nimwegen* ad Vabalin in insula Batavorum. v. Valesii notit. Galliarum p. 385. Grupen Origg. Germ. P. I. p. 113. f. *Urs.*

Digitized by Google

mo regnum Dei justitiamque eius quaerere, postea humanae fragilitati studens necessaria suggerere. Mortuo interea duce *Vulodeweio* fratres praedicti una cum matre expulsi a Bohemensibus poenitentia ductis revocantur. Quos *Bolizlaus* Poleniorum rector collecto undique exercitu petens, iterum expulit, aequivocumque suum exulem pristinis honoribus praefecit, seque domum latentibus insidiis suis alta mentis intentione recepit. Sciebat enim nepotem suum se nimis vindicaturum in fautoribus suae expulsionis sperans se tunc meliori occasione forsan introducendum. Quod et ita accidit. Enimvero cum Bolizlaus Bohemensis cerneret populum suum execrando ritui deditum, in maxima securitate constitutum impietatem suam ad confringenda foedera pacis, quam sacramentis firmaverat, in tantum armavit, ut collectis in unam domum coram se cunctis optimatibus, primo generum suum gladio in caput eius merso ipse occideret, caeterosque inermes in ipsa sancta Quadragesima vir sanguinum et dolosus, nec sibi concessos unquam dignus dimidiare dies cum suae malitiae fautoribus interficeret. Ob hoc residuus populus multum formidans ad Bolizlaum Polenum nuncios clanculum misit, qui perpetrati facinoris magnitudinem edicerent, et futuri timoris ereptionem ab eo poscerent. His libenter auditis mox per legatum fidelem hunc ad colloquium cominus in arce quadam ad tractanda cum eo quaedam necessaria communis utilitatis cum paucis ad se postulat venire. Huic iunior Bolizlaus ilico consentiens ad condictum locum perrexit, caritativeque ab eo primo susceptus, in sequenti nocte, erutis sibi oculis, ne unquam in suos tale quid perpetraret vel amplius ibidem regnare valuisset, ab eius familiaribus est prohibitus exilioque longo deputatus est. Insequenti igitur die ad Pragam velociter properans ab incolis semper de nova dominatione gaudentibus introducitur, communiterque in dominum laudatur. Accrescente igitur ibi seculari potentia attollitur infrenatae mentis multo maior solito contumacia. Haec, lector, attendens scito, quod cuius animus sit in prosperis elatior, in adversis saepe erit humilior, quod non esse sapientis scriptura testatur. Haec omnia Rex dictante fama comperiens, honesta gravitate animi patientis tulit, suis dumtaxat imputans peccatis, quicquid in Regno suis temporibus incommoditatis accidit. Itaque quod opportunum tunc maxime sibi videbatur dissimulatis omnibus, quae eis acciderant, nuncios ad Bolizlaum misit, mandans ei, si terram nuper a se occupatam de sua gratia, ut ius antiquum possit retinere 14), sibique in omnibus fideliter vellet servire, se eius voluntati in his assentire, sin alias, se armis illi velle contraire. Hanc legationem etsi iustam et bene compositam tamen Bolizlaus indigne suscipiens futuram ultionem merito promeruit. Finita namque Quadragesimali abstinentia, sicut exorsus fuit, festum paschale Qued- An. 1003.
372 lingaburg 15) antecessorum suorum more honorabiliter Rex celebravit: ibi tum A. S. iniquam praesumtionem Bolizlai et aspirationem Heinrici dissimulans familiaribus suis, ut tantam festivitatem decebat, arrisit. Ibi etiam Ottonem ducem et Arnestum a praelio male

14) *ius antiquum possit retinere.* Ann. Saxo p. 390. *more antiquorum vellet retinere. Vrs.*

15) *Quedlingaborg.* Adelboldus p. 802. *Quadragesima finita — rex, qui Teleborg* (falso) *pascha celebrat. Wa.*

Digitized by Google

male pugnato revertentes regiis donis honorat, priusquam 16) adminiculis consolatur. Nuncios quoque

Pergit Codex Dresdensis:

Rederariorum et horum, qui Luitici dicuntur, misericorditer suscepit 17) hactenusque rebelles munerum dulcedine promissionumque iocunditate sedavit et de inimicis familiarissimos effecit. Post haec rogationum dies a Christi fidelibus iugiter colendos, Merseburg celebrans, de aperta *Bolizlavi* ducis et *Heinrici* marchionis 18) rebellione intimatum est. Proximum Pentecostes festum in Haluerstidi a Rege celebratur. Post ad Bauuariam tendens, Heinricum auxilio Bolizlaui resistentem, primo devincere, posteaque positas a longe insidias amovere conatur. Comperit etiam ad hoc 19), quod Ernastus ab eo nuper honoratus, et dominus Bruno, frater suus, cum eo iniuste conspiraverant, ignorantes quod scriptum est 20): *Virtus consilii expers mole ruit sua.* Rex autem ob sedandam horum arrogantiam familiares suos undique secus colligens intrante Augusto 21) bona praefati comitis invadendo vastavit, eumque, ubicunque extra urbem potuit, invitum latitare compulit. Dicat aliquis, non ignorans causam tantae praesumtionis, necessario eum hoc fecisse, sublimioribus non congruere potestatibus, tam firmiter promissa cuiquam fideliter servienti subtrahere, devotionemque ceterorum abalienare. Quibus reciproco 22): non ullam in hoc seculo esse dominationem, nisi a Deo, et qui se contra eam erigat, divinae maiestatis offensam incurrat; subitaneam iniquae mentis inflationem patientiae gubernaculo debere retrahi, et cum humili supplicatione consolationem expectare sibi veraciter profuturam: satiusque arbitror esse, altius de die in diem ascendere, quam ruinam inexuperabilem subito incurrere. Libenter nepotem meum aliqua ex parte defenderem, si veritatem, a cunctis fidelibus honorandam, polluere 23) auderem. Approbata sunt in multis antiquorum proverbia: *Inveterata populi facinora parere nova mali pudoris detrimenta.* Namque patri regis genitor istius non ut miles, sed ut inimicus saepe resistit, Imperatorque 24) partem, ut ipse testatus est, ob confirmatam sacramentis gratiam adiuvit. Similiter

16) *priusquam adminiculis.* Ann. Saxo *paternisque adminiculis. Urs.*

17) *misericorditer suscepit.* Ex his luculenter apparet, haec non Merseburgi, sed Quedlinburgi, anno nimirum sequente 1003. evenisse. *Urs.*

18) *Henrici Marchionis.* sc. Bavariae, qui vulgo vocatur *Suinfurtensis*, a Suinfurto, gentilitio oppido. Genus traxit e nobilissima stirpe Francica veterum Comitum Bambergensium. Praefectus fuit limitis Bavarici versus Bohemiam, quae marca postmodum *Vohburgensis* appellata fuit. cf. Eccard in Prael. ad Geneal. principum Sax. §. 23. *Urs.*

19) *ad hoc.* Cod. Brux. et Ann. Saxo addunt: *aliam praesumtionem, scilicet quod.*

20) *scriptum est.* sc. ap. Horatium Od. III, 4. 65. *Urs.*

21) *intrante Augusto* sc. mense. Sic etiam Ann. Saxo, et Adelboldus p. 802. *Urs.*

22) *reciproco.* Cod. Brux. *respondeo.*

23) *polluere.* Cod. Br. *veritati — contraire.*

24) *Imperatorque.* non, ut editiones habent, *Imperatoris. Urs.*

Digitized by Google

militer et iste usque in finem ultimi Ottonis ei fidelis erat, seniorique suo usque ad haec infelicia strenue ministrabat tempora. Sed et regi secreto mentis latebat repostum patris, suique zelus infinitum. 25) Spero autem, quod hoc omne pro amore Christi inultum semper 26) relinqueret, si hunc tam crudeliter et cum caeteris sibi contrariis aperte sibi renitentem non cerneret. *Heinricus* marchio quamvis in hoc crimine solus culpabilis appareret, tamen absque consilio aliorum hoc primitus non aggreditur; et quia pro magno dedecore in hoc seculo proditor habetur, maluit hoc conscientia gementi celare, quam sui damnum aliorum augere detrimentis, et ob haec qui prius viriliter suam ab hoste defendere studuit patriam, tunc aperuit huic in rapinam, mittiturque 27) ei clam a Bolizlauo auxilium nihil sibi omnino proficuum. Venienti autem tunc regi ad locum, qui *Hatheresburgili* 28) dicitur, omnem thesaurum suum se praecedentem, *Maganus*, comitis praedicti miles, cum suis corripit, actum intra se dividentes 29), ad *Amardelam* 30) civitatem laetus revertitur. Quos Rex pone insecutus possedit 31), compositisque bellorum instrumentis, eos vitam solum reddita urbe et praeda fidis intercessoribus postulare compulit. Tunc destructa penitus eadem, divisaque inter suos Poleniorum multitudine, Rex inde ad *Crusni* 32) castellum, in quo frater comitis Heinrici, *Bucco* 33) nomine, dominam suam *Gerbergam* cum filiis custodire debebat, proficiscitur. Exercitum autem undique secus circumsedentem, Heinricus comes cum suis exterius impugnabat, quosdam vulnerans, aliosque incaute frumentum equis congregantes perimit. Quod ne amplius fieri potuisset, Rex curiose praevidit, positis 34) militibus quadringentis, hostemque secretiora cuiusdam vallis 35) petere

25) *Zelus infinitum.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *suusque zelus non bonus et par odium.* Reinecc. et Maderus *scelus.* cf. Ind. latin. *Wa.*

26) *semper.* Sic Cod. Dr. recte, non, uti et Vrs. exscripserat *saepe.* *Wa.*

27) *tunc aperuit huic in rapinam, mittiturque.* Ita Cod. Dresd. Haud recte videns Vrsinus cum aliis dederat: *ruinam. Mittitur* cet. *Wa.*

28) *Hartheresburgili.* Burgum perantiquum, et olim munitissimum destructum est an. 1650. Iam est praefectura in principatu Guelferbytano, cui nomen est *Hartsburg.* v. Chron. Gottwic. T. I. p. 621. Ann. Saxo habet *Hatheresbrugge.* *Urs.*

29) *actum intra se dividentes.* Est locus negligentia librarii corruptus, quem Reineccius sic exhibuit: *actumque intra illos dividens.* Nil tamen proficitur hac eius emendatione ad tollendam difficultatem vel obscuritatem, sensu enim destituitur. Forte ita legendum est: *Actutum intra se dividens,* tam cito, quam poterat, praedam inter suos divisit. *Urs.* — *Actutum* habet etiam Leibnitius in Emendatis. *Wa.*

30) *Amardelam.* Nunc dicitur *Amerthal,* pagus in Palatinatu superiori, haud procul ab Amberga situs. Chron. Gottwic. T. I. p. 716. *Urs.*

31) *possedit.* Cod. Brux. *circumsedit.* Ann. Saxo: *obsedit.* *Urs.*

32) *Crusni.* Sic Dresd. Est oppidum in principatu Baruthino, *Creusen.* v. Chron. Gottwic. T. I. p. 715. Hoenii Lexicon topograph. circuli Francon. p. 235. Ann. Saxo legit *Crunzi.* *Urs.*

33) *Bucco.* In hist. S. Emmerani Lib. I. c. 16. dicitur Burchardus. *Urs.*

34) *positis.* *praesidio* addit Ann. Saxo.

35) *cuiusdam vallis.* Haec editiones non habent. In Dresd. adsunt, uti in Ann. Saxone. *Urs.*

Digitized by Google

petere loca coëgit. Quem ibi castra metantem rustici unius incontinens lingua custodibus prodidit. Hi autem medii fervore diei illo latentibus tendentes insidiis, ut primum castra visis agnovere tentoriis, alta voce per Kirieleison socios convocantes, hostes, relictis ibidem omnibus suis, capto solum *Ernasto*, effugarunt. Reversi tunc iidem ex magna parte tristes, efficiunt consodales admodum laetantes, praesentatoque regi captivo, capitalis sententia a iudicibus decernitur 36), quae Magontini archipraesulis Uuilligisi intercessione supplici, et quae regi placuit, redemtione amovetur. 37) Tunc audita senioris sui fuga, Bucco comes gravi dolore concutitur, ac quid sibi tunc foret faciendum, socios consulit. A quibus diversa percepit responsa. Quidam dixerunt, ob fidem 38) seniori suimet promissam, ac ignaviam perpetuo eis imputandam, mori malle, quam urbem cum tali pignore regi unquam dare; superstite adhuc seniore suo auxilium semper sperare profuturum. Alii autem, qui plus sapiebant, aquae 39) torrenti et homini potenti arduum esse testabantur resistere, devictos raro aut nun- 375
quam promereri veniam, incolumes et nullo se tunc vulnere tardatos, cum Domina suimet caeterisque bonis ac hospitibus abeundi licentiam apud regem imploraturos affirmabant. Horum, ut opinor, consilio custos eiusdem civitatis Bucco cum Ottone, germano suimet dominae loquitur 40), eiusque suffragiis urbem regiae potestati tradidit, ipse autem cum omnibus sibi commissis securus abiit. Confestim civitas radicitus dirui a rege iubetur; sed parcentibus huius rei auctoribus magna ex parte cum aedificiis servatur. Interim cum Rex Heinrici comitis urbem, Crusni vocatam, possedit, Bolizlauus eum in aliquo laedere summopere nisus, clam exercitum colligit, et per nuncios suimet *Guncilinum* fratrem hortatur, ut memor firmae promissionis urbem Misnensem suae redderet ditioni, amicitiamque renovaret pristinam. Ille autem sciens, istius ingressu a gratia Regis, et a demanio 41) tali se penitus exclusum fuisse, mandatis talibus respondet: *Omnia, quae praeter haec a me expetis, frater, libenter impendo, et si unquam haec faciendi opportunitas accidit, non recuso. Sunt mecum Senioris mei satellites* 42), *qui talia non patiuntur, et si hoc publicatur, vita mea*

36) *decernitur.* Cod. Leibnitianus: *Capitali sententiae adiudicatur a iudicibus, qua* etc.

37) *amovetur.* Ann. Saxo et Cod. Brux. *liberatur.*

38) *ob fidem.* Sic recte Dresd. et Ann. Saxo. Editiones sine sensu: *obsidem.* *Urs.*

39) *aquae torrenti.* Sic aperte Dresd. Miror, omnibus ante me placuisse pro *aquae* — *atque.* *Wa.*

40) *dominae loquitur.* Ann. Saxo p. 392. *Cum Ottone germano sub Domnam alloquitur.* *Urs.*

41) *demanio.* Cod. Dr. proprie habet *demonio*, at incuria librarii hoc factum fuisse manifestum est. Beineccius substituit domino, quem secuti sunt reliqui, minus apte. Alias vocem scribunt *domanium*, *domagnium*, *demenium* pro *dominium*. Gallis *Domaine*, et significat principale feudum quoddam, unde cetera pendent, et cui fidem praestant et homagium. v. Adelung Glossar. T. III. p. 63. 186. 203. Guncelinus hoc verbo possessionem Marchionatus Misnensis aperte denotat, uti ex Ann. Saxone patet: *Qui sciens ingressu illius a gratia Regis et dignitate sua se penitus excludendum.* *Urs.*

42) *satellites.* Milites Caesarianos intelligit, qui aderant, ut Marchiam urbemque Misnensem ab excursionibus hostium, inprimis Soraborum et Polonorum defenderent. Quinam has cohortes auxilia-

Digitized by Google

mea cum omnibus, quae possideo, periclitatur. Hac legatione accepta Bolizlaus internuntios custodiri et legionem ad Albim properare iussit. Hic qualitatem vadorum secreto perquirens, mane facto ipse subsequitur, et ad *Strelam* civitatem, quia suae dos erat filiae 43), demandat, ut nec sibi quicquam timerent, neque cum clamore illato convicinos de hac re certos efficerent. Nec mora, exercitus iussu ducis in quatuor dividitur et ad *Cirin* castellum 44) vespere conveniri praecipitur. Duae autem phalanges praemissae, ne sui aliquam a marchione 45) molestiam paterentur providere studebant. Totus hic pagus, qui *Zlomizi* 46) dicitur, optime tunc excultus, in una hac die igne, gladio et habitatoris eductione flebiliter desolatur. Sed qualiter is, qui omnes crebro fallere solebat, a quibusdam, qui in *Mogilina* 47) urbe sedebant, deluderetur, memorare libet. Hi cum a legione ad eos missa impugnarentur, *cur sic facitis?* inquiunt. *Vestrum seniorem optimum scimus, et hunc nostro praeponere volumus, tantum praecedite, et nos cum familiis et possessionibus universis subsecuturos non dubitate.* Talia orantes non amplius vexabant hostes, et seniori suo hos adventare pro certo nunciabant. Sed cum commilitones ad condictum sero confluere locum, hosque domi sedere dux cerneret, multum irascitur, et mendacibus sociis poenas minatur. Postera luce orto iam sole praeda innumerabilis praemittitur, et magna pars hostium Albi immergitur. Caeteri domum redeuntes inlaesi dividunt praedam, seniori suo optima quaeque assignantes. Non fuit minor captivorum numerus, quam tria millia, et ut praesentes affirmabant, multo amplius. 48) Heinricus vero comes se An. 1004.
iam defecisse animadvertens, ad urbem *Crana* 49) dictam properat, ibique *Sifridum*, filium

auxiliares fecerint, et quotiescunque recentes priores exceperint, fusius docui in vers. Germ. p. 283. *Urs.*

43) *dos erat filiae.* Hermannus Marchio Misnensis, Boleslai, Ducis Poloniae filiam an. 1003. in matrimonium duxerat, cui urbem *Strelam* in dotalitium dederat. Balbinus in Misc. hist. regni Bohem. Dec. I. Lib. IV. P. 2. p. 11. hanc Hermanni coniugem falso pro filia Boleslai, ducis Bohemiae habuit. *Urs.*

44) *Cirin Castellum.* Nunc *Zehren*, pagus non multum ab urbe Misna distans. Castellum iam olim dirutum. Ann. Saxo *Zirin.* *Urs.*

45) *marchione.* sc. Misnensi. *Urs.*

46) *Zlomici.* Sic h. l. in Cod. Dresd. In principio huius Chronici *Glomaci* dicitur, et in Ann. Saxone *Glumici.* *Urs.*

47) *Mogilina.* Ann. Saxo *Mogolina.* Hodie *Mügeln* prope Wurcenam. *Urs.*

48) *multo amplius.* Quae h. l. Ditmarus vere et accurate refert, an. 1004. decurrente et ineunte sequenti evenerunt. *Albinus* igitur in Chronico terrae Misn. tit. X. p. 119. Tit. XX. p. 260. qui annum 1010. posuit, et *Fabricius* in Annal. Misn. qui ad an. 1017. refert, emendandi sunt. *Urs.*

49) *Crana.* Iam *Cranach* s. *Cronach*, oppidum Franconiae. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 715. *Hahn deutsche Reichshist.* T. II. p. 185. *Hoen* Lexic. topogr. circuli Francon. p. 13. *Urs.*

Digitized by Google

filium comitis *Sigifridi* 50) iuvenem, auxilio se expectantem collato inveniens, nec sibi neque huic ullam in rebellione spem in his partibus promisit. Tandem cum eo multa locutus eandem incendit, atque ad Boëmiae tunc invasorem Bolizlauum cum domino *Brunone* residuisque fautoribus concessit. Sifridus vero 51) spe palam resistendi frustrata non eos comitatur, sed de futura commissi emendatione certus revertitur. Rex autem ad Cranam hostem insecutus fugientem lenivit in hos suimet animum, quod agnovit se inimicum in destruendis praeoccupasse. Misit tunc *Heinricum* 52) Uuirciburgensis (ecclesiae) episcopum, et *Erkanbaldum* Fuldensis coenobii abbatem, ut *Suinuordi* 53) castellum incenderent atque diruerent. Quos adventantes Heinrici comitis inclita mater *Eila* nomine, ut talibus decebat personis 54), suscipiens et salutans, ut praecepta intellexit regalia, perturbatur, concitoque cursu ad ecclesiam properans, ibidem ignis concremationem prius sustinere, quam hac comburente viva vellet exire, testatur. Unde seniores praefati ob Christi amorem seculares postponendo timores decretam mutabant sententiam, murosque urbis ac aedificia solotenus frangentes, tristem matronam his mulcebant promissis, si quando cum gratia regis id fieri potuisset, hoc totum ex sua parte se renovaturos. Rex autem devastata omni comitis proprietate, et cum beneficio late divisa, ad *Bauanberg* venit, ibique exercitu suo bona cum pace dimisso, nativitatem Dei genitricis 55) solemnibus celebravit gaudiis. Inde profectus ad sylvam *Spehteshart* 56) nuncupatam, laborem expeditionis delinivit suavitate venationis. Completa ibidem autumnali iocunditate per Franciam transiit ad Saxoniam, indicens his proxima hieme 57) suam ad *Milzieni* expeditionem. Post haec
An. 1004. Natale Domini in *Palithi* more priorum divinitus ac humanitus honorando peregit.
A. S. Deinde ad *Thornburg* veniens Uuilligisum archipraesulem cum caeteris familiaribus ad *Gisilerum* misit archiepiscopum, tunc nimis infirmum, ut memor Domini, quicquid in destructo Merseburgensi episcopatu hactenus deliquit, hunc resumendo, iniustamque sedem

50) *Sigifridi*. Comitis a Ringelheim. v. Leibnitii Introd. in P. I. scriptt. rerum Brunsvic. n. 14—16. *Urs.*

51) Eadem pagina octavum Werneri Episcopi nomen fol. 91. et 92. adscriptum legitur. *Urs.*

52) *Henricum*. Comitem a Rotemburg, secundum Meibomium in notis ad Gobelinum Personam p. 361. *Urs.*

53) *Suinuordi*. *Suinvurt*, *Suinfurtum*, *Suevofurtum*, quia ibi Suevi cum Tiberio imperatore in Rhetiam transierant, in pago *Grabfeld*, urbs perantiqua, de qua *Schannat* Tradit. Fuldens. p. 49. 201. *Eccardi* hist. geneal. princ. Sax. super. in praef. §. 13. fol. 13. *Hoenii* Lex. circuli Francon. p. 530—532. consulendi. *Urs.*

54) *decebat personis*. Hoc vitium sustulit Reineccius: *decebat personas*, quod iam olim Ann. Saxo fecerat. *Urs.*

55) *nativitatem Dei genitricis*. Dies est VIII. Septembris. *Urs.*

56) *Spehteshart*. *Spessart*. Adelboldus in vita S. Henrici Imp. ap. Leibnit. T. I. p. 437. silvam hanc appellat *Speicheshart*, quae Bavariam a Franconia separat. Idem dicit Ann. Saxo. *Urs.*

57) *proxima hieme*. Ann. Saxo et Cod. Br. addunt *transacta*. *Urs.*

Digitized by Google

ſedem relinquendo, in ultimis ſaltem emendare voluiſſet. Hunc 58) primo propter
374 *Hermannum*, quem ſibi idem ſemper in regno ſummopere conatur praeponere, odivit; poſteaque data huic ſuimet gratia inter familiariſſimos habuit, commiſſisque ei omnibus in Saxonia ſuimet proprietatibus, fidelem in his perſenſit proviſorem, multa, quae tunc ſuae arridebant voluntati, per eundem complens. Tandem zelum Dei amplius ferre 59) non valens, perfecto hunc perſecutus odio, hos, ſicut praedixi, nuncios miſit. Quibus vix talibus reſpondit: *Dentur mihi trium vel quatuor induciae dierum, et mihi liceat abire: quibus transactis certa vobis referam.* Hoc apud regem impetrans, et in curru, ut diu tunc ſolebat, exiens, ad *Thriburi* 60) curtem ſuam venit ibique duos commoratus dies VIII. Kalend. Februarii migravit ab hoc ſeculo. Quo audito Rex corpus archiantiſtitis praecedens usque ad Magadaburch ſubſequitur, praemittens eo capellanum ſuimet *Uuigbert*, ut de electione *Taginonis* unanimem confratrum voluntatem impetraret. Sed praepoſitus eiusdem civitatis *Uualtherdus* nomine, convocatis in unum confratribus univerſis, obitum Senioris et adventum Regis pariter indixit, obſecrans, ut invicem unum aliquem inquirerent, cum quo antiquam eligendi conſuetudinem retinerent. Cui ab omnibus illico reſpondetur, eundem ſe communiter velle in dominum, divina ad hoc ſavente gratia, habere. Hoc cum magna, ut decuit, humilitate idem ſuscipiens veniam proſtratus petiit. Delatum eſt corpus archiepiscopi ad ſanctum Iohannem 61), ibique proximam noctem dignis ſervatur honoribus. Poſtera autem die cum ad ſanctum portaretur Mauritium, adveniente tunc ibidem rege, ab eo omnique clero et populo ſuscipitur, ſecundamque noctem diligenter cuſtoditur. Mane iam facto *Arnulfus* episcopus a rege ad confratres, et ad milites 62) admodum triſtes, gratia Taginonem eligendi, mittitur. Cui legationem ſuam cunctis ordine pandenti Uualterdus reſpondens prae omnibus: *ſcimus*, inquit, *quid veſter Senior intendat. Volumus, ſi licet fieri, poteſtatem habere eligendi; et cunctis praeſentibus his, me, quamvis indignum, voluerunt in vacuum ſuccedere, ut ipſi poteſtis probare. Detrimentum eccleſiae fieri noſtrae multum veremur, quod ne eveniat, regiam pietatem ac veſtram petimus interceſſionem. Non ſumus* imme-

58) *Hunc.* ſcil. Giſilerum rex Henricus. *Urs.*

59) *amplius ferre.* Cod. Leibnit. ita: *Tandem vero zelo Dei inſtinctus iniuſtitiam tantam amplius ferre* cet. Idem eſt ap. Ann. Saxonem. *Urs.*

60) *Thriburi* al. *Troibern*, caſtellum nunc dirutum non multum a Thornburg afuiſſe ſuspicor, et ex hac ipſa relatione et ex *Felleri* monumentis ineditis p. 18. *Urs.*

61) *ad Sanctum Iohannem.* i. e. in monaſterium Bergenſe prope Magdeburgum. *Urs.*

62) *milites.* Cod. Leibnit. et Ann. Saxo habent *miniſteriales.* Absque dubio miniſtros intelligit, quos ex nobilitate archiepiscopus Magdeburgenſis ſecum in aula habuit, ut certas demandati officii vices exſequerentur. — Arnulfus episcopus, qui a rege miſſus erat, ut electioni novi archiepiscopi Magdeb. intereſſet, non Ravennas, uti Sagittarius in Antt. Magdeb. p. 245. exiſtimat, ſed Halberſtadienſis episcopus fuit. *Urs.*

Digitized by Google

immemores proverbii cuiusdam sapientis: Libertatem populi, quem regna coercent, libertate dominantis perire, tantumque eius umbram 63) *servari, si cunctis eiusdem velit obtemperare praeceptis.* His dictis 64) praesul egressus regiis omnia instillavit auribus; qui mox praepositum vocans multumque ei promittens, et sui licentiam ac consociorum 65) in electione Taginonis gratiam acquisivit. Confestim in maiorem convenientibus ecclesiam cunctis Rex baculo Arnulfi praesulis clerum et populum *Taginoni* venerando patri, cum redditura summo iudici ratione, commisit, eundemque in cathedram episcopalem ipse constituit, adstantibus universis et laudes Deo canentibus. Celebrata pro defunctis memoria corpus archiepiscopi coram altari australi sepelitur.

Sed antequam ad nostrae sedis renovationem perveniam, libet quaedam de praefato viro, qui tunc ordinandus erat, disserere. Fuit hic egregii clericus *Uulfgangi*, qui Ratisbonensem pius pastor habitu et conversatione monachus rexerat ecclesiam. Huic tam carus erat iste, ut in vice filii a puero nutriens, eundem iam adultum bonis suimet omnibus praefecisset. Insuper ducis et imperatoris gratiam in tantum ei acquisivit, (ut,) si quando se de hac luce divina iussione subtraheret, hunc sibi successurum non dubitaret. Consummato tunc huius exilii cursu Wulpo 66) in sanctitate admirabili, venerabilis antistes cum iam usque ad mortem aegrotare coepisset, accersito ad se dilecto Taginone, *pone*, inquit, *fili, os tuum super os meum, accipiens a Domino insufflationem spiritus mei, ut ubicunque ardore iuventutis incalescente in gemina charitate sis frigidus, a summa potestate meique benevolentia temperamentum accipias, et si meis honoribus forsitan privaberis, post bis quinos solares annos, cum mea apud Dominum tuo commissa, maioribus pro certo laetaberis.* Post haec vir sanctus cum finem suum adesse 67) in spiritu praesciret, iussit se in ecclesiam portari, expletisque ab eo orationibus caeterisque, quae a fratribus facienda erant, se cum sibi commissis Deo commendans pridie Kalend. Octobris sanctum emisit in pace spiritum. 68) Electus ille ab universis ad Imperatorem venit, sed promissa non percipit, dato tunc ab Imperatore episcopatu capellano suimet *Gebehardo*. Committitur huic iste fideliter, et quamvis ab eo honorabiliter haberetur, tamen quia bonum

et

63) *umbram.* Editiones sine sensu *verbera.* Vocabulum hoc in Cod. Dresd. obliteratum, sed ex residuis literarum vestigiis *umbram* facile agnovi, quam et Ann. Saxo habet. *Urs.*

64) *His dictis.* Ann. Saxo et Brux. *auditis.* *Urs.*

65) *consociorum* et paullo post *acquisivit.* Cod. Br. et Ann. Saxo eorum loco *fratrum — impetravit.* *Urs.*

66) *Wulpo*, in Cod. Dr. erasum, a secunda manu restitutum est. *Wa.*

67) *adesse.* Excidit in editt. Restitui ex Cod. Dr. *Wa.*

68) *emisit spiritum.* Wolfgangus episc. Ratisbonensis obiit 994. Numero sanctorum eum inseruit Leo IX. P. M. an. 1050. *Urs.*

Digitized by Google

et malum non ſunt ad aliquid 69), non longum tempus cum eo ob morum ſuorum
575 inaequalitatem verſatur. Adhaeſit namque ilico (Tagino) Heinrico tunc Duci, et propter caſtitatem mentis et corporis ei complacuit, ac usque ad hanc diem, quam praefatus ſum, malis moleſte, bonis accepte perdius et pernox ei ſervivit, Deo et hominibus ſua ſpecialiter impendere ſatagens; completurque ob hoc a rege, propter ſancti viri ab eodem unice dilecti amorem 70), veridicum eiusdem vaticinium, decurſis tunc, ut ipſe dominus Tagino ſaepe mihi retulit, decem annorum curriculis. Qui cariſſimum ſuimet dominum ac reginam cum omnibus conſociis, multiplicibus, ut decuit, honorat muneribus, nequaquam ſuae benignitati ad hoc ſuppetentibus. Inde Rex cum eodem ad caſtellum ipſius nomine *Guukanſten* 71) pergens, omnia, quae ibidem ab Giſilero antiſtite collecta ſunt, ſingulariter perſpicit, et haec eſſe ſuperflua teſtatur. Dehinc Merſeburg diu paſtore ſuo viduatam conſolationis gratia adiens, tandem priſtinis reſtitui honoribus quam maxime conatur. Ibi tunc Tagino venerandus IIII. Non. Februarii, idem *Yppapanti* 72) domini, id eſt, obviatione iuſti Simeonis, accepta ab *Hilderico* antiſtite 73) licentia, qui primus horum in ordine fuit confratrum, a Uuilligiſo archipraeſule Magontino conſecratus eſt, praeſente rege ac Romano nuncio, omnibusque coëpiscopis ad haec faventibus. Et quia is, ut ſcriptura eius teſtatur, ab ſolo ordinandus Apoſtolico, huc venire propter inſtantem neceſſitatem non potuit, ibidem ſacri chrismatis delibutione tertium 74) implevit numerum, *Uualtherdo*

69) *non ſunt ad aliquid.* Cod. Dresd. et Ann. Saxo exacte reſpondent. Leibnitius textui ſuo ſubiecit: *id eſt, bonum et malum non ſunt relata, ſed oppoſita.* Quia ſententiam hanc in Gebhardi reprehenſionem protulit, ne inſolentiae ſuspicionem incurreret, Ditmarus iſti de induſtria aliquas tenebras offudiſſe videtur. Tritum eſt illud: *Contraria iuxta ſe poſita magis elucescunt. Urs.*

70) *amorem.* Leibnitii codex addit: *quippe qui nutritor ipſius Regis extitit*, et Ann. Saxo: *nam et nutritor ipſius Regis fuerat. Urs.*

71) *Guukansten.* Ann. Saxo *Guvikinſtein*, Reineccius recens nomen Gibichenſtein. v. ſupra Lib. III. *Urs.*

72) *Yppapanti.* Sic Cod. Dr. rectius: **ὑπαπαντή**. Ann. Saxo loco eius, ſed minus recte ſubſtituit *in Epiphania Domini*, eſt enim feſtum purificationis Mariae. *Urs.*

73) *Hilderico antiſtite.* ſcil. *Havelbergenſi*, quem ſi Sagittarius ſatis cognitum habuiſſet, nomen eius non in dubium vocaſſet, neque Hildewardum episcopum Cizenſem ſibi finxiſſet in Antt. Magdeburg. p. 248. *Urs.*

74) *tertium.* Lectio in exemplaribus Reineccii et Leibnitii: *ibidem ſacri chrismatis delibatione tunc civium implevit numerum*, corrupta eſt et obſcura, quod iam Sagittarius l. modo laudato monuit. Discutit caliginem Cod. Dresd. qui pro *tunc* habet *tertium*, quod Leibn. in variantibus habet, et in Ann. Saxone etiam legitur. At alias offudit tenebras Ditmarus novo et ex ingenio recens formato vocabulo *delibutionis*, quod a verbo *delibuere*, ſed minus accommodate effinxit, quia ſordida quaedam notio voci adhaerere mihi videtur. Ceterum Annal. Saxoni idem placuit, Sagittarius ſubſtituit *delibatione*. *Urs.*

Digitized by Google

therdo post se omnem committens episcopatum. Rex autem, quo semper esurivit atque sitivit iustitiae cibo, gestiens tunc satiari, quia aliter non posse fieri apud Arnulfum praesulem sciebat cum centum concambio mansorum super solum Merseburgensem burgwardum episcopalem redemit bannum. 75) Quicquid autem a carissimo Taginone exposcerat, bonae voluntatis abundantia hoc largiente perceperat. De Misni atque de Citici episcopatibus decretum regia potestate ad integrum redire, quod antiquitus hinc demtum, voluit explicare; unde his versibus praeludo Christi odas concinentibus.

Chro-

75) *redemit bannum.* Burgwardii nomine proprie urbis Merseburgensis territorium cum agris, villis, aliisque proprietatibus ad eam pertinentibus designatur; praecipue vero id vocabulum h. l. nil aliud significare potest, quam iurisdictionem superiorem et inferiorem a Caesare Comiti in hac urbe ab initio commissam, sive potestatem ius ibi dicendi. Idem valet *Bannum.* Multiplex huius vocis notio me quidem non fugit, hoc certe loco *bannum episcopale* non aliter explicari potest, quam de Iurisdictione, eaque *territoriali*, posthac per episcopum Merseburgensem exercenda. Praeterea haec res coniecturarum Sagittarii l. c. p. 250. non egebat; iste enim contractus permutationis minime, ut Sagittarius contendit, cum Arnulpho, episcopo Ravennate, sed cum Arnulpho Halberstadiensi sancitus erat, quippe qui ex dissipatione Giseleriana amplam episcopatus Merseburgensis partem olim acceperat. *Urs.*

Digitized by Google

Chronici Dithmari
Episcopi Merfepurgii
Liber VI.

De restitutione episcopatus Merfeburgensis. 76)

O Sol iustitiae fulges super omnia, Christe!
Adventu primo mundum redimensque secundo,
Cum patre plasmator, dissolvens examinator,
Solus pro variis dispensans praemia factis
Humano generi, sceleris per prona labenti,
Vera dies, lucem tu nunc benedicito talem,
Qua pius ecclesiam visitasti despoliatam.
Mersburg te laudet, de tuis munere gaudet,
Eius et nati, pastores ac renovati
Persolvant grates tibi nunc ex corde fideles.
Inclite rex regum modo suscipe fasma 77) tuorum.
Clemens Heinricum de coelis respice servum,
Et contectalem suimet defende fidelem,
His tua pro parvis bona praestans maxima donis.
Vivat in aetherea Taginonis spiritus aula.
Vualtherd et Gero valeant in fine beato.
A Christo salvi sint omnes, atque locandi
Sedibus Elisiis, te, Mersburg, qui pietatis
Affectu, dextris exaltavere benignis.
Omnia qui primus regis Deus atque supremus
Hanc moderare, tuo queat ut subsistere remo,
Eius custodes tua sint praecepta sequentes,
Hostes nil valeant, conversi sed bona reddant.
Sis rogo propitius, qui destructor fuit huius.

Insu-

76) *Merseburgensis.* Titulus huius libri calamo recentiore scriptus est.

77) *fasma.* Hoc vocabulum apud scriptores medii aevi idem valet, quod *lingua*, inprimis *balba*, s. sermo more infantum balbutientium. *Urs.*

Digitized by Google

Insuper et cunctis, qui subvenere 78) malignis,
Da veniam, laeti quo spectent certa futuri.
Urbs Uuormacensis gaudet temporibus istis
Libertate sua, cuius manebat in umbra
Hactenus, atque ducum fuerat sub lege suorum.
Burchard antistes laetatur et inter heriles
Ex animo proceres, quod non timet amplius hostes.
Nunc ex contiguo longe semotus ab illo. 376
Aula Ducis domini domus est iam praeclua Christi,
Et iudices varios clerus nunc deprimit illos.
Hoc Rex Heinricus fecit pietate chorufcus
Hanc propriis solvens rebus Christoque remittens.
Annuit ista pius Otto 79) dux atque benignus
Munere regali concessit abunde teneri;
Ex hoc laetantes sint semper quique fideles. 80)

* * *

An. 1004. A. S. **P**ost salutiferum intemeratae virginis partum consummata millenarii linea numeri et in quinto cardinalis ordinis loco, ac in eiusdem quartae initio hebdomadae, in Februario mense 81), qui purgatorius dicitur, clarum mane illuxit seculo, et Heinricus Dei gratia

78) *subvenere.* Sic Dresd. non *subvertere*, uti collector variantium in bibl. elect. Dresdensi legerat. *Urs.*

79) *Otto.* Dux Austrasiae, s. Alsatiae et Lotharingiae, secundum Leibnitium et Conringium. *Urs.*

80) *fideles.* In editionibus ante me editis hi versus epilogum praecedentis libri faciunt. In Cod. explent folium inter utrosque libros separatum; et in Cod. Leibnitiano addita erat clausula: *explicit prologus, incipit liber sextus;* hinc titulum libri VI. ante hos versus ponendum esse bene ille monuit. Conringius tr. de urbibus Germanicis Helmst. 1652. §. 114. hanc de his versibus tulit sententiam: *Auctor eorum erat illustri genere, et dignitate episcopali conspicuus. Versiculi quidem barbari, in testimonium tamen hic adduci aptissimi, quod Wormatiae urbis fatum exponant, consensu scilicet Ottonis ducis Wormatiense oppidum erat concessum episcopo. Urs.*

81) *in quinto cardinalis ordinis loco, ac in eiusdem quartae initio hebdomadae in Februario mense.* Locus intricatus, qui, quomodo expediendus sit, operae pretium est, audire *Ursini, Kinderlingii* et *Wedekindi* sententias. Et primo quidem I.) Ursinus latinae huic editioni adscripsit haec: Vignolius, teste Leibnitio, in aerae huius 1005. definitione nimis affectata errorem deprehendisse credidit, et an. 1004. substituit, quod ego in medio relinquo. Quia vero quarta anni hebdomada in Februarium cadere nequit, Cod. Dresd. lectio: *in eiusdem quartae initio*, falsa et errore librarii corrupta videtur, et ita emendanda: *quintae initio hebdomadae.*

Prodeat II.) *Kinderling*, qui in *Allg. Lit. Anz.* 1800. n. 178. mentem ita exposuit suam: Initio libri VI. anno 1005. restitutus episcopatus Merseburgensis dicitur, qui tamen 1004. esse debet, uti Vignolius coniecerat, et secundum eum emendaverat Leibnitius. *Sollerius* in Comment. de Henrico II. in Actis Sanctor. Iul. III. idem pluribus demonstravit, inprimis ex quibusdam sequentibus ipsius Ditmari locis. Aliter si esset, *Wigbertus* per 5. annos episcopus Merse-

Digitized by Google

gratia rex, antecessorum naevum suorum cupiens emundare, sibique veniam 82) promereri aeternam, dispositis secundum suimet placitum ad hoc pertinentibus cunctis, perrexit ad domum suam, ubi se corporaliter semper solebat reficere, ut ibi desiderato diu alimento paululum recrearetur in mente; convocansque ad se omnes regni primates, dedit episcopatum sanctae *Merseburgensis* ecclesiae Capellano suimet, nomine *Unigberto*, cum archiantistitis baculo Taginonis, cum quo ipse, quicquid antecessor suus iniuste de hac auferre praesumsit ecclesia, renovationi eiusdem arridens reddidit, consentiente his *Arnulfo* praesule, *Eido* quoque et *Hillinuardo* episcopis, quibus dioecesis illa fuit divisa, ac omni populo applaudente. Ductus mox cum divina iubilatione ad sedem suam Uuigbertus, eodem die ab archiepiscopo suimet Taginone, et a confratribus *Hillerico* et *Unigone* cum praedictis coëpiscopis consecratur. Interim *Bolizlavus* suo furore et comitis Heinrici instinctu magnam vim Bauuariis omnibusque conci- An. 1004. Chronogr. Saxo.

Merseburgensis esse non potuisset. Conferri etiam potest *Sagittarii hist AEpiscopat. Magdeb.* Lib. III. c. 3. in *Boysenii allg. hist. Magazin* St. I. S. 252. ff. Vrsinus p. 300. vers. Germ. diploma novae institutionis Henrici II. laudat ex *Strafsii Diss. de Rudolpho Suev.*, qui tamen subscriptionem diplomatis, quae maximum h. l. momentum habet, omisit. Plenius et cum veri temporis notatione ea exstat in *Luenigii Reichs-Archiv Part. Spec. Contin.* II. p. 760. (Magdeb. VI. Kal. Marcii anno 1004. Heinrici regis tertio.) Maxime probabilis igitur Ditmari emendatio haec est, ut transpositionem numerorum factam esse statuamus. Numerus *anni* debebat esse *quarto*, numerus *hebdomadis quinto*.

Audiendus denique Ill. *Wedekindus* cuius de hoc loco nostro sententiam in *Allg. Lit. Anz.* 1801. n. 163. et 166. propositam latinis verbis dedi. In hoc, inquit, difficili loco Vignolio, Leibnitio aliisque veri simillimum visum est hoc, ut, cum necessario de anno 1004. sermo sit, numeri transponantur, ideoque legendum sit: *in quarto — ac in eiusdem quintae initio.* At vero hic mensis anni 1004. quintam hebdomadem non habuit, si nempe, more medii aevi Chronistarum, qui solam diei dominicae literam sequuntur, *plenas* integrasque hebdomadas respiciamus. (Ipse Ditmarus plenis utitur septimanis initio sequentis Libri VII. nisi enim hoc sumas, dies coronati Imperatoris in quartam septimanam incidisset.) Nisi vero me omnia fallunt, nodus iste ita solvetur: Numerus *quinto*, ad annum relatus, sine dubio cubat in mendo. In quo si Ditmarus ipse humani aliquid passus est, fieri tamen non potuit, quin, ut primum locum relegeret, errorem animadverteret. Quoniam vero lituram in ipso contexto facere noluit, margini adscripsit *quarto*. Librarius vero, cum asteriscum vel desideraret, vel negligeret, legendum sibi etiam *quarta* putavit, et vocula *eiusdem* temere inserta hebdomadi iunxit. — *Initium*, vel *caput hebdomadae* est dies Solis, uti *caput quadragesimae* dies cinerum. Ditmarus igitur hoc voluit: „Anno 1004. (proximi) diei Dominici mense Februario." De proximo autem et primo huius mensis die dominico eum cogitasse, ex ipso temporis ordine patet. Antecedentem nempe librum narrata Archiepiscopi Thaginonis 2. Febr. (die Mercurii) 1004. consecratione finierat. — Eo itaque die, de quo Ditmarus loquitur, de restitutione episcopatus Merseburgensis conventum, pactum vero literis consignatum serius, quod saepe fieri solebat, 4. Martii editum, tum *Wigbertus* electus, et statim ab Archiepiscopo *Thaginone* consecratus est. Istam consecrationem primo memorati mensis die dominico, 6. Febr. 1004. vere factam esse ex nota infra ad p. 385. (Leibnit.) adiecta clarum fiet. Hanc vero meam explicationem haud parum firmari crediderim eo, quod narratio Ditmari sic sibi optime constat, et ipsi rei gestae accommodata est.

82) *veniam.* Cod. Brux. *praemium aeternum.* *Urs.*

Digitized by Google

concivibus suis intulit. Ob hanc causam Rex indicta prius expeditione *Milzini* fines hostiliter invasit, et ni superflua nivis effusio celeriter resoluta eum impediret, omnis haec regio habitatore vastata caruisset. Inde reversus tristis *Guncelino* marchioni caeterisque patriae defensoribus positis auxiliatur praesidiis, ac tunc Merseburg veniens fratrem suum fugisse ad Ungariorum regem veniae gratia 83) acquirendae, *Heinricum* autem incepti multum poenituisse, a fidis intercessoribus ab eo missis comperit. Quorum et maxime percari suimet Taginonis et *Bernhardi* ducis supplicationes, etsi invitus suscipiens, praefato comiti suimet gratiam ea ratione indulsit, ut praedium sibi suisque fautoribus et incolatum redderet, ipsum autem, quamdiu voluisset, in custodia detineret. Heinricus vero se nimis in omnibus culpabilem lacrimabiliter professus, more et habitu poenitentis Regi se tradidit, eiusque iussione ab archipraesule praedicto in castellum *Uucansten* 84) detruditur, diligenterque a suis militibus die noctuque servatur; ibi tunc praeter aliud bonum opus in una die psalterium cum CL. veniis cantavit. 85)

Interea Rex Italicae haud immemor iniuriae omnes suos fideles ad hanc ulciscendam hortatur, ac instanti quadragesima ipse eo cum armato milite destinavit pergere. A Merseburg tunc exiens sancti Mauricii apud Deum intercessionem itinerisque prosperitatem Magadaburg petiit. Inde per Thuringiae, Orientalisque fines Franciae transiens, ad Ratisbonam venit, ibique habito regali placito, militi suimet generoque *Heinrico* XII. Kalend. Aprilis cum omnium laude praesentium, cumque hasta signifera ducatum 86) dedit. Dehinc Augustanam urbem itinere attingens a *Sigifrido* antistite eius honorabiliter introducitur et habetur. Ibi tunc duas tantum noctes commoratus, reginae diligenti salutatione licentiam dedit ad Saxoniam abeundi, dilectoque eam commisit Taginoni. Ipse autem cum exercitu progreditur usque ad locum qui *Tinga* 87) dicitur. Ibi dominus *Brono*, frater eius, cum Ungaricis intercessoribus Regi praesentatur, et ab eo data sibi gratia misericorditer suscipitur. 88) Equidem ab archiepiscopo 377
Taginone rogatus ad praedictam civitatem veni et cum eodem redii. Venimus ad *sultum*

83) *gratia*. Sic recte Dresd. non *gratiam* quod editiones habent. *Wa.*

84) *Uucansten*: i. e. Giebichenstein. Reineccio h. l. placuit *Witgansteln*. *Urs.*

85) *cantavit*. Editores priores non habent totum locum: *Ibi tunc — cantavit*. Leguntur autem ap. Annal. Saxonem, in Cod. Brux. et Dresd. inferiori tamen margini, sed a perantiqua manu adscripta. *Urs.*

86) *ducatum*. scil. Bavariae. Henricus frater erat Cunegundae, coniugis Imperatoris. v. Aventinum Lib. V. p. 310.

87) *Tinga*. In ipso textu Cod. Dresd. manifeste legitur *Tinga*, et superscriptum *Thunga*, quo ipso nomine vicus principalis Abbatiae Campidonensis (Kempten) *Thungau* dictus, adhuc gaudet. Annal. Saxo Tongam appellat. Reineccius in Cod. Dr. *Schanga* sibi invenisse videbatur, quem reliqui secuti. *Urs.*

88) *suscipitur*. Bruno, qui post Sigifridum an. 1007. Augustensis episcopus creatus est. cf. Lambertum Schafnaburg. ad an. 1004. *Urs.*

Digitized by Google

*tum Geron is*89), ibique cum venerabili abbatissa *Hathni* Palmas solemniter peregimus. IIII. feria ad Magadaburg regina veniens coenam Domini et subsequentem dominicae Resurrectionis solemnitatem ibidem celebravit.

Rex autem per multas itineris asperitates ad *Tridentem* veniens urbem, ibi Palmarum festa colit, et exercitum nimii laboris necessitate adflictum hac celebri solemnitate paululum respirare permisit. Quem adventantem *Harduuigus* rex praesciens, ac multum expavescens ad munitiones supra memoratas nuncios probatos misit; ipse autem collectis agminibus in Veronensi planitie considens sperabat praesentia praeteritis prosperitatibus forsitan respondere. Hunc transitum *Heinricus* rex interclusum, aut vix aut nequaquam expugnandum comperit, et alio se vertens cum suis tractat familiaribus, si *Clusas* hinc longe remotas *Carentanis* auxiliantibus intercipere ullatenus valuisset. Quod consilio prudenti, quamvis arduum multis videretur, effectum est. Carentani regalibus iussis illico obtemperantes in duas dividuntur legiones; unam, quae ante ipsum diei crepusculum montem Clusis superpositum 90) occupabat, alteram, quae iam facto mane ad has expugnandas subsequitur, audito a praemissis commilitonibus signo tam vehementi, ut ex latentibus hostium insidiis audiri potuisset. Qui post tergum, ut opinabantur, securi, venientibus obviam armati properant. Sed nostri eos ex latere irruentes alios effugarunt, quosdam autem praecipitio, et in *Brenti* fluminis inundatione compellebant interire. Sicque victores Clusas usque ad regis adventum sollicite tuebantur. Hoc Rex ab internuntiis ut audivit, relictis omnibus impedimentis, optimis satellitibus exceptis, cum magna difficultate eas pertransit, et iuxta littus aquae supra memoratae in quadam grata planitie castra metatus est, ut ibidem coenam Domini et Chrismatis consecrationem, ac passionem dominicam et sanctam eius Resurrectionem summopere veneraretur. Interdicta est omnibus per bannum regalem 91) a Palatino Comite fuga, et resistentibus viriliter promittitur solatio futura. Rex autem in tertia feria aquam transiens praedictam fixis iterum tentoriis requievit, exploratores praestolans sollicite ad quaerendam *Harduuigi* hostis conversationem. 92) Langobar-

89) *saltum Geronis*, Gerenroda, olim Abbatia, nunc praefectura in principatu Anhaltino. Ann. Saxoni est *Gerenroth*. *Urs.*

90) *superpositum*. Codex noster hic lacunulam habet. Vna cum margine superiori folii 99. dimidio plus abscisso primus anterioris paginae versiculus, excepto primo eius verbo *superpositum*, paene totus periit. Secundus versus orditur a verbis *quae iam facto mane* cet. Levo hoc vulnus, quod impia quaedam manus Ditmaro inflixerat, Reineccius satis bene sic sanaverat: *occupabat alteram*. Feliciorem medicinam adhibuit Ann. Saxo p. 397. sic: *Vna ante ipsum diei crepusculum montem Clusis superpositum cum peditibus clam praeoccupabat, alteram* etc. cf. Adelboldum ap. Ludwig T. I. scriptor. Bamberg. p. 808.

91) *bannum regalem*, sive imperialem, *Königsbann*, *Reichsbann*, *Reichsacht*. *Urs.*

92) *conversationem*. Vltima syllaba paginae praecedentis in Cod. Dr. post *conversationem* est *clan*, unde coniicere possis *clan destinam*. *Wa.* — Vulnus antea memoratum pertigit necessario et ad paginam nostram, cui mederi voluit Reineccius ita: *qui cum fuit*, et post verba *ab*

Digitized by Google

dorum vero mens hactenus in malo unanimis, divinae pietatis instinctu dividitur, et ab iniusto supplantatore disiuncta, a Deo coronato regi Heinrico securum fuga patefecit ingressum. Verona primo eundem suscipiens exultat in Domino, advenisse defensorem patriae, auctorem vero abiisse totius miseriae. Huic occurrunt diu expectato *Thiedoldus* 93) marchio cum praedictis auxiliatoribus gaudens tempus advenisse, quo secretum bonae voluntatis sibi liceret huic aperire. Tunc Rex tali comitatu Brixnam veniens, ab archiepiscopo Ravennate, et ab huius sedis provisore *Ethelberone*, cum conprovincialibus suscipitur. Inde *Pergamam* ab *Arnulfo* imperatore olim devictam itinere attingens, Mediolanensem archipraesulem fide sacramentis firmata recepit. Post An. 1004. Chronogr. Saxo. haec Papiam visitans urbem ab archiantistite hoc, et a primis illius regionis susceptus, cum admirabili laude ad ecclesiam ducitur, et communi electione sublimatus in solium regale collocatur; eademque die revelatur, qua mutabilitate tótius mundi huius instabilis cursus in pronum semper volvatur. Namque inter tot gaudia 94) subito insevit 95) inimica pacis discordia, et a superflua vini ebrietate de vili causa interrupta est miserabiliter fidei connexio et sacramenti. Concives adversus noviter electum regem armantur, ad palatium properant, et maxime hi, quibus ius Heinrici displicebat, Hardunigi autem relaxatio mulcebat. Clamor ut a rege auditur, *et quid hoc esset*, explorari citius ab eo iubetur. Cui protinus respondetur, *plebeios furore subitaneo inflammatos et servili praesumptione animatos, hanc commotionem primitus incepisse, caeteros quoque omnes in detrimentum sui vel dedecus convenisse.* 96) Quos iam irrumpentes *Heribertus* Agrippinae (sedis) provisor egregius sedare conatus, de fenestra ut causam tantae invasionis inquirit, lapidum imbre et sagittarum insusione retruditur. Palatium autem ab hostibus graviter impugnatum a domesticis regis facile numerandis est viriliter defensum. Divisis etenim in plura necessaria nostris, maior vis excrevit inimicis. Tandem audito clamoris immensi strepitu, nostri gregatim ad regem properant, hostesque adhuc insanientes paululum expellunt; sed imminente iam nocte sagittis atque lapidibus obviis tardantur. Quae ad providenda urbis 97) tunc incendunt moenia. Nostri autem, qui foris erant, urbis propugnacula fortiter ascendunt, quibus hi sic melius resistebant. Ibi tum quidam egregius iuvenis *Gisilbertus* nomine, frater reginae, a Longobardis vulneratus oppetiit, et consociorum tristitiam vehementer adauxit. Quem

ab iniusto supplantatore inseruit: *auxiliaris manus.* Sed totum locum ex Annal. Saxone in textum recepi. *Urs.*

93) *Thiedoldus Marchio.* Annal. Saxo *Thiadolfus*, Adelboldus: *Tietboldus. Urs.*

94) *inter tot gaudia.* Cod. Brux. et Ann. Saxo: inter tot concordiae gaudia. *Urs.*

95) *insevit.* Sic vere Cod. Dr. Ann. Saxo *fremuit.* Cod. Brux. *infremuit.* Ursinus exscripserat *immiscuit*, ego vero rectius vidisse puto *insevit*, i. e insaevit. *Wa.*

96) *convenisse.* Cod. Br. et Ann. Saxo *se illis coniunxisse. Urs.*

97) *ad providenda urbis.* Obscuri aliquid inest. Leibnitius e codice suo locum sic dedit: *ad providenda pericula urbis tunc* cet. Ap. Ann. Saxonem ita sonant: *qui, ut provideret, urbis moenia incendunt.* Adelbold p. 808. *ad providenda iacula. Urs.*

Digitized by Google

Quem *Uulferam* 98) miles in medium agmen prosiliens, unumque ex his per galeam
378 usque in iugulum feriens securus vindicavit. Sic alternando quietem cunctis amicam belli asperitate mutabant. Nonnullos ex hostibus, quos vi capiebant nostri, vivos regi praesentabant. Subito ibidem una domus, quae nostros tuebatur defatigatos, a Longobardis incensa ruit, at eos nulla spei certitudine potitos alacriores bello reddidit. Interim Alemanni cum Francis et Luthariensibus tandem haec mala rescientibus, fractis intrantes muris in tantum concives persecuti sunt, ut e munitione domuum suarum nec unus egredi praesumeret. Harum summitate hi nostros iaculis gravantes immissis incendio perierunt illato. Difficile est cuiquam ad enarrandum, quanta ibidem strages diversis efficitur modis. Milites regis tum victores sine ulla offensione spoliis interemtorum utuntur. Hoc miserabili aspectu Rex motus, et ut residuis parcerent firmiter praecipiens, se ad munitionem sancti Petri 99) contulit, hostibusque veniam suppliciter implorantibus misericorditer indulsit. Tunc absentes quique accepta regis victoria, aut ipsi veniunt, ut talia declinarent, aut obsides mittunt, fidem, auxilium et subiectionis debitum regi promittentes.

Sedatis tunc Papiae calamitatibus Rex ad pontem longum 100) venit, Longobardorumque residuum agmen per manus suscipit, habitoque ibidem cum omnibus colloquio, rebusque maximis prudenter ordinatis, Mediolanum sanctissimi praesulis Ambrosii amore petiit, moxque ad prata praedicti pontis reversus praesentem populum, de subito eius conquerentem discessu promissa celeri suimet reversione caeterisque consolationibus multis placavit. Insistentem vero tunc Pentecostes solennitatem in loco, qui *Grommo* 1) vocatur, celebrat. Inde tum procedens *Induntuscos* 2) sibi obviantes in consortium sibi firmiter servientium suscepit. Dehinc patriam revisere festinans, Alemanniae fines, nuper a ducis *Herimanni* solatio privatos, filioque eius et aequivoco adhuc puerulo deditos, ad regendum et confirmandum invadit. Inde in Alsacia positam petens Argentinam venerabilem Christi praecursoris ibi excolit nativitatem. In cuius vigilia quae Dominus per eum fecit mirabilia 3) non sunt mihi praetereunda, quia

98) ***Wulferam miles.*** Miles regis appellatur ab Ann. Saxone. *Urs.*

99) *Sancti Petri.* Adelboldus ita: ad munitiunculam quandam, quae ***Sancti Petri cella aurea*** vocatur, se contulit. *Urs.*

100) ***ad pontem longum.*** Nisi forte sit oppidum *Sponte* in agro Novaresiae, Papiaeque vicino. *Urs.*

1) ***Grommo.*** Credibile est, hoc nomine urbem ***Cremam*** notari. v. Leibnit. ad Adelboldi vitam Henrici S. T. I. p. 439. Mascov p. 121.

2) ***Induntuscos.*** Sic nomen diserte in Cod. Dr. sonat, nusquam alibi obvium, ex oscitantia sine dubio librarii ortum. (Manus emendatrix lineolis interiectis ex una voce tres fecit, sic: ***ind | un | tuscos.*** ***Wa.***) — Reineccius recte substituit *Tuscos*, i. e. Toscaniae, Florentiae nostrae incolas. Scrupulum omnem eximunt Ann. Saxo p. 399. ***procedens in Tuscos obvios***, quod idem est ap. Adelboldum p. 440. *Urs.*

3) ***mirabilia.*** Vetustissima manus margini lemma adscripsit. ***Miraculum de S. Henrico Imperatore.*** *Urs.*

Digitized by Google

quia haec piis ad delectationem, reprobis autem dicuntur ad terrorem. Domus, in qua Rex populo legis iustitiam dabat, subito cecidit, uni duntaxat presbitero nocens, cum domnae excommunicati iniuste sedulo commoranti. Ille prae caeteris in hoc crimine culpabilis, morte sua prius confractis cruribus luit poenam commissi facinoris. Quam dulcia piorum gesta ad aedificationem animae ipsi legimus et ab aliis visu ac auditu didicimus? et tamen obdurato corde miseri desipimus, nec amovemur molita nequitia certis malorum poenis, neque delectamur inaestimabilibus iustorum praemiis. 4) Hinc Rex discedens 5) Sancti Martini praesulis limen Magontiae supplex adiit, ibique Natale Apostolorum 6) venerabiliter coluit. Post haec per Franciam Orientalem iter faciens, *Saxoniam*, ut saepe professus est, securitatis ac totius ubertatis quasi florigeram paradisi aulam, revisit. Ibi tunc diu reconditum zeli latitantis arcanum ab simplici corde evomuit, et ad compescendam *Bolizlaui* arrogantis saevitiam, omnibus in sua
An. 1004. A. S. ditione Christo sibique fidelibus expeditionem Augusto iam mediante indixit. Statuto igitur termino in Merseburg exercitus fit collectio ac in hostem tandem secreta promotio. Assimulato namque in Poleniam itinere naves in *Boruz* et *Nisani* 7) glomerantur, ut ficta suorum benivolentia non fieret inimico circumeundi propalatio ulla. 8) Interim magna imbrium effusio in transeundis fluminibus exercitui ineffabilis fit retardatio 9), et cum minime quis hoc coniicere potuit, in Boëmiam Rex celeriter perrexit. Huius adventum leo rugiens cauda subsequenti impedire satagens in sylva, quae *Miriquidui* 10) dicitur, montem quendam cum sagittariis prorsus interclusо omni aditu firmat.

4) *iustorum praemiis.* Leibnitius in Cod. suo invenit: *nec ad correctionem vitae iustorum praemiis ineffabilibus delectati convertimur. Urs.*

5) *discedens.* Cod. Brux. addit: *ab Argentina. Urs.*

6) *Natale Apostolorum.* Festus Petri et Pauli dies, quem celebramus die XXIX. Iunii. Ann. Saxo: *Apostolor. Petri et Pauli solemnia. Urs.*

7) *Boruz et Nisani.* Haec nomina a Reineccio et Madero omissa Leibnitius e codice suo dedit. Initio descriptor Cod. Dr. sic dederat: *naves ci iza nicici glomerantur*, postea ab antiqua manu verbum *citiza* obliteratum, et eius loco *borus* positum, *nicici* autem in *nisani* correctum est. Ann. Saxo legit: *naves in Borue et Nisani glomerantur.* Boruz nunc *Bortz* (pagus, ubi vixit Vrsinus. *Wa.)* propter burgwardium et traiectum Albis fluvii inclitum olim fuit. De pago Nisani v. supra ad Lib. IV. et quae in vers. teutonica p. 309. ad h. l. notavi. Adelboldus p. 430. retinuit *Citizam.* „Henricus naves a Magdeburg usque Citizam congregari iu„bens, quasi in Poloniam velit, transitum futurum simulat — repente in Bohemiam exercitum „ducit." In diplomate Ottonis II. sine die et consule ap. Sagittarium in Antt. Magdeburg. p. 209. nominatur *Cicice* iuxta Albim et *Zize*, cui Comes Huodo praeesse videtur. Auctor Chronici Gottwic. *Szitlzi* in comitatum Geronis circa Torgaviam ad Albim collocat. Sed haec obiter in posterum usum adiunximus. *Urs.*

8) *propalatio ulla.* Brux. et Ann. Saxo: *facultas aliqua. Urs.*

9) *retardatio.* Cod. Brux. cum quo consentit Ann. Saxo, addit: *et difficilis progressio. Urs.*

10) *Miriguidu.* Saltus magnus et spatiosus, qui tunc temporis fere omnem tractum montanum Misnicum occupabat. Idem est, de quo in diplomate Friderici I. Imp. dicitur: nemus, *quod est inter Daleminciam et Bohemiam.* v. *Bünau Leben Friedrichs* I. p. 426. Ex alio diplomate

Digitized by Google

mat. Rex autem id comperiens praemissis clam loricatis militibus electis, hostibus invitis arduam irrupere viam, facilem subsequentibus parantes callem. Inter haec Bolizlauuo in una dierum coenante, unus ex nostris, capellanus *Reinberni* praesulis sui, de adventu nostri exercitus loquitur, et ab eo mox auditus, quid diceret, rogatur 11): cui responsa referenti, tum id infit: *Si reperent ut ranae, iam possent huc advenisse.* 12) Et verum est hoc, ni aspiraret regi divina pietas, et hunc non inflaret superbiae magna nimietas 13), non proveniret nobis tam subito victoriae prosperitas. Adiuvit etiam regem exulis *Iaremiri*, qui *firma pax* interpretatur, comitatus, et adoptatus eiusdem adventus Boëmiorum delinivit agmen. Horum consultu et vocatione regi introitus patefecit, et in ipsa regionis istius ianua unum castellum sua eidem sponte reddidit. Rex propter Bauuarios nondum adventantes tardato paululum itinere ad urbem *Satzi* dictam venit, et concives hos portas sibi illico aperientes, et Polenos intus praesidio positos occidentes suimet coguovit amicos. Videns Rex tantam stragem commovetur, et superstites in una praecepit ecclesia retrudi. Adest etiam, qui Boliz-
379 lauum a conprovincialibus esse interemtum pro certo referret. Laetantur in Deo familiares regis, corruptique tristantur fautores adulterini ducis. Hi invicem mussantes ex iniusti cordis sui secretario hoc evomuere mendacium: si rex unquam in bona securitate consisteret, se tunc ad nihilum valere, multaque ab eo pati contraria debere. Propter hoc latente igniculo sub cinere, in hoc itinere, ac postea saepissime Regi suo cunctorum hostem fidelium brutis peiores animalibus praeposuerunt, ignorantes, quod ab eorum fraude vicarium suimet in terris Deus pater ingenitus, speculator desuper, liberaturus erat e coelis. Tunc Iarimirus iussu regis cum optimis militibus ex nostris ac cum incolis sibi adhaerentibus ad capiendum seu occidendum serpentem venenosum Pragam praemittitur. Quem praeoccupantes nuntii praescriptorum, rem ordine pandunt Bolizlauuo, de tali periculo prius securo. Hic legatione tali commonitus clam se praeparavit, et subsequenti nocte iam mediante audiens in urbe proxima, quae *Uuissegrodi* 14) dicitur, campanas cives ad bellum sonitu hortantes, cum prima legione exivit, et patriam fugiendo revisit. Quem *Zebizlouo*, frater *Adthelberti* praesulis et Christi martyris, subsecutus, in ponte vulneratus oppetiit, et magnum hostibus gaudium, suis autem luctum ineffabilem reliquit. Crastina autem die *Iarimirus* adveniens populis iura veniamque commissi poscentibus ante portam dedit, illicoque intromissus, pristinis honoribus magna iocunditate inthronizatur, ac tunc depositis vilibus indumentis

mate anni 974. sp. Wideburg de pagis Misniae p. 148. coniicere licet, illum ad regionem usque Coldiciensem et Rochliciensem pertinuisse. cf. *Kreyssig Beyträge zur Sächs. Gesch.* P. VI. p. 18. *Urs.*

11) *rogatur.* Cod. Br. et Ann. Saxo *inquiritur.* *Urs.*

12) *Si reperent — iam huc advenisse.* Editt. habebant: *non — adhuc venisse.* Semlerus, teste Kinderling, suo exemplari adscripserat: *iam* pro *non.* Recte, confirmat enim Cod. Dresd. qui totum locum planum sistit. *Wa.*

13) *magna nimietas.* Sic Dresd. non: magnanimitas. *Wa.*

14) *Uuissegrodi.* Ann. Saxo *Wessegrode.* *Wa.*

Digitized by Google

tis pretiofioribus ornatur. Huic ibi tum praefentatur quicquid unusquisque militum hofti fugitivo vel occifo fpoliorum abftulit; muneribus idem delectatus plurimis ad Uuiffegrodi introducitur, ibidemque in dominum exclamatur, Regis indulgentia 15) et fecum hucusque perfeverantibus diu elaboratum promifit 16) bravium. Confluit undique fecus tam vulgi, quam feniorum 17) ineffabilis turba, ad gratiam novi ducis percipiendam, et ad praeftolandum gloriofi regis acceffum. Hic tandem adveniens ab antiftite *Thieddego* et a duce Iarimiro cum immenfo cleri totiusque populi tripudio fuscipitur, et ad ecclefiam fancti *Georii* deducitur. Cunctis mox dignitatibus a rege honoratur Iaremirus paternis, convocatis indigenis coram omnibus. Sed cum ibi fanctae Dei genitricis ortum 18) omni celebrem mundo Rex veneraretur, *Goddefcalcus* 19) fanctae Frifingenfis ecclefiae venerabilis paftor, nomen cum re poffidens, miffam canere ac populos inftituere ab eo praecipitur, ac ab episcopo fedis illius permittitur. Perlecto tunc Evangelio 20) praefentes idem admonet de timore divino et de confervando geminae dilectionis vinculo, de obedientia Dei fublimiorumque honore poteftatum, et ad ultimum regem fuaviter aggreditur, ut femet agnofcere, et omnia quae a primis vitae huius cunabulis usque ad hoc tempus honoris alicuius ac commoditatis unquam percepit largitati divinae potius, quam fuis meritis afcribere voluiffet. Infuper mifericordiae mentionem fecit, quae unicum eft falutis praefidium, venerabile fidei ornamentum et magnorum remiffio peccatorum. In cuius opere fervando unicuique Chrifto fidelium tria funt femper optanda, poffe, et velle, ac perficere; quae cum a cunctis fint adimplenda, ab his maxime, qui nullum laedentes fibi avent fimilia a Domino recompenfari 21), ut et acceptabile ab his Deo votum fiat, ex corde debet unumquodque largiri et cunctis debitoribus remitti, ne mali vice fervi diris adftringantur tormentis. Et his concludens, „*Te*, inquiens, *obteftor per nomen et amorem eius, qui fuo debitori decem millia talentorum, id eft Iudaeis recutitis* 23) *fuorum transgreffionem praeceptorum indulfit, Heinrici quondam marchionis, nunc autem, ut fpero, vere poenitentis, Senior kariffime! miferearis, vincula folvas et gratiam dones*,

15) *indulgentiam.* Non *indulgentia*, quod obfederat editiones. Illud eft in Dresd. et pertinet ad *promifit.* *Wa.*

16) *promifit.* Editiones *permifit.* Ann. Saxo et Brux. *fpopondit*, quod firmat lectionem Dresdenfem. *Urs.*

17) *feniorum.* Cod. Br. et Ann. Saxo *nobilium.* *Urs.*

18) *Dei genitricis ortum.* i. e. diem VIII. Septembris. *Urs.*

19) *Godefchalk* fervus Dei, idem ac Theodulus. v. Wachter. Gloffar. Germ. p. 227. et Lutheri Nomenclatorem germanicum, illuftratum a Gottfr. Wagnero p. 209. *Urs.*

20) *Evangelio.* Ex Codice fuo textui fubiecit Leibnitius: *gradus afcendit.* Idem habet Ann. Saxo. *Urs.*

21) *a Domino recompenfari.* Omni fenfu caret, quod habent editiones: *ad non recompenfare.* Confentit c. Dresd. Ann. Saxo. *Urs.*

22) *Te.* Cod. Brux. et Ann. Saxo inferunt: *o rex gloriofe.* *Urs.*

23) *recutitis.* Cod. Dr. vitiofe *recufitis.* Cod. Brux. *recufatis.* *Urs.*

Digitized by Google

dones, ut eo liberiori animo hodie Deum interpelles: dimitte nobis debita noſtra," *et reliqua.* Hac Rex exhortatione lacrimabiliter profuſa placatus, ſic ſe facturum firmiter ſpopondit, et poſthaec domum veniens miſericorditer adimplevit.

Statutis tunc ibidem 24) omnibus Bauuarios domum remiſit. Ipſe vero cum Boëmiorum duce novo *Milzienos*, qui tum ſibi fuere proximi, terminos per ineffabilem itineris difficultatem adiens *Buduſin* 25) urbem poſſedit. Sed cum in una dierum unumquemque ſuimet fidelium ad expugnandam eandem incitaret, ab uno ſagittariorum e propugnaculis, ni divina cuſtodiretur providentia, vulnere improviſo laederetur. Quod illi, qui ſecus ſe ſtabat proximus, nocuit, et propoſitum inimici in alio peregit. Rex autem elevato ad Deum corde ſupplici, hunc laudat, qui ſolitam pietatis vigilantiam ſibi immerito revelavit. 26) Urbs vero praefata igne iam adportato combuſta iaceret, ni hoc *Guncelini* marchionis iuſſio infauſta prohiberet. Vulnerantur invicem multi, et nonnulli peremti ſunt. Ex noſtris autem unus nobilis et genere et virili converſatione, *Hemuza* 27) nomine, cum urbanos crebro certamine provocatos
580 pene usque ad muros inſequeretur, molaris dimidio lapidis per galeatum caput proſtratus, ab inimicis inſultantibus 28) in urbem mortuus trahitur. Huius cadaver *Heinricus* comes, frater meus 29), cuius is miles fuit, pretio comparatum ad patriam reduxit. Alter vero, qui ob aſſiduum venationis exercitium indomitus *Tommo* 30) vocabatur, dum in *Spreuua* flumine hoſtibus fortiter reſiſtit, torrentum lubricatione lapidum corruit, optimaque diu protectus lorica tardo tandem vulnere, proh dolor! oppetiit. Hunc unus ex ſuis ſatellitibus, ne aliquo deduceretur cum prohibere tentaret, cuspide perfoſſus ſuper eum corruit. Praedicta belli asperitate iam pene devicta, iubente per nuntium ſuimet Bolizlauo regiae poteſtati urbs ſalvis defenſoribus traditur, praeſidioque novo munitur. Poſt haec Rex cum exercitu itinere ac inedia iam defatigato domum rediit, marchiones, ubicunque opus fuit, ſolitis adiuvans adminiculis. 31)

Hic

24) *ibidem.* Cod. Brux. ſimiliter ut Ann. Saxo p. 401. *diſpoſitis in Praga tunc. Urs.*

25) *Budiſin.* Sic Dresd. Ann. Saxo *Budizin*, editores *Budiſſina. Urs.*

26) *revelavit.* Iterum antiqua manus in margine adſcripſit: *miraculum de S. Henrico Imperatore. Urs.*

27) *Hemuza.* Necrologium ad 24. Aprilis. *Hemuco laicus occiſus.* Verba: cuius miles fuit, haud recte cepit Vrſinus p. 326. miles eſt, quem nos dicimus *vaſallum. Wed.*

28) *inſultantibus.* Ann. Saxo *inſidiantibus.*

29) *frater meus.* Ann. Saxo: filius Sigefridi de Waldbicke. *Urs.*

30) *Tommo.* Ann. Saxo: *Thamino.*

31) *adminiculis.* Schoetgenius ex hoc loco coniectando probare voluit, ea tempestate plures ſimul Marchiones Misniae fuiſſe, ſed a *Rittero in der ältesten Meisn. Gesch.* p. 73. ſolide refutatus eſt. Largiorem lucem huic loco affundit Adelboldus c. 30. p. 437. *Heinricus iuxta decurſum Albis marchiones ſtatuens, qui et Saxoniam et Bolizlavi incurſum latrocinandi cuſtodiant. Urs.*

Hic cum se in Merseburg optatae quieti indulgeret, *Esiconem* 32) venerandum comitem longa infirmitate vexatum vitam hanc in *Luibizio* 33) finisse comperit. Huius corpus adveniens ipse suscepit et honorifice sepeliri iuxta ecclesiam sancti Iohannis Baptistae in septentrionali parte praecepit, pro cuius animae remedio quoddam eiusdem praedium *Uppusun* 34) nominatum cum candelabris duobus argenteis altari sancto et confratribus ibidem Deo famulantibus dedit. Insuper *Unigberto* antistiti mercatores et Iudaeos apellas 35), a *Gisilero* primitus acquisitos ac diu commutatos, reddidit. 36) Comitatum super Merseburg et beneficium ad hunc pertinens *Burchardo*, et super IIII. urbes iuxta Mildam fluvium positas *Thiedberno* beneficium concessit. Omne autem praedium sibi iudicio retinuit. *Heinricum* comitem a custodia absolutum cum gratia abire praecepit. Sicut sanctae matris ecclesiae prospera spirituali eiusdem proli ad augendam Christi gloriam sunt praeloquenda 37), ita eiusdem detrimenta ad compunctionem provocandam huic sunt enarranda; quia haec unanimi laetitia, ista autem moelitia pari conquerenda et molli patientia sunt ab hac sufferentia. In *Pathelbrunnun* monasterium et omnis eiusdem apparatus 38) flamma, nostrae iniquitatis ultrix, consumens, multorum corda fidelium commovit, quae amor divinae remunerationis ad haec renovanda communiter accendit. Posita est etiam in loco, qui *Throtmunni* 39) dici-
An. 1005. A. S. tur, magna synodus, ubi Rex coëpiscopis praesentibusque cunctis plurima questus est sanctae ecclesiae inconvenientia, et communi eorundem consilio haec statuit deinceps pro-

32) *Esiconem*. Sine dubio *Asic Comes* in Necrol. ad 28. Iulii, in necrol. Verdensi *Esicus comes. Wed.*

33) *Luibizio*. Sic perspicue nomen in Cod. Dr. scriptum invenitur. Reineccius aptius, quamvis ex ingenio, *Lipsic*, quod etiam Leibnitio et in textu et in emendatt. p. 1006. placuit, cui et ego multo lubentius accesserim, quam Gundlingianis P. 35. p. 526. s. quae copiose *Liebnitz* vel *Lûbeschitz* ad fl. Muldam defendunt. Horum sententiae favet quoque auctor libri de palatinatu Saxon. p. 26. Ann. Saxo p. 401. habet *Liubizi*, rectius *Libizi*. In Chronico episcopor. Merseb. ap. Ludwig T. IV. p. 347. est etiam *Lubeschiz*.

34) *Uppusun*. Cod. Brux. non *praedium*, sed *praesidium*. *Obhausen* est vicus cum praedio prope urbem Querfurtum, ex quo praepositura templi cathedralis Merseburgensis proventus percipit, teste Brotusio in Chron. p. 478. cf. et Ludewig l. c. p. 348. *Urs.*

35) *apellas*. Vox in Codice erasa, hinc a Reineccio omissa, legi tamen adhuc potest. Consentit quoque Cod. Leibnitianus. *Urs.* — Est ex Horatii Serm. I, 5. 100. *Wa.*

36) *reddidit*. testatur hic locus, Merseburgum inclitum olim fuisse emporium. *Urs.*

37) *praeloquenda*. Frigide satis hanc sententiam mutat Cod. Brux sic: *spiritualibus filiis ad incitandos ipsos ad gloriam I. C. sponsi eius sunt praeloquenda. Urs.*

38) *apparatus*, addit Ann. Saxo: *qui erat permagnus. Urs.*

39) *Throtmunni*. Est *Dortmund*, sive, ut hodie Latine dicitur, *Tremonia*, urbs imperialis perantiqua, in Westphaliae Comitatu Marcano. Nomen ei datum a quodam viro illustri, Trutmanno, quem Carolus M. Saxonibus ad Christi religionem perductis comitem dedit an. 788. teste diplomate ap. Meibomium Rer. Germ. T. I. p. 689. Diversimode scribitur ab historicis et in diplomatibus: *Druthmannia*, *Trotmunda*, *Trudmunde*, urbs *Trotmanni* cet. v. Chron. Gottwic. p. 515. Antiquitates huius urbis prolixe explicavit Ditm. Mulherus. cf. Schatenii Hist. Westphal. Lib. VII. p. 589. *Urs.*

Digitized by Google

prohiberi, et optimo novae institutionis decreto gravem peccatorum sitimet sarcinam relevari. 40) Anno dominicae incarnationis M. V. anno autem domini Heinrici secundi regnantis IIII°. in die Non. Iulii 41) actum est in Throtmunni hoc decretum gloriosissimi 42) eiusdem Regis et contectalis suae 43) Chungundae Reginae, *nec non et Archiepiscoporum* Heriberti Coloniensis, Lievizonis Bremensis, Daginonis Magadaburgensis archipraesulis *tertii*, *istorum quoque episcoporum* Notgeri Leodiensis, Swidgeri Mimingardevordensis, *Ansfredi Traiectensis*, *Thietmari* Asanbrunensis, Berenharii Ferdensis, Bereuuardi Hildesiensis, *Burchardi Wormatiensis*, *Rhetarii Paterbrunnensis*, *Thiedrici Metensis*, Uuigberti Merseburgensis, Ekkihardi, Othinkerdi. 44) *In obitu cuiusque praenominatorum* singuli episcoporum *intra triginta dies*, *ni infirmitas* impedierit, missam pro *defuncto celebrent*, *et* unusquisque presbiter in monast. *similiter faciat*. *Presbiteri* vero forenses tres missas peragant. *Diaconi et caeteri inferioris* ordinis psalteria X. *Rex et regina infra XXX. dies mille quingentos* denarios pro animae redemtione *erogent et totidem pauperes* pascant. Episcopi singuli *trecentos pauperes pascant et XXX.* denarios expendant, et triginta *lumina accendant*. *Dux* autem Bernhardus quingentos pauperes pascat et *quindecim solidos expendat*. Vigiliam S. Iohannis Baptistae et *Apostolorum Petri et Pauli*, et vigiliam sancti Laurentii et *omnium Sanctorum in pane et sale* et aqua decernimus ieiunare. Vigilias *sanctae* Mariae, et omnes vigilias aliorum Apostolorum sicut in Quadragesima, Quatuor tempora sicut in Quadragesima, excepta VI. feria ante Natales Domini, quam in pane, sale et aqua decernimus ieiunare.

T 2 Preso-

40) *relevari.* Cod. Dresd. vitiose *revelari*. *Wa.*

41) *Non. Iulii.* Deest decretum Synodi Tremoniensis in editionibus Reineccii et Maderi, minime vero in Cod. Dresdensi. Adest in eius folio 106. si non integrum, saltem maxima ex parte. Frivola manus una cum vacuo margine dicti folii ab unoquoque versu utriusque paginae quaedam verba delevit. Sed; quae in Cod. nostro sic mutilato deerant, quia non multa erant, e textu Leibnitiano supplevimus, et quae inde desumsimus, literis cursivis expressa sunt. Annalista Saxo in recensendo hoc decreto nonnulla variat, passim vero lapsus est. Fere iisdem verbis concilium Tremoniense descripsit Gobelinus Persona, et Meibomius in not. p. 361. lacunam Reineccianam ex Gobelino supplere iam suo tempore susceperat. *Urs.*

42) *gloriosissimi.* Ap. Leibnitium *victoriosissimi*. *Urs.*

43) *contectalis suae.* Ap. eundem *coniugis suae* uti et ap. Ann. Saxonem. *Urs.*

44) *Othinkerdi.* Odinkarus, episcopus Ripensis, filius Thori ducis Winlandiae, mortuus post festum Paschatos. Scholia in Adamum Bremensem n. 51. 47. *Wedi* — In recensendis episcopis Cod. noster alium ordinem tenet, quam Leibnitianus, nomina quoque episcopatuum literis tantummodo initialibus notantur. Nihil praeterea habent Codices de Idonis, episcopi Misnensis in hac Synodo praesentia, ut Fabricius in Annal. Misn. p. 82. contendit, qui etiam synodo huic annum 1007. falso adsignat. cf. Gobelin. Personam in Cosmodrom. aet. 17. c. 48. p. 258. Ekkihardum S. Slesvicensem denotare episcopum didici ex bonae notae documento ap. Leuckfeldium Antt. Halberst. p. 675. — Praeter Ditmarum nullus scriptor antiquus huius Synodi mentionem fecit. *Urs.*

Digitized by Google

An. 1005. A. S. Fresones Rex navali exercitu adiens ab coeptis contumacibus desistere et magnum, *Luidgardae* 45), sororis reginae zelus placare coegit. *Item praecepit in palat*io et in omnibus regni suimet comit*atibus expeditionem ad* Poleniam, conventuque ad Liezca 46) per *bannum fieri.* Con*venit* exercitus statuta hora, *i. e. XVII. Kal. Septemb.* con*d*icto loco. Rex autem solennia *de pausatione sanctae Mariae virginis* 47) in Magadaburg celebrans, in ipso die *post missam et caritatem* expletam comitante *regina Albiam transnavigans* proficiscitur. 48) In his diebus *Ricdago abbate de monte sancti Iohannis Bapt. ob crimen quoddam* ab abbatia suimet a Tag*inone episcopo deposito Alfkerus* monachorum in Palithi Christo *servientium provisor in v*acuum ponitur, et proposita *sanctae conversationis* religio hactenus firmiter consi*stens, flebiliter destr*uitur et in nomen Praepositurae *mutatur, unde et miseriae* fu- 581
turae prima exstitit indictio. *Hoc etiam, quod* per labentia accidit tempora *ó si fuisset dextrae* mutatio excelsae. 49) Auctores sanctae institutionis in omni pietate modernos oppido praecellentes, quod summopere construentes, et usque ad aedificationem, ut sibi videbatur, perfectam complentes, prudenter ordinavere, hoc nostro proh dolor! in tempore malorum quorundam instinctu, ut vereor, non in melius, sed in peius versum est. Utinam propter specialem nostrae utilitatis hoc non oriretur effectum. Verum est quidem, hi, quorum nova conversatio et in habitu et in victu laudabilis extat, verum non sunt 50) saepe, quod simulant. Dicit namque scriptura 51): simulata aequitas non est aequitas, sed duplex iniquitas. Omnis hominum Deo acceptabilis fructus in corde bono consistens, a bonis veste pulchra et aurea cibi potusque mediocritate nonnunquam dissimulatur. Quod autem abstemiis et diploide 52) indutis subtrahitur, cui hoc impenditur? Si in earum id transit augmenta ecclesiarum, dupliciter proficit, et in animabus fructum, si propter Deum ista patiuntur, et in rebus domesticis eorum elemosina lucrandis. Sed si extrinsecus omne defertur, qua securitate hoc crescit,

45) *Luidgardae.* Vxor fuit Arnulphi, Comitis Gandavensis, teste biographo S. Walbodonis in Actis Sanctor. mens. April. T. II. c. 2. Filium eius Thiedericum Ditmarus infra Lib. VIII. nepotem Imperatoris dicit. v. Gundlingiana IV. p. 68. *Urs.*

46) *Liezca.* In diplomate Ottonis III. an. 997. in Sagittarii Antt. Magdeburg. p. 233. vocatur *Lietzeche*, iam *Lietzkau*, *Lietzke* vicus Magdeburgum et Servestam interiacens, in colle situs, olim monasterio Ord. S. Benedicti clarus, qui nunc genti Muenchhauseniae paret. *Urs.*

47) *pausatione S. Mariae Virginis.* Est dies XV. Augusti, quo festum Assumtionis seu Dormitionis Mariae celebratur. v. Haltaus Calendar. med. aevi p. 116. et Annal. Saxonem p. 403. *Urs.*

48) *proficiscitur.* Haec de Ricdago Abbate et sequentia Ann. Saxo Annalibus suis non inseruit. *Urs.*

49) *excelsae.* Incipit Cod. Dr. folium 107. cui nihil deest, quod tamen praeter vagam declamationem nihil continet, quare Reineccius omisit. Ego vero Leibnitiana p. 381. et 382. collata denuo inserui. *Urs.*

50) *verum non sunt.* Sic prima manus Cod. Dresd. habet. Pro quibus verbis antiqua manus correxerat *conversatio*, quod non placet, uti plura istius loci. *Wa.*

51) *scriptura.* scil. Augustinus in Psalm. LXIII. p. 650. *A.*

52) *diploide.* Diplois est pallium duplici panno subdititio munitum. *Urs.*

Digitized by Google

crescit, cuius profectu multorum diminutio gemit? Certe non id firma stabilitate exaltatur, sed lugubriter quandoque degradatur. Si fileat veritas Christus 53) eiusque praecones linguam mordeant omnes, cum ne hoc totum per omnia bene limatum. Tuba sonat evangelica, nihil opertum fore 54), quod non revelabitur. Postquam voluntati nostrae in omnibus satisfecimus, ineffabile malum dissimulato facinore perpessi sumus; fragilis naturae nos commortales sumus, et omnia nutu suo pondera in terram ferri non nescimus. Resipiscenda respiciamus admonentes, neque spernemus, promissa fidelibus cunctis praemia cum mandatorum observatione divinorum acquiramus. Non videamur nostris antecessoribus meliores, quorum pariter decepti in varia specie recti his sumus nimis inaequales. Nemo irascatur, cum propter Deum familiariter ab aliquo arguatur. Caritas benigne a cunctis suscipiatur, et ob recompensationem supernam veritas nuda sufferatur. Optet fidelium supplex petitio omnium necessariam de rebus his et de criminibus aliis a Christo indulgentiam; et ego longe digressus repetam inceptae narrationis cursus.

Ordinatis legionibus Rex inde progreditur, et Regina celeriter reversa optatum An. 1005. A. S.
dilecti senioris sui in Saxonia sollicite praestolabatur adventum. Exercitum autem nostrum cum prosperitate ad locum, qui *Dobraluh* dicitur, in pago *Luzici* 55) venientem, *Heinricus* 56) et *Iarimirus* duces ad supplementum eiusdem cum suis properantes, laetificant, maioreque consilii et fortitudinis spe 57) roborant. Hic ducibus 58) corruptis et sua defendere cupientibus per solitudines paludesque circumductus admodum gravatur, et ne cito ad hostem laedendum perveniret, invida eorum malignitate tardatur. Inde provinciam *Nice* 59) vocatam itinere attingentes iuxta *Spreuuam* fluvium castra metatus est. Hunc cum hostem ex latere abdito nocentem *Thiebernus* 60) miles egregius comperiret, ob laudem sibi specialiter usurpandam optimos e consociis clanculum eligendo convocans, eum dolo intercipere tentat. Qui satis providus, ut sic melius sequentes laederet, inter lignorum condensitatem iacentium fugit, et sagittis, quibus maxime defenduntur, more solito remissis 61), primo hunc, posteaque *Bernhardum*, *Isin* et *Bennonem*, Arnulfi praesulis inclitos satellites 62), cum aliis commilitoni-

53) *Si fileat veritas, Christus* cet. Sic Dresdensis. *Wa.*

54) *nihil opertum fore.* Cod. Dresd. addit: *quod non revelabitur.* Recte, abesse enim non potest. *Wa.*

55) *Luzici.* Cod. Brux. vitiose *Luideke* et Ann. Saxo *Liudice.* *Urs.*

56) *Heinricus*, Ann. Saxo addit: *frater reginae.* *Urs.*

57) *spe* Sic Dresd. non *spiritu*, uti Vrs. exscripserat. *Wa.*

58) *ducibus*, sc. viae, itineris, quibus exercitus usus est. *Urs.*

59) *Nice.* Pagus Nice fluminibus Neissae et Sprevae interiacens maximam partem circuli Goerlicensis complexus est. v. Chron. Gottwic. p. 705. Iunkeri Geogr. med. aevi p. 260. *Urs.*

60) *Thiedbernus*, Comes Merseburgensis, de quo supra. *Urs.*

61) *remissis.* Putat sagittas missiles, hamatas. *Urs.*

62) *satellites.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *milites.* *Urs.*

Digitized by Google

litonibus multis VIII. Id. Septembris incautos prostravit et despoliavit. Ob haec Rex cum omni suimet comitatu dolore concutitur et ob hoc Bolizlauus doluisse a non nullis veracibus perhibetur. Post haec *Luizizi* 63) nostris pridie quam ad Oderam fluvium venirent, sociantur, deos 64) suimet praecedentes subsecuti. Quamvis autem de his aliquid dicere perhorrescam, tamen ut scias, lector amate, vanam eorum superstitionem, inanioremque populi istius executionem, qui sint, vel unde huc venerint strictim enodabo.

Est urbs quaedam in pago *Riedirerum* 65) *Riedegost* 66) nomine, tricornis, ac tres

63) *Luizici.* Ann. Saxo p. 405. rectius legendum suadet *Liutici.* Urs.

64) *Deos*, scil. effigies, simulacraque idolorum. Ann. Saxo: *Dominos suos se praecedentes secuti.* Urs.

65) *Riedirerun*, Cod. Brux. habet *Rederivi*, Reineccius, Maderus et Leibn. *Redariorum.* Redarii, qui et *Riaduri* ab Helmoldo Chron. Slavor. Lib. I. c. 21. p. 48. vocantur, Stetinensium fines inter Parum et Viadrum incoluere, in confinio scil. Ducatus Meklenburgici et Pomeraniae. Redarios et *Tolenzos* Helmoldus l. l. pro eadem gente accipit. *Urs.*

66) *Riedegost.* Nomina idoli et urbis promiscua habet Ditmarus. Verum huius antiquissimae et Redariorum celeberrimae urbis nomen fuit *Rethra*, quam prolixe describit Adamus Bremens. Lib. II. c. 11. et inde repetit Helmoldus Lib. I. c. 2. et 21. Idem Adamus Lib. IV. c. 13. Rethram metropolin Slavorum vocat, quam hodie Stargardiam dici opinantur. Cranzius Vandaliae Lib. III. c. 4. Abelius in Antt. Saxon. P. II. p. 374. et alii. Gundling in antiquiss. hist. marchionatus Brandeburg. p. 417. vicum *Olden-Rufe* ad lacum Tollensem in eius loco ponit. Idolum, quod ibi fanum habuit, ab Adamo, Helmoldo et aliis appellatur *Redegast*, *Ridegost*, *Radegast* etc. meminit eius etiam Emserus in vita Bennonis episcopi Misnensis. Nomen eius hodienum superest in quodam amne Mecleuburgico, et aliis locis. Imago eius describitur in veteri Chronico Saxonico, a Sagittario in hist. Bardevici c. 2. §. 19—25. et a Bangerto in annot. ad Helmoldum p. 126. qui et imaginem eius aere excudendam curavit. *Urs.* — Nostrum hunc Ditmari locum optime illustravit *Masch* in *gottesdienstlichen Alterthümern der Obotriten aus dem Tempel zu Rhetra am Tollenzer See. Berl.* 1771. 4. cuius quaedam huc afferre haud ineptum sit. Et primo quidem urbis Rhetrae locum ait nunc occupare pagum *Prilwitz*, in tractu Megalopolit. Strelitiensi, qui gentis Bredoviae fundus est; ibi enim ante centum, et quod excurrit, annos, imagines idolorum, pateras et alia eruta esse (Praefat.) — Ditmarus, quae narrat, ex ore Venedi alicuius hausisse videtur, quod patet ex voce *Luarasici*, quae ex Venedico *Hlawarase* effictum est (p. 53.) (Vocem *Hlawarase* significare *omnipotentem* docuit Frenzel in Hofmanni Scriptt. rerum Lusat. T. II.) — Quod ab Adamo Bremensi discedit aliquando episcopus Merseb. id eo factum, quod ille de antiqua urbe, an. 965. regnante Ottone I. diruta, hic de restaurata an. 1150. vel 1157. sub Henrico Leone funditus deleta loquitur. (p. 9.) — Ad ipsum textum quod attinet, Ditmarum Maschius putat nomen urbis cum nomine idoli *Riedegast* (lectio Codicis Dr. *RiedegOst* firmatur inscriptione idolo Fig. I. p. 52. insculpta) confudisse, vel librarium lapsum esse, qui *nomine* pro *numinis* posuerit. — *Tricornis* nihil aliud significare potest, quam tres colles intra lacum, qui urbem circumdat, fuisse. — Lectio *tres in se continet portas*, sine dubio falsa, legendumque *tres partes*, quarum duas incolebant cives, in tertia, eaque minima nil nisi fanum fuit. (p. 19.) *Vexillum* denique, cuius Ditmarus meminit, alatus est draco (cf. Ammian. Marc. XVI, 10;) cum epigraphe *Zirnitra*. (p. 119. Fig. 34.) Haec igitur Maschius, qui, cum adversarium nactus esset Thunmannum, fortiter sese defendit in *Beyträgen zur Erläuter. obotrit. Alterthümer* Schwerin 1774. 4. *Wa.*

Digitized by Google

tres in ſe continens portas 67), quam undique ſylva ab incolis intacta et venerabilis
circumdat magna. Duae eiusdem portae cunctis introeuntibus patent; tertia, quae
Orientem reſpicit et minima eſt, tramitem ad mare iuxta poſitum et viſu nimis horri-
bile monſtrat. 68) In eadem eſt nil niſi fanum de ligno artificioſe compoſitum, quod
pro baſibus diverſarum ſuſtentatur cornibus beſtiarum. Huius parietes variae deorum
dearumque imagines mirifice inſculptae, ut cernentibus videtur, exterius ornant; in-
terius autem dii ſtant manufacti, ſingulis nominibus inſculptis, galeis atque loricis ter-
ribiliter veſtiti, quorum primus *Zuaraſici* dicitur, et prae caeteris a cunctis gentilibus
honoratur et colitur. Vexilla quoque eorum niſi ad expeditionis neceſſaria, et tunc
582 per pedites, hinc nullatenus moventur. Ad haec curioſe tuenda miniſtri ſunt ſpeciali-
ter ab indigenis conſtituti, qui cum huc idolis immolare, ſeu iram eorundem placare
conveniunt, ſedent hi dumtaxat, caeteris adſtantibus, et in vicem clanculum muſſantes
terram cum tremore infodiunt, quo ſortibus emiſſis rerum certitudinem dubiarum per-
quirant. Quibus finitis ceſpite viridi eas operientes equum, qui maximus inter alios
habetur, et ut ſacer ab his veneratur, ſuper fixas in terram duorum cuſpides haſti-
lium, inter ſe transmiſſorum ſupplici obſequio ducunt, et praemiſſis ſortibus, quibus
id exploravere, prius per hunc quaſi divinum denuo augurantur, et ſi in duabus his
rebus par omen 69) apparet, factis completur; ſin autem, a triſtibus populis hoc pror-
ſus omittitur. Teſtatur idem antiquitas errore deluſa vario, ſi quando his ſaeva lon-
gae rebellionis aſperitas immineat, ut e mari praedicto aper magnus et candido dente
e ſpumis lucescente exeat, ſeque in volutabro delectatum terribili quaſſatione multis
oſtendat. Quot regiones ſunt in his partibus, tot templa habentur, et ſimulacra dae-
monum ſingula ab infidelibus coluntur, inter quae civitas ſupra memorata principalem
tenet monarchiam. Hanc ad bellum properantes ſalutant, illam proſpere redeuntes
muneribus debitis honorant, et quae placabilis hoſtia diis offerri a miniſtris debeat,
per ſortes ac per equum, ſicut praefatus ſum, diligenter inquiritur. Hominum ac ſan-
guine pecudum ineffabilis horum furor mitigatur. His autem omnibus, qui communi-
ter Luitici vocantur, dominus ſpecialiter non praeſidet ullus. 70) Unanimi conſilio ad
placitum ſuimet neceſſaria diſcutientes, in rebus efficiendis omnes concordant. Si quis
vero ex conprovincialibus in placito his contradicit, fuſtibus verberatur, et ſi forinſe-
cus palam reſiſtit, aut omnia incendio et continua depraedatione perdit, aut in eo-
rum

67) *portas.* Cod. Brux. addit: *unaquaeque per ſingula cornua.* *Urs.*

68) *monſtrat.* Cod. Br. adiicit: *quae nulli facile patet.* *Urs.*

69) *par omen.* Sic melius Cod. Dr. et Brux. Editiones: *par omnium*, nullo commodo ſenſu. — Paullo poſt: *ſaeva longae* itidem editores *ſeu a longe*, male habent. *Urs.*

70) *non praeſidet ullus.* Locus, qui crucem fixit hiſtoricis. Fuere adeo, qui ſpuriam lectionem coniicerent, eamque ſic emendandam exiſtimarent: *non praeſidet unus.* Sed ſalva ſunt omnia in Codd. nec emendatione egent. Slavica nempe Luiticiorum ſ. Wilzorum natio in varias gentes, easque peculiaribus nominibus notatas diviſa fuit, quarum ſingulae quidem regulos vel duces ſuos habuere, ut ex loco Witichindi ap. Meibomium T. I. p. 647. videre licet; ſed nullus erat dominus, qui ſummam imperii in univerſam nationem obtineret. *Urs.*

Digitized by Google

rum praesentia pro qualitate sua pecuniae persolvit quantitatem debitae. Infideles ipsi et mutabiles ipsi immutabilitatem ac magnam exigunt ab aliis fidem. Pacem abraso crine supremo et cum gramine datisque affirmant dextris. 71) Ad hanc autem perturbandam et facile pecunia corrumpuntur. Hi milites quondam servi, nostrisque iniquitatibus tunc liberi tali comitatu 72) ad regem auxiliandum proficiscuntur. Eorum cum cultu consortia, lector, fugias, divinarum mandata scripturarum auscultando 73) adimple, et fidem, quam Athanasius profitebatur episcopus, discens, memoriterque retinens, haec, quae supra memoravi, nil esse, probabis veraciter. 74)

Inde mox imparibus ducibus inaequales turmae usque ad Oderam fluvium pervenientes fixerunt tentoria iuxta amnem, qui *Pober* dicitur Slavonice, *Castor* latine. 75) Quos Bolizlauus munitis littoribus praefati fluminis cum exercitu grandi in *Crosno* 76) sedens ullo modo transire prohibuit. Sed cum Rex VII. dies ibidem moratus naves atque pontes pararet, divinus respectus missis speculatoribus suis vadum ostendit optimum, quem sex legiones in ipso diei crepusculo iussu regis intrantes incolumes eo fruuntur. 77) Quod eminus agnoscentes Bolizlavi custodes triste nuncium ac incredibile seniori suimet celeriter detulerunt. Hic tandem per tres vel amplius legatos certus effectus amotis propere castris ipse cum suis pluribus ibidem relictis rebus fugit. Id Rex cum suis caute considerans, Christo laudes cum clero et omni populo alta voce cecinit, et cum securitate flumen pertransiit. Hi autem qui praecesserunt, ni Luiticios diu tardantes expectarent 78), hostes in tentoriis improvisos opprimerent. Quos nostri alacriter insequuti, veluti fugaces cervos persequi cum non valerent, ad consocios revertuntur. Profectus est inde Rex, et usque ad abbatiam, quae *Mezerici* dicitur,

71) *affirmant dextris.* Iunctis manibus, et data fide pax promissa et inita fuit moribus priscis et hodiernis. Inde in charta ap. Schilterum in Thes. Antt. Teuton. T. III. p. 327. *Fried macht man mit dem Handschlag.* Inde etiam intelligimus, quare *Treugae* sub nomine *des Handfrieden* veniant in iure Weichbild. art 85. 114. et Constitutionibus Imperii Frider. II, Rudolphi I, Alberti I. de pace servanda, a Lehmanno, Schiltero et Goldasto editis. *Urs.*

72) *comitatu.* sc. idolorum suorum. *Urs.*

73) *auscultando.* Cod. Brux. *sectando* qui et paullo post pro *discens* habet *attendens.* *Urs.*

74) *veraciter.* Repetit Cod. Leibnitii quae iam dixerat: *Hi supra memorati milites, quondam servi — auxilium ferendi causa pervenerunt.* *Urs.*

75) *Pober — Castor latine.* Ditmarus primus, quantum equidem memini, et solus est, qui ea ratione nomen huius fluminis Latinum reddidit, nec quisquam eius vestigia legit praeter Ann. Saxonem, fidissimum eius descriptorem. *Urs.*

76) *Crosno.* Vrbs Silesiae in finibus Marchionatus Lusatiae infer. *Crossen.* Ab Ann. Saxone vocatur *Crozne.* *Urs.*

77) *fruuntur.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *transierunt.* *Urs.* — Fortasse legere possis: *feruntur.* *Wa.*

78) *tardantes exspectarent.* Reineccius pro *ni Luiticios* posuit: *cum Luiticios*, et ex ingenio suo addidit: *evenit, ut hostes*, quem secuti sunt Maderus et Leibnitius. Cum Cod. Dresd. consentit Ann. Saxo. *Urs.*

Digitized by Google

dicitur, perveniens, annualem ibi *Thebaidae legionis feſtivitatem* 79), qua maxima tunc veneratione potuit, complere ſtuduit, et ne monaſterium hoc ac abſentium manſiones monachorum, aliquam a ſuis pateretur moleſtiam, ſtudnit prohibere. 80) Dehinc hoſtem in nulla ſuimet urbium pernoctare praeſumentem proxima quaeque vaſtando proſequitur, et non longius quam duo milliaria ab urbe *Poſnani*, rogatus a ſuis primatibus, conſedit. Exercitus autem in colligendis frugibus, caeterisque rebus neceſſariis diviſus, magnum ab inſidiantibus inimicis ſuſtinuit damnum. Interim per fidos interceſſores regis gratiam Bolizlauus petiit, et exaudiri mox promeruit. *Tagino* archiepiscopus cum aliis familiaribus regis ad civitatem praedictam a Bolizlano rogatus venit, et cum iuramentis ac commendationibus 81) condignis firma pacis foedera apud eundem pepigit. Laeti tunc revertuntur noſtri, quia itineris longitudine et nimia fame cum intermixta belli aſperitate magnum ſufferebant laborem.

Poſthaec Rex in noſtris partibus, erutis totius nequitiae auctoribus, optatae ſecuritatis proſpera ſolidare ſummopere nititur, et *Bruniconem* inclitum ſatellitem in Merſeburch, e Sclavis autem optimos, *Boriſen* et *Nezemuiſclen* 82), cum caeteris fautoribus in *Uueleresleuo* 83) laqueo ſuspendi praecepit. Saepe cum Sclavis in *Uuiribeni* 84) iuxta Albim poſitam conventione habita, nolentibus ſeu volentibus his neceſſaria regni ſuimet tractavit atque potenter finivit. *Arnaburch* 85) prius devaſtatam ob defenſionem patriae renovavit, quaeque diu hinc iniuſte ablata erant, reſtituit. Synodali iudicio
383 iniuſtas fieri nuptias, Chriſtianosque gentilibus venundari, praeſens ipſe canonica et auctoritate apoſtolica prohibuit, Deique iuſtitiam ſpernentes ſpirituali mucrone 86) interfici praecepit.

Interea

79) *Thebanae legionis feſtivitatem.* Hoc eſt, diem S. Mauritii, qui eſt 22. Septembris. A miſſa ſolemniſſima, quae in honorem Mauritii eiusque vexilli et legionis Thebaicae quotannis habebatur, dictus hic dies fuit *Heermeſſe.* v. Haltaus Calendar. med. aevi p. 127. *Urs.*

80) *prohibere.* Iam nona vice antiquitas Cod. noſtri firmatur nomine Werneri episcopi adſcripto. *Urs.*

81) *commendationibus.* Ann. Saxo habet *emendationibus.* *Urs.*

82) *Nezemuisclen.* Editiones ſiniſtre ponunt *Neſemuschlen.* Corrupta eſt etiam lectio Ann. Saxonis *Vecemisclen.* Nomen, quod Cod. Dr. habet, eſt mere Slavicum, et, ni fallor, idem eſt, quod gerunt nobiles veteris proſapiae et multarum imaginum, a *Nieſemeuſchel.* *Urs.*

83) *Uueleresleuo.* Wallersleben, pagus ducatus Magdeburgici. *Urs.*

84) *Uuiribeni.* Werben, oppidum, ad quod Havela influit Albim. *Urs.*

85) *Arnaburch.* v. ſupra Lib. III. Diploma Henrici II. ſuper reſtitutione civitatis Arnaburg. dat. Mulinhuſen VII. Id. Aprilis an. 1006. Indict. IV. anno regis quarto, exſtat in Sagittarii Antt. Magdeb. p. 257. ſ. *Urs.*

86) *ſpirituali mucrone.* Innuit anathema, *interdictum*, *excommunicationem*, ſive ſacris aliquem interdicere, ut in numero impiorum et ſceleratorum habeatur. *Urs.*

Digitized by Google

An. 1006. A. S. Interea *Balduinum* ducem *Uulandariorum* 87) iuventus et rerum affluentia ac mala iniquorum inflatio adversus Regem armavit, et *Valentinam* urbem 88) possidere potestatique suimet subdere suasit. Quod Rex ubi primum comperit, ipse cum signis 89) militaribus accedens, eripere eandem assidua pugnatione tentavit, et nil proficiens abiit, expeditionem suam in proxima aestate super Balduinum fieri Orientalibus et Occidentalibus firmiter indicens. Advenit optatum tempus, exercitus grandis colligitur, An. 1006. A. S. et a Rege cum eodem ad *Scellam* fluvium 90) pervenitur; ibi se Balduinus armato milite praesentans, transitum regi prohibere frustratoria spe nititur, sed prudenti quorundam consilio nostri navibus alio latenter transvecti eiusdem nimiam praesumtionem ex improviso irruentes confundunt. Fugiente eo Rex in Christo victore laetatur, flumen transgreditur, vicinitatemque contiguam populatur. Cum autem ad Abbatiam, quae *Gent* dicitur, veniret, a confratribus illius ecclesiae susceptus, loco eidem et bonis appertinentibus cunctis pepercit. Tandem Balduinus magna necessitate coactus humili supplicatione veniam impetrat, et non longe post per manus regis miles effectus 91), *Uualecorn* 92) et praenominatam urbem (Valentiam) in beneficium adipiscitur. [Mense Iulio XII. Kal. Augusti *Gisla*, venerabilis matrona et mater Regis nostri inclita obiit et Ratisbonae sepelitur.] 93) Pacificatis tunc partibus his 94) generale concilium in *Frankenuordi* a rege ponitur, et hoc ab omnibus Cisalpinis antistitibus visitatur. Causam vero praecedentem, lector, auribus accipe!

Rex

87) *Vulandariorum*. In Cod. nomen aliquantulum attritum, hinc a Reineccio et reliquis omissum est. Quantum vero e residuis literarum vestigiis divinare licet, prima scriptura ea ipsa fuit, quam supra dedimus, et manus antiquior margini adscripsit *Flandriae*. Ann. Saxo habet *Flandrensem*. *Urs.*

88) *Valentinam urbem*. Valenciennes, Valentinianae, urbs celeberrima Comitatus Hannoniae, in Marchia Franciae et Lotharingiae sita. Facta est haec urbis oppugnatio an. 1006. teste Sigeberto Gemblac. et Alberici Chronico P. II. p. 44. *Urs.*

89) *Signis*. non *suis* militaribus habet Cod. Dr. rectius. *Wa.*

90) *Scellam fluvium*. Est *Scaldis*, *die Schelde*. *Urs.*

91) *miles effectus*. ap. Reineccium et Maderum desiderantur. Leibnitius adnotationibus e codice suo intulit. Cod. Dresd. habet: *per manus regis effectus Uualecorn*. Sed vocabulum *miles* per incuriam librarii hic esse omissum, quis non videt? praecipue, cum Ann. Saxo legat: *per manus miles Regis effectus*. *Urs.*

92) *Uualecorn*. Walachria, Walchern primaria insula Comitatus Seelandiae, quam Alcuinus Caroli M. historiographus insulam Oceani vocat. v. Chron. Gottwic. p. 844. Scriptores rerum Belgicarum omnes Seelandiae insulas datas tum Balduino intelligunt. *Urs.*

93) *sepelitur*. Haec de obitu Giselae a Reineccio et Madero praetermissa, addito insertionis signo in margine Cod. Dresd. a manu satis vetusta adduntur. Eadem inseruit textui suo e Cod. Brux. Leibnitius. Obiit pia mater Henrici 1007. ut Ann. Saxo iisdem, quibus Cod. nostro, verbis p. 408. observat. *Urs.*

94) *partibus his*. Ann. Saxo *occiduis*.

Digitized by Google

Rex a puero quandam fuimet civitatem, *Babanberg* nomine, in orientali Francia fitam, unice dilectam prae caeteris excoluit, et uxore ducta eandem ei in dotem dedit. 95) Poftquam autem ad regni curam divina miferatione promotus femper tacita mente ibidem epifcopatum conftruere geftit. Sed quia, ut Flaccus teftatur, dimidium facti, qui (bene) cepit, habet; novam ibi inchoat ecclefiam cum cryptis duabus et perficit. Omnia autem, quae ad divinum pertinuere mifterium 96) paulatim congregans, *Heinricum* Uuirciburgenfem epifcopum fibi multum familiarem, ut propofito animi fuimet afpirare voluiffet, parochiamque in pago, qui a *Radinzca* fluvio nomen fortitur, pofitam concederet, fibi concambio vendicandam, faepe rogavit. Dilecti fenioris iuftas petitiones praeful benigne fufcipiens ea ratione confenfit, ut pallium fuae permittens ecclefiae, Bauenbergenfem fibi fubderet paftorem, hocque baculo fuimet regi dato, et quodam praedio pro commutatione praefata tradito clam firmavit. Cum vero fe archipraefulatum nullatenus adipifci poffe fentiret, promiffa complere renuens ad concilium vocatus fupra memoratum venire noluit. 97) Confidentibus ibidem ordine Archiepifcopis cum omnibus fuimet fuffraganeis Rex 98) humotenus profternitur, et a Uuilligifo antiftite, in cuius dioecefi fynodus habebatur, elevatus, cunctis praefentibus talia fatur. 99) *„Ob recompenfationem futuram Chriftum haeredem elegi, quia in fobole acquirenda nulla fpes remanet mihi; et quod praecipuum habui, me ipfum cum modo acquifitis feu acquirendis in facrificium patri ingenito iam dudum fecreto mentis obtuli. Epifcopatum in Bauanberga cum licentia antiftitis mei facere hactenus concupivi, et hodie iuftum hoc perficere volo defiderium. Ob hoc ferenis-*

V 2

95) *in dotem dedit.* Probant ex hoc loco privilegium quoddam Bambergenfe, nomine *ferici fili D. Cunegundis* fignatum. Henricus II. fcilicet Comitatum Bambergenfem, mortuo Comite Reinholdo vacantem, et hereditario iure ad fe devolutum ecclefiae dicare, et Bambergae epifcopatum fundare conftituit. Hunc igitur in finem non folum ampliffimis terris et reditibus e proprio patrimonio quaefitis ecclefiam hanc epifcopalem dotavit, fed et eandem affenfu Pontificis ab omni Metropolitani poteftate exemtam, immediate fedi apoftolicae Romanae fubiecit. Infuper Cafp. Brufchius de epifcopis Germaniae c. 15. p. 236. primus omnium perhibet, conftituiffe Henricum imperatorem, ut feculares quatuor S. R. I. electores feuda electoratus ab epifcopo Bambergenfi, ut vafalli a fuo directo domino petere neceffe haberent. Quod infigne privilegium vulgo *fericatum Divae Cunegundis filum* appellant. Hinc natum iam tritum vetuftate proverbium eft, Bambergam beneficio fili cuiusdam ferici optime effe munitam. Sed falfitatem commenti huius Brufchiani folide evicit C. W. Gaertnerus in Diff. de S. R. I. Electorum, inprimis Saxoniae feudis et officiis Bambergenfibus L. 1726. *Urs.*

96) *mifterium.* Maderus et Leibnitius praeeunte Reineccio minus recte *minifterium.* In Ann. Saxone ita legimus: *omnia, quae ad divinum cultum et minifterium pertinent. Urs.*

97) *noluit.* Praepoftere in omnibus editionibus legitur *voluit. Urs.*

98) *Rex.* Addit Cod. Brux. *humillimus.*

99) *talia fatur.* Leibnitius e Cod. Antverp. hoc exordium fermoni praemittit: *Domini et patres gloriofi! a mea parvitate huc acciti hodie conveniftis, et, quamobrem vos acciverim, veftris auribus aperiam, precorque omnium veftrâm clementiam, ut in his, quae, fpero, mihi divina gratia infpiravit, amore Chrifti inflammanti faveatis.* Iisdem verbis leguntur ap. Ann. Sax. *Urs.*

Digitized by Google

ſereniſſimam veſtrimet interpello pietatem, ne abſentia eius, qui apud me voluit obtinere, quod mihi non licuit huic concedere, propoſitum voluntatis meae queat impedire, cum in baculo eius mutuae confirmationis ſigno clareſcat, hunc non propter Deum, ſed ob dignitatis nullatenus adipiscendae dolorem fugiſſe. 100) *Moveat omnium corda praeſentium, quod per ambitionem ſuam ſanctae matris eccleſiae augmentum annullare, cum nugigerula legatione praeſumit. Ad haec firmiter conſtituenda contectalis meae praeſentis et unici fratris et cohaeredis mei, larga benignitas aſpirat, et ſibi placita adimpletione his me eadem reſtituere utique pro certo ſciat. Si quando autem episcopus venire et promiſſa dignatur ſuſcipere, paratum me ad omne, quod verbis bonum videtur, procul dubio inveniet.*" Finitis talibus alloquiis *Beringerus*, antiſtitis Heinrici capellanus, ſurrexit, *propter timorem Regis ſeniorem ſuum huc non veniſſe, et detrimentum eccleſiae ſibi a Deo commiſſae in aliquo fieri nunquam laudaſſe teſtatur*, *et obſecrat cunctos praeſentes per Chriſti amorem, ne talia fieri abſente eo futurum ſibi in exemplum paterentur.* Privilegia eiusdem ibi alta voce recitantur. Inter haec quotiens Rex anxiam iudicum ſententiam nutare proſpexit, toties proſtratus humiliatur. Tandem archiantiſtite Uuilligiſo, quid de his faciendum foret iudicio perſcrutanti, Tagino primus reſpondit, haec tunc ſecundum regis eloquium legaliter fieri poſſe. 1) Cunctis praeſentibus eius ſermonem tunc affirmantibus et ſubſcribentibus, *Euerhardo* tunc Cancellario cura paſtoralis a rege committitur, et hic a praefato archipraeſule eodem die conſecratur. 384
Poſt haec autem Heinricus antiſtes auxilio confratris *Hiriberti* regis gratiam et adimpletionem ſibi placitam acquiſivit.

Sed quia raro illuceſcit ſerenitas, quam non ſequatur caliginoſae nubis obſcuritas, Regi Paſcha Ratisbonae celebranti de *Luiticis* et ab his, qui a civitate magna *Luibni* 2) dicta miſſi fuerant, et a Iarimiro duce Bolizlauum multa ſibi contraria moliri cupien-

100) *fugiſſe.* Sic Cod. Dr. melius, quam editiones: *fuiſſe.* *Wa.*

1) *legaliter fieri poſſe.* Hanc ſententiam dedit Leibnitius ex Cod. ſuo cum aliqua variatione: *haec tunc iuſta voluntas et petitio regis conſenſu omnium veſtrûm legaliter poteſt impleri.* His accurate reſpondet Ann. Saxo. *Urs.*

2) *Luibni.* Lubenam, urbem Marchionatus Luſatiae inferioris intelligunt *Schoetgenius* in *diplomat. Nachleſen* P. I. p. 249. ſ. *Iunkerus* in Geogr. med. aevi p. 254. *Matthei* in libello *de Lubena olim magna* 1727. 4. edito, et, quod miror, etiam *Ritter* in *der ältest. Gesch. von Meiſſen* p. 135. Dithmarus aperte de urbe Luiticiorum ſive Slavorum Pomeranorum, minimo vero Luſatorum loquitur. In Ann. Saxone nomen mutilum *Luvirm* exſtat, ex quo nihil proficimus. *Cruegerus* in *Origg. Luſat.* p. 166. ſ. de ſinceritate nominis, ut eſt in editionibus, dubitavit, et de alia Luiticorum urbe olim illuſtri, *Iulini* dicta, coniecturam propoſuit. Equidem non nego, ſcripturam Codicis Dresd. eſſe a prima manu *Luilni*, a ſecunda *Livulni*, ſed lectio noſtra *Luibni* ſalva eſt. Poſita erat in provincia Luiticiorum urbs, quam proprio vocabulo *Lubin*, *Lubinum*, *Luwina* nominant hiſtoriar. ſcriptores, Burchardus Abbas in Chron. Vrsperg. p. m. 224. Adamus Bremenſ. Lib. V. c. 45. Biographus S. Ottonis, episcopi Bamberg. in Ludewigii Scriptt. Bambergenſibus Lib. II. c. 36. p. 687. et Cranzius in Vandalia Iaromirum, Pomeraniae ducem an. 1209. in locum antiquae urbis Lubini *Stralſundum* condidiſſe narrat. cf. Chron. Gottwic. T. I. p. 675. 783. *Urs.*

Digitized by Google

cupientem afferebant, seque ad haec perficienda verbis ac pecunia ab eodem introduci affirmabant. Intimabant quoque ei, si hunc amplius in pace et gratia suimet haberet, ut servitutem eorum firmiter non teneret. Haec Rex cum suis principibus caute considerans, diversaque ab his consilii responsa percipiens, iniquae voluntati eorum in hoc consensit, quod generum suimet Hirimannum 3) illo mittens, condicta pacis foedera interdiceret. Quam legationem ab internunciis Bolizlauus comperiens, praefatum comitem, quamvis ad se prius 4) invitatum, non bene suscipit, et percepta ab eo narratione in multis se excusat: *sciat*, inquiens, *testis omnium Christus, quicquid deinceps facturus sum, id invitus implebo.* Post haec collecto exercitu pagum, qui *Morezini* 5) dicitur, iuxta Magadaburch iacentem populatur, et fraternitatem, quam in Christo cum Parthenopolitanis prius coniunxerat, hostili asperitate disrupit. Inde ad urbem, quae *Ziruuisti* 6) dicitur, veniens, urbanos terrore gravi et hortatu dulci devictos secum vehebat. Hoc totum nostri comperientes tarde veniebant, ac morosius eos insequebantur. Horum primicerius fuit *Tagino* archiepiscopus, et haec omnia prius sciens non bene providebat. Fui hic equidem cum illo, et cum nos omnes ad locum, qui *Iutriboc* 7) appellabatur, venissemus, visum est sapientissimis, non esse consilium, hostes tam parva multitudine prosequendos, et reversi sumus; Bolizlauus autem *Luzici*, *Zara* et *Selpuli* 8) denuo occupat, et non longe post *Budusin* civitatem praesidio *Heri-*

3) *Hirimannum.* Marchionem Misnensem et illo tempore etiam Milzenorum l. Budissinensis Marchiae. *Urs.*

4) *prius.* Sic Cod. Dresd. non *saepius. Wa.*

5) *Morezini.* Ditmarus ipse huius pagi situm in Ducatu Magdeburgico ponit. Fluvius Albi, Nutae, Stremmae et Ihlae superiori interiacet, et ripam fluvii Havelae attingit. Vestigia eius nominis supersunt in nomine vici Marzahn, prope oppidulum Prizerbe in Marchia media. v. Paullinum de pagis p. 158. Knauth de antiquis pagis principat. Anhaltini p. 43. Chron. Gottwic. T. I. p. 682. Beckmann hist. Brandenb. P. I. p. 107. f. *Urs.*

6) *Ziruuisti, Servesta, Zerbst.*

7) *Iutriboc.* Non universus pagus, ut voluit olim Loeseherus, sed oppidum *Iueterbock* cum praefectura in confinio circuli Electoralis Saxoniae, avulsum ab archiepiscopatu Magdeburgico vi pacis Westphalicae. *Urs.*

8) *Selpuli.* Pagus *Lusici*, de quo iam supra Lib. II. aliqua diximus, maximam Lusatiae inferioris, atque ideo circuli Electoralis Sax. partem complexus est, et, ut mea fert opinio, universum tractum Elistrae et Sprevae fluminibus interiacentem. — *Zara* vel *Zarowe* pagi situm optime ex quodam diplomate in Wilkii vita Ticemanni, eiusque cod. diplomat. p. 155. cognoscimus: *Sarowe ex Slube usque ad fl. Bobere extenditur usque ad terminos Poloniae et usque ad terminos terrae Budesinensis.* Quaerendus ergo est in Lusatia inferiori, inter fluvios Slubbe et Bober in confiniis Marchiae, Silesiae et Lusatiae superioris, partemque circuli Gubenensis una cum ditionibus Sommerfeldii et ipsius Soraviae occupabat. Iam anno 801. Targoltus de Bohemia Comes obtulit monasterio Fuldensi regionem suam, provinciolam scil. quandam sitam iuxta Bohemiam, Sorawe nuncupatam. v. Broweri Antt. Fuldenses p. 257. et Schannat Traditt. Fuldenses n. 593. Vocabulum *Zara* Sorabico idiomate *auroram* significat, quia haec ipsa provincia amplissimam Soraborum regionem Orientem versus terminabat. cf. Magni Annales urbis Sora-

Digitized by Google

Herimanni comitis munitam socer invidus possedit. 9) Mittens autem nuncios suimet, urbanos postulat, ut urbem hanc sine utrorumque labore sibi redderent, et nullam a seniore suo ereptionem sperarent. Fit pax mutua ad VII. dies. Iste parat impugnationes, hi per legatum suimet a domino et a principibus regni suppliciter auxilium poscunt, se alios II. dies 10) hosti resistere promittentes. Venit marchio 11) *Herimannus* ad Magadaburg, *Uualterdum* tunc praepositum interpellans, omnesque specialiter per legatos evocat primates, quos multum hic tunc tardasse vehementer queritur, et tamen milites suos per internuncios solatur. Qui cum assidua Bolizlaui impugnatione laborarent, viriliterque diu resisterent, videntes nonnullos ex sociis eorum nutare, dominumque se ad liberandos non venisse, licentiam hinc exeundi cum omnibus, quae habebant, apud ducem praefatum impetrantes, urbem ei reddiderunt, tristesque patriam repedabant. 12)

An. 1008. A. S. Mortuo post Pascha Treverensis ecclesiae archiepiscopo venerabili *Luidulfo*, capellanus eiusdem *Athelbero*, frater reginae et immaturus iuvenis, plus timore regis, quam amore religionis communiter eligitur. Rex autem ut hoc audivit, prioris non immemor in germano eiusdem *Thiedrico* 13) non praemeditatae constitutionis, uxorem dilectam caeterosque suimet familiares de episcopatu eodem impetrando sollicitos sprevit, et *Meingardo*, Uuilligisi archipraesulis camerario, nobili secundum carnem viro, eundem dedit. Propter hoc subdolae generationis furor accenditur. *Palas* 14) a Tre-

Soraviae. — In vero situ pagi *Selpuli* constituendo territorium inter urbes Lubenam et Teupitium, Storcaviam atque Bescoviam magis placet, quam circulus Calaviensis, quem ad pagum Lusici refero. cf. Beckmann hist. Brandeburg. P. I. p. 115. *Urs.*

9) *possedit.* Primus Milzenorum s. Marchiae Budesinensis Marchio fuit Hermannus. Describit eam Marchiam Saxoniae et Poloniae interiacentem Adelboldus biographus Henrici II. c. 22. Ab anno 1007. usque 1032. in ditione Polonorum fuit. Thiedericum Comitem Weitinensem eam a Conrado Imp. beneficii nomine possedisse, coniici potest ex Wipponis vita Conradi Salici et Annal. Hildesiens. ad an. 1032. et 1034. quia filius eius Dedo eam usque ad obitum i. e. ad an. 1075. tenuit. Tum demum hanc Marchiam Imperator dono dedit Wratislao duci Bohemiae, quam et eius successores diu obtinuere. *Urs.*

10) *alios II. dies.* Ann. Saxo habet *alios* VII. dies, et habuit a prima manu Cod. Dresdensis. *Wa.*

11) *marchio Herimannus.* sc. Milzenorum, marchionatus enim Misnensis dignitatem anno demum 1010. adeptus est. Quod bene notandum est, ne ex hoc loco, uti iam factum, mendose aliquis colligat, Guncelinum et Hermannum coniunctim in Marchiae Misnensis possessione fuisse. *Urs.*

12) *repedabant.* i. e. revertebant. v. Ind. Latinit. *Wa.*

13) *Thiedrico*, episcopo Metensi. *Urs.*

14) *Palas.* Sub hoc nomine venit palatium archiepiscopi et Electoris Trevirensis, *die Palz*, s. *Pfalz*, vetustissimum aedificium, altis muris, magnis et perspicuis fenestris, ex duris lapidibus constructum. Palatium nominabatur, quod, ut prisca edocent scripta, sedes antiquissima fuit et habitatio regum Francorum, in quo et Palatini comites domicilium habuerunt. v. Broweri T. I.

Digitized by Google

a Treverensibus 15) contra regem firmatur, ac terra haec hactenus pacifica crebris concremationibus quatitur, et quicquid hi immites in dominum lenem prius peccaverunt, aequali lance receperunt. Quid hi omnes hic et in futuro examine dicturi sunt, quorum culpa ineffabili ecclesia mater incorrupta toties in filiorum suimet nece et despoliatione gemens, lacrimas a maxillis descendentes ante conspectum vindicantis Dei fundit? Tali praesumtione Rex commotus illo cum exercitu properat, archiantistitem inthronizatum ibidem consecrari, *Athelberonemque* excommunicari praecipiens; obsidione etiam continua 16) eos, qui Palas tuebantur, in tantum constrinxit, ut fame et assidua impugnatione defatigati, aut interius perire, aut in potestatem regis inviti deberent exterius venire. Quod ne fieret, *Heinricus* dux 17) improvisa calliditate impediens, eos exire illaesos apud regem obtinuit. Postquam vero de his rei certitudinem Rex inquisivit, gravitate mentis id ferens, ut in sequentibus referam, ultus est.

Interim antecessor meus *(Uuigbertus)* longa infirmitate detentus, diem sollicitus supremum praestolatur. Sed quaedam de eo ante conclusionem ad memoriam eiusdem expedire mihi libet. An. 1009. A. S. Hic ex optimis Turingiae australis parentibus originem, in Magadaburg autem ab *Oterico* disciplinae regimen sumsit. Hunc egregie educatum Gisilerus archiepiscopus sibi familiariter in servitium ascivit, et multo tempore secum habuit, beneficio singulari et archipresbiteriatus officio demulcens, novissime autem quaedam ei iniquorum assidua susurratione subtrahens, mentem eius in tantum abalienavit, ut relictis omnibus suis Heinrico regi, sicut praefatus sum, adhaereret, optimeque ei placeret. Fuerat enim egregius et statura et facie, facundia et voce pulcherri-
335 ma, sapiens in concilio 18), ac largitatis immensae; unde divina visitatione et tali virtute sacerdotalis gradum 19) ascendit. Qui in diebus sibi divinitus concessis haec suae acquisivit ecclesiae: *Sidegeshusun* et *Uuiribeni*, in Derlingun VIIII. mansos, ac in *Daluini* VII. in *Ninstidi* III. de sua vero proprietate concessit in *Uppusun* VII. mansos

T. I. Annal. Trevirens. L. X. p. 500. it. Schekmann medull. gest. Trevirens. c. 2. A magno hoc palatio diversum est suburbanum oppidulum, et castrum ad sinistram Mosellae ripam, paulo infra Trevirim urbem, quod hodie palatiolum, *das Pfalzel* vocatur. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 501. 515. *Palas* vero ap. Ammian. Marcell. XVIII, 2. ab his plane diversum est. *Urs.*

15) *a Treverensibus.* Ann. Saxo a Lotharienfibus. *Urs.*

16) *obsidione continua.* addit Ann. Saxo *per sedecim hebdomadas.* cf. Gesta Treviror. in Leibnitii Access. histor. P. I. p. 66. f. *Urs.*

17) *Heinricus dux.* Ann. Saxo addit, *Bavariae*, frater reginae. *Urs.*

18) *in concilio.* Ann. Saxo in colloquio. *Urs.*

19) *sacerdotalis gradum.* Sic recte Cod. Dr. in Genitivo, scil. respiciens ad id, quod de eius archipresbyteriatus officio dixerat. Reineccius, quia vitium grammaticale subesse credidit, posuit *sacerdotalem gradum.* *Urs.* — Possis tamen etiam in Cod. Dr. legere *sacerdotales gradus.* *Wa.*

Digitized by Google

ſos et ſaltum, qui *pulcher mons* 20) dicitur. De libris, rebusque aliis divina reſpicientibus myſteria, multa contraxit. Nec minus quam decem annos toxicata 21) *„laeſus potione, crebram paſſionem corporis et in menſe Martio maximum ſuſtinuit laborem. Si quid in eo ſuis vel alienis unquam occurrit contrarietatis, hoc ſtimulus fecit immenſae infirmitatis. Praedicatione aſſidua commiſſos a vana ſuperſtitione errores reduxit, lucumque* Zutibure 22) *dictum ab accolis ut Deum in omnibus honoratum, et ab aevo antiquo nunquam violatum radicitus eruens, ſancto martyri Romano in eo eccleſiam conſtruxit, praeter hanc tertiam et quartam in Magadaburg, multasque alias ipſe dedicavit. Si quid in eum varium vulgus et ſaepe mentiens garrivit, bonis incredibile ſatis eſſe perſuadeo. Multi enim, cum alios culpant, ignorant, quod nemo ſine crimine vivit. Hic venerabilis vir quinque annos in epiſcopatu et ſex hebdomadas et dies quinque ſedit. Flebiliter ſaepe peracta confeſſione, et ab epiſcopis* Uuigone *et* Heinrico 23) *in extremis eum viſitantibus percepta remiſſione Nono Kal. Aprilis feria tertia* 24) *in Merſeburg de hac luce ad Chriſtum, ut ſpero, felix migravit. Sepultus eſt, ubi unus electorum Chriſti, dux*

20) *qui pulcher mons dicitur.* Nomina locorum hic memoratorum ita explicandi ſunt: *Sidegerhuſen*, ni fallor, eſt *Sotterhauſen* in praefectura Sangerhuſana; *Wiribini, Werben*, vel etiam *Werbelin* in praefectura Delitienſi; *Derlingun*, (alii Derdelungen. *Wa.*) Nieder-Roeblingen in praefectura Alſtadienſi; *Dalulni, Thaldorf* in praefectura Querfurtenſi; *Nienſtedi, Nienſtaedt* in praefect. Sangerhuſana; *Uppuſun, Obhauſen* pagus Querfurto proximus. — Wigbertus epiſcopus, teſte Ditmaro, ex optimis Thuringiae auſtralis parentibus ortus, facile ibi plurima bona eccleſiae Merſeburgenſi comparare potuit. Ex his coniicere fortaſſe poſſis, illum ex antiquiſſima et nobiliſſima Dominorum Querfurtenſium ſtirpe progenitum fuiſſe. *Urs.*

21) *toxicata.* En novum Codicis Dresdenſis hiatum! Paginae ſecundae folii 114. finem facit vox *toxicata.* Sequens folium a recenti manu nota numeri 115. ſignatum orditur a verbis: *cum gratia regis.* Quid vero ineptius, quam quod habetur in editionibus Reineccii et Maderi de Wigberto, praedeceſſore Ditmari noſtri? *Nec minus quam X. annos toxicata cum gratia regis per Geronem praepoſitum vocavit.* Sed ſtatim inter utraque folia exciſum integrum folium attento Codicis ſcrutatori in oculos incurrit, quod particula membranae adhuc reſidua aperte teſtatur. Defectum ab improbo cultro factum feliciter ex Codice Antverp. explevit Leibnitius. Ex eo igitur me ſumſiſſe, quae ſequuntur, fateor. *Urs.*

22) *Zutibure.* Non nomen eſt idoli Slavici, ſed querceti cuiusdam in diſtrictu Merſeburgenſi, quod ſacrum erat Diis Slavorum ibi cultis. Zowdzowy Sorabis ſua lingua numen eſt, cui quercus ſacrata eſt, vel quod quercubus praeeſt, *ein Eichgott.* Ab eius generis quercetis nomina habere videntur pagi Saxoniae ſuperioris *Zuttiwitz*, Zottewitz etc. cf. Chron. Merſeb. Brotuſii p. 462. *Urs.*

23) *Uuigone et Heinrico.* Wigone Brandeburgenſi et Herico Havelbergenſi. Ann. Saxo. *Urs.*

24) *nono Kal. Aprilis feria tertia.* Wigbertus, epiſcopus Merſeburgenſis, obiit 24. Martii 1009. quod teſtatur etiam Annal. Saxo p. 410. ita tamen, ut omittat *feria tertia*, quod falſum, eiusque loco ſcribendum *feria quinta.* Paullo ante Dithmarus Wigbertum ait per 5. annos, 6. hebdomadas et quinque dies ſediſſe, quod probe obſervandum: ex eo enim conficitur, eum 6. Febr. conſecratum fuiſſe, quod lucem affundit loco ſub initium Libri VI. v. ſupra ad p. 376. (Leibnit.) *Wedek.*

Digitized by Google

dux eius dum vixit et socius, per visum sibi prius monstravit. Huic equidem ego, qui haec scribo, indignus succedere a pio pastore Thaginone praedestinabar. Natalo Domini in Palithi *celebrante Rege cum Symmista suo Thaginone ipse tractavit, qualiter post mortem Wigberti praesulis Merseburgensem ecclesiam bono Provisori commendaret. Cui ille inquit:* Est in meo monasterio quidam frater nomine THIETMARVS, quem vos ipsi bene nostis; hunc sua prudenter modo disponentem ad hoc, largiente Deo, spero idoneum. *Ad haec Rex infit,* utinam hanc voluisset suscipere, qui me fautorem certissimum ad ea, quibus indigeret, non dubitaret habere. *Nepos meus* Thiedericus *illico ad me mittitur, qui haec etiam ex parte Regis et Archiepiscopi intimaret, et ad haec facienda pro posse persuaderet. Ego in Magadaburg positus legationem hanc percepi, et talibus respondi:* Deus optimus Domino et Patri nostro pio vicissitudinem retribuat, quod mentionem meam alicubi in bonum facere dignatur. Ad haec me immeritum esse iudico, unde ea laudare adhuc nequaquam praesumo. Potens est enim Deus episcopum adhuc viventem de manu mortis eripere, si autem prorsus recuso, me ab solita eius gratia repudiari vereor; non enim est praeter hunc aliquod auxilium, a quo vel haec promereri, vel maiora valeam percipere. Post mortem praesulis quid Deo placet in potestatibus ab eo constitutis vita comite libenter adimplebo. *Rex autem in Frankenford, audita morte episcopi memoriam pro eo debitam praecepit fieri: iam vero tum quorundam instinctu mentem suam ad meliora convertebat; voluit enim* Ethelgero *cuidam bene merito* 25) *honorem hunc impendere. Quod cum Regis familiaris Thagino resciret, summopere renuit, et cum assidua supplicatione eo me"*

(pergit porro Codex Dresdensis de Dithmaro, et reddere quae restant)

cum gratia regis per *Gezonem* praepositum vocavit. Venit ille ad me ad curtem meam, quae *Retmerslevo* dicitur, et ea nocte vidi baculum episcopalem iuxta lectum meum stantem, et interrogavit me unus, dicens: *Vis ecclesiam suscipere Merseburgensem?* et ego, *si Deus vult*, inquam, *et qui iubet venire, archiantistes.* Ille autem prosequutus, *cave*, infit, *quia quicunque sancto cerebrum movet Laurentio, statim insanit.* Cui mox respondi: *Tueatur me custos hominum Christus, ne in hoc vel in aliquo offendam maiestatem divinam, sanctorumque intercessionem avertam.* Cumque evigilarem, obstupui, et protinus exiliens iam clarum diem fenestras intrare vidi; et ecce! is, de quo nunc dicebam, intravit, et ostensis mihi duabus epistolis in sabbato sancto ad Augustanam urbem me rogavit et praecepit venire. Veni ad Parthenopolin et in die Palmarum cum licentia praepositi ac confratrum inde profectus, III. feria post resurrectionem dominicam loca attingebam praedestinata, et ab archiepiscopo quamvis irato, quod sic tarde venirem, misericorditer susceptus sum. Postera die vocatus interrogabar ab eo iussu regis, *si aliqua parte haereditatis meae ecclesiam*

25) *bene merito.* Ethelgerus, ni fallor, erat ille praepositus ecclesiae Halberstadiensis, qui an. 1019. obiit, de quo Chron. Halberst. ap. Leibnitium T. II. p. 120. et Chron. Quedlinb ib. p. 291. *Urs.*

Digitized by Google

ſiam vellem adiuvare meam? Cui tamen referebam: *Veſtra iuſſione huc veni, et de hoc modo nil certi nec poſſum vel volo reſpondere; ſi divino conſenſu et regis largitate veſtra voluntas, pia ſemper in me, hic adimplebitur, quicquid in hoc aut in rebus aliis pro animae remedio meae et de debito commiſſi facere poſſum, devotus implebo.* Hoc verbum archiantiſtes benigne ſuscipiens et laudans me ad capellam *Brunonis* episcopi, ubi Rex eundem exſpectabat, duxit, et paratus ad miſſam Regi me per manus tradidit. Qui ut cum electione praeſentium paſtoralem mihi curam immerito commiſit cum baculo, et proſtratus veniam petii, cantor introitum incepit: *Venite benedicti patris mei*, et in maiori eccleſia omnes interim ad miſſam campanae ſonabantur, quod etſi caſu et non iuſſu alicuius ſeu dignitate mea eveniſſet, tamen Rex bonum hoc eſſe omen teſtatur. Peracto tunc ibi magno a *Brunone* venerabili praeſule convivio proximo ſabbatho ad Novam Urbem 26) venimus. Ibi tunc in octavo dominicae ſolemnitatis die a praedicto archipraeſule, *Hillinuardo* confratre 386
noſtro adiuvante, et coëpiscopis non minus quam IIII. aſpirantibus in Regis praeſentia
An. 1009. A. S. chrismate in ſacerdotem perunctus ſum VIII. Kal. Maii. Inde Ratisbonam in Danubio flumine navigio perducimur.

In diebus illis fames magna in hac regione fuit. 27) Interea *Heinricus* dux rebellionis gratia Bauuariam clanculum intrare praeſumens, interclusum ſibi aditum a provida regis ſollertia ut primo perſenſit, mox fugiendo revertitur. Quocirca optimi Bauuariorum Ratisbonae regali edicto conveniunt, et quamvis duci ſuimet ad tres annos ſe alterum non eligere omnes ſponte iurarent, tamen ob hoc a rege iurgati, blanditiis atque minis ab eius famulatu et auxilio deducuntur, ſibique ſpecialiter aſſumuntur. Ibi tunc confratres de monaſterio Chriſti martyris *Emmerammi*, quod Arnulfus Imperator in honorem eius conſtruxit, bicque ad corporaliter pauſandum elegit, unanimiter regis pedibus provoluti, ex parte praeſulis ſuimet *Gebehardi* multa flebiliter, me eadem audiente, queruntur, et laici praeſentes magnis lamentationibus his ſubſequuntur. Difficile eſt mihi enarrare et alicui credere, quanta de his populus ſibi ſubditus ad vanam pertinentia ſuperſtitionem animaeque detrimentum ſuae diſſereret. Hoc ſolum ſcio, quod moribus et raris apparatibus huic ſimilem nunquam vidi, neque de antiquioribus audivi. Si interiora exterioribus concordant, aut melior eſt caeteris, aut longe inferior. Optime prius culta diruens novis inſudat maximis laboribus. Patriam cum commiſſis deferit, aliena, et quamvis longe ſunt, ſupervacuis cultibus colit. Deum teſtor, quod non ob reprehenſionem ſui tantum haec loquor; quia noſtra fragilitas in proximis diſſimulanda, et ob meliorationem eſt caſtiganda: quantum veritate ad hoc me perſuadente vehementer hoc cum multis admiror. Propitius illi

26) *Novam urbem. Neuburg*, oppidum Bavariae ad ripam Danubii. Fabricius Origg. Saxon. Lib. II. p. 269. contra ipſam Ditmari relationem, eius coronationem *Alſtedii* factam eſſe ſcribit anno 1008. *Urs.*

27) *in hac regione fuit.* Verba: *In his diebus — fuit.* in Codicis Dr. margine inferiori leguntur. *Wa.* — Addit Leibnitius e Codice ſuo: *Saxonum.* Annal. Saxo ſcribit: *in Saxonia. Urs.*

Digitized by Google

illi Deus, ut si haec bona intentione faciat, in iustificationibus Dei sine querela cursum huius peregrinationis incedat. Si autem tumore elationis aliquo magis inflatus, quam amoris fomite spiritualis tanta operatur, ad vituperandam solum praesentium conversationem, convertatur ab iniquitatibus suis, ac pro lucratione secularium, aedificationem fidelium sequutus animarum, nullo prematur detrimento sui. Felix est in Christo, qui aeternam iustitiae cultu memoriam, et a malo suspensus auditu, divinam promeretur ad dextram vocationem.

Rex dum haec, quae nunc longe progressus aiebam, discutit, ad invadendam episcopalem cathedram iussu regis ego praecedebam. Primoque ad curtem meam, sclavonice *Malasin* dictam, teutonice autem *Egisvillam* 28), veni, et subsequenti luce iuxta Elstram fluvium, et *Iteri* oppidum 29), cum convocatis ecclesiae meimet famulis, ad consolandum praesentes et ad vocandum absentes loquebar. Fugerat enim maxima horum multitudo suimet inconstantia, et antecessoris mei infirmitate praevalida. Inde ad Merseburch proficiscens per *Ericum* 30) antistitem, a confratribus primo honorifice susceptus, inthronizabar. Dies dominica crastino illuxit, et ego, peccatorum missam cantans, populos advenientes admonitionis egentes institui, et peccata confitentibus divina potestate, tamen infirmitate mea, resolvi. II. feria Rogationum dies incipiunt, et hinc ad Magadaburg petitione archiantistitis mei pergens IIII. feria a spiritualibus meimet fratribus, non pro qualitate meriti, sed pro quantitate amoris immensi, suscipiebar. Ascensionis inclitum et regale mysterium communi devotione pro nostra possibilitate peregimus. Inde ad *Uuallibizi* 31) [perrexi] 32), ubi tunc praepositus confratres Deo semperque virgini Mariae ibidem servientes, VII. annos ac tres hebdomadas et tres dies rexi, tantum onus Simoniaco, proh dolor! subiens exemplo, non in pecunia sed in praedio patruo meimet dato. In hoc multum culpabilis spero districti iudicis veniam, quia ob defendendum gregem dominicum et instituta parentum observanda multo magis id egi. Ergo te lectorem per Deum testor, ut textum huius narrationis inspicias, et pro qualitate meriti discernas, examinatorisque venturi horridam faciem lacrimabili supplicatione praeoccupes. Avus meus 33) de quo praedixi, *Luitharius* postquam in dominum suimet et regem deliquit, naevam hanc 34) abluere

28) *Egisvillam.* *Eisdorf* in praefectura Lützen, de qua villa v. *Leonhardi Erdbeschreib. der Sächs. Lande. Urs.*

29) *Iteri oppidum.* Est *Eytra*, nunc praedium Comitum de Werthern. *Urs.*

30) *Ericum.* Havelbergensem. *Urs.*

31) *Uuallibizi.* Walbeck. *Urs.*

32) *perrexi.* Haec vocula exciderat in Cod. Dresd. *Wa.*

33) *avus meus.* Maderiana addit *paternus*, quam vocem tamen ignorat Dresdensis. *Wa.*

34) *naevam hanc.* Vt alibi, sic et h. l. librarius Cod. Dr. barbare scripsit *naevam* pro *naevum*, nec tamen aliter Ann. Saxo. *Urs.*

Digitized by Google

abluere sedulo cogitavit. Unde monasterium in loco, qui *Rivus* dicitur *sylvaticus* 35),
in honore sanctae Dei genitricis construxit, ibidemque Uuilligisum statuit praepositum,
concedens fratribus his ad victus vestitusque necessaria decimam haereditatis suae par-
tem. Quo discedente vxor sua *Mahtildis* votum dilecti senioris sui faventibus ad hoc
duobus suimet filiis 36) perficere anhelavit, et post obitum *Uilligisi* patris egregii,
Reginbertum de orientali Francia natum succedere fecit. Hic decurso multorum spatio
annorum, mortuo tunc patre meo, et matre eius, auxilio patrui meimet *Luitharii*
antiquae civitatis 37) antistes a tertio Ottone effectus est. Fuit tunc in nostra vicini-
tate clericus nobilis genere, *Thiedricus* nomine, qui suasu praefati comitis decem
mansis praeposituram hanc comparavit. Quo tot annis 38) vel plus sedente, defuncta
matre mea, ego haeres tertius successi, et praedii medietatem, quae coenobium respi-
ciebat praefatum, a confratribus meis suscepi. Exin patruum saepe alloquebar meum, 587
quatenus mihi liceret curam subire praedictam, et si non potuisset id fieri dono, sal-
tem fieret mediocri pretio. Hic post longam animi constantis deliberationem 39), post-
habito caritatis et affinitatis debito, magna ex parte mea poposcit, et quia in fratribus
meis nullo fruebar adminiculo, desiderio eiusdem, proh dolor! consensi, ac eiusdem
ecclesiae, cuius tunc fui paterna traditione servus, dominicae incarnationis anno mille-
An. 1002. simo II. 40) Non. Maii custos effectus sum, annuente id antecessore meo ob acceptam
commutationem sibi placitam. In hoc officio plus iniquitatis, quam divinae aequitatis,
otiosus operator exegi, et pro hoc dignos poenitentiae fructus nunquam exercere co-
nabar. Nullum consanguinitatis linea mihi coniunctum accuso, sed bona pro malis
omnibus bis exflagito. Mortua uxore fratris mei rogatus sum ab eo 41) ut sepulturam
ei praeparare voluissem optatam. Sed cum scirem Uuilligisum venerabilem ibi esse tu-
mulatum, primo renui, at postremo rectum et pudorem voluntati eiusdem supposui,
miserque aggressus sum, quod utinam non fecissem, et quod gentibus nefas videbatur,
Christianus ego in deiectione sepulcri et ossium confratris mei operabar, et calicem
argenteum, quem ibi inveniebam, pauperibus ad dividendum reservari praecipiebam,
quem

35) *rivus sylvaticus.* ***Waldbach, Wallbach, Walbeck.*** *Urs.*

36) *filiis*, Lothario et Sigefrido. *Urs.*

37) *antiquae civitatis.* Oldenburgensis. *Urs.*

38) *tot annis*, h. e. decem. *Urs.*

39) *post longam animi deliberationem.* Cod. Dresd. habet *post* vitiose igitur: *longa delibera-tione.* Editiones: *prae* longa delib. quod non placet, nisi contrahas: praelonga. Paullo post editi: charitatis et *quia* affinitatis. Sed hoc *quia* ignorat recte Dresdensis. Possis etiam legere *quin et.* *Wa.*

40) *anno millesimo II.* Hic numerus II. non pertinet ad sequentes Nonas sed ad millesimo. Erraverat ergo Vrsinus in vers. German. p. 357. quod recte monet Wedekind, sed errorem retractavit Vrs. in hac latina editione, et ad Casp. Abelium ad Meibomii Chron. Walbecc. p. 32. iisdem provocat. *Wa.*

41) *ab eo.* Editiones omnes et Codd. habent *ea*, quod locum habere non potest. Solus Dresd. recte *eo.* *Wa.*

Digitized by Google

quem postea nullatenus comperiebam. Agnovi post in infirmitate sequenti, quia in Deum nimis peccavi. Sed cum hanc divino superarem auxilio, causa orationis Coloniam petii. Quadam autem nocte audiens clamorem immensum, quid hoc esset percunctatus sum. *Et hic ego sum*, inquit Uuilligisus, *qui culpa tui errans vagor*. Expergefactus mox obstupui, et usque huc, et quam diu vivo culpabilis hoc ingemisco. Ad percipiendum presbiteratus ordinem ad *Alstidi* 42) civitatem a domino Taginone vocabar, et in via hac peracti facinoris confessionem feci, et quod ad emendationem eius promisi, pro debito non complevi. Presbiterii vero dignitatem XII. Kal. Ianuarii a praefato archiepiscopo, praesente Heinrico rege et casulam mihi optimam largiente, indignus percepi. Antequam vero episcopus ordinarer 43), in ea hebdomada, qua recordatio fratrum a cunctis fidelibus universaliter celebratur 44), talia per somnum quidam mihi nunciat: *in hoc*, inquiens, *anno praesul Hillericus* 45) *et Meinric decanus ac tu mandatum Dei implere debetis.* Cui sic respondebam: *ut sit voluntas in coelo, sic fiat;* et in ipso mense et in tertia Kalend. Novembris, quae tunc proxima fuit, antistes praedictus, ut sibi prius revelatum est, in Christo exhalavit. Sed quia Deus omnipotens humanam fragilitatem saepe dignatur visitare et consolari, congruum est laudibus et scriptis hoc posteris innotescere, ut glorificetur nomen Domini, et prospiciat homo instabilis sibi. Praesul supra memoratus in Magadaburg invalescente prius nimia corporis aegritudine a quodam egregio viro in somnis sibi apparente sic admonitus est: *Ne sis modo de fine tuo sollicitus, quatuor annos et duas hebdomadas vel tres exspectabis, et bona quaecunque possis operari non desistas.* 46) Haec loquutus evanuit 47), et sicut iste praedixit, episcopus mente, ut spero, vigilanti supervixit, morte proh dolor! subitanea lineam vitae huius concludens supremam. 48) In sequenti nocte lux magna, et a multis visa apparuit. Post omnium memoriam Sanctorum ego de me multum pavidus licentiam abeundi a decano postulavi, et eundem, ut

An. 1008. A. S.

An. 1008. A. S.

An. 1008. A. S.

42) *Alstidi.* Alstet, Alstadium, perantiquum oppidulum in septentrionali Thuringia, olim Palatinatus Saxonici pars, a Palatio, in quo Imperatores olim residebant, et conventus publicos agebant. *Urs.*

43) *ordinarer.* Sic Dresd. et var. lectio Leibnitii, vulgarem tamen lectionem *ordinaret* defendit Wedekindius ex eo, quod loquatur Ditmarus de tempore, quo nondum sacerdos inauguratus esset, nempe de die 3. Octobr. 1008. *Wa.*

44) *celebratur.* Loquitur de septimana communi, *die gemeine Woche*, orsa die dominica proxima post festum Michaelis, incidit ergo in primos dies mensis Octobris. v. Haltaus Calendar. med. aevi p. 131. *Urs.*

45) *Hillericus.* episcopus Havelbergensis. *Urs.*

46) *non desistas.* Leibnitius e Codice suo, quicum ad verbum consentit Ann. Saxo, haec addit: *Tu vero tempus a Deo tibi concessum non negligas, sed quicquid boni possis, instanter operare, ut aeternam vitam promerearis. Urs.*

47) *evanuit.* Post quae e Cod. Brux. inserit Leibnitius versum: *Dixit; et in vacuas se mox transfuderat auras. Urs.*

48) *supremam.* Narrat haec de Hillerico, episcopo Havelbergensi. *Urs.* — Quae sequuntur: *In sequenti nocte — apparuit*, antiqua manus orae Codicis Dr. inferiori adscripsit.

Digitized by Google

ut se provideret, admonui. Ad curtem meam, quae *Retmersleve* dicitur, veni, et in
nocte proxima suppliciter Deum rogavi, ut aliquam de me certitudinem dignaretur
aperire. In primo subsequentis diei crepusculo, id est, in vigilia sancti Martini, ut
paululum quiescebam, sic tunc, ut mihi videbatur, *Uualterdus* tunc noster praepositus
haec dicens apparuit: *Vis tibi profutura scire?* et ut voluntatem meam in hoc sensit,
mox volumen unius Martyrologii diligenter inspiciens, plumbum, quo murus mensura-
tus dirigitur, tacendo immisit, et post longum temporis intervallum hoc substitit. *Et
quid nunc est?* aio ad eum; et ille, V. inquit 49), et vidi manifeste numerum hunc
atramento signatum, incertus, utrum dies, an hebdomadas seu menses, an signaret
annos? 50) et protinus respondebam ei: *utrum prius indictum, an posterius innotes-
ceret tempus?* et ille tacendo exivit. Equidem praemonstratas mihi inducias cura non
sine maxima notavi, sed bonis operibus nullatenus praeveni. Adveniente quinto mense,
quamvis plus mortem quam hoc sperarem, completur utrumque in accepto episcopatu
somnium, quia in eo praeceptis obedivi divinis, et numerum complevi signatum. Un-
de inconveniens esse mihi videbatur, ut sine speciali rectore ecclesia, quam hactenus
An. 1009. A. S. regebam, esset, ac eidem *Uuilligisum* fratrem meum 51), ex parte huius altaris ser-
vum, communi fratrum consilio praeposui, et inde ad Mersseburg veniens cum domi-
no meimet rege proximam pentecostem celebravi. Dehinc ad Magathaburg omnes
venimus. Ibi tunc nepos meus marchio *Uuirinharius* a rege in multis accusatus, gra- 388
tiam eius et beneficium suimet instinctu *Dedi* comitis 52) perderet, nisi infirmitas eius
subitanea id impediret, et ni hoc *Burchardus* 53) comes palatinus prudenti consilio
differret.

Rex inde progressus varias occidentalium mentes probare, et ne solito commoverentur, sedare tentavit. Quos nonnulli iniustitiam dominorum suorum pati nolentes laudant, nos autem quasi ignavos e contra vituperant. Sed plerique qui corporis voluptatibus cunctis servientes, freno aequitatis a Deo impositae regi nullatenus curant, sed

49) *V. inquit.* Quid hoc sibi portendat, quaesivit Ditmarus ex Waltherdo in somniis, et hic loco responsi pinxit numerum quinarium V. Omnes editiones hunc numerum insulse verbo *Veni!* explicant. Codex Dr. aperte sic habet, prout exscripsimus, et satis antiquus glossographus in margine adiecit: *post quinque. Urs.*

50) *signaret annos.* Sic recte Dresd. non, ut editiones: *assignaret annorum. Urs.*

51) *Willigisum fratrem meum ex parte.* Vrsinus ita rem expedivit, ut post *meum* incideret, et *fratrem* exponeret non *germanum*, sed *spiritualem.* — Wedekindus ita: In editione Maderi: *ex patre*, quam lectionem firmat Ann. Saxo p. 412. Satis igitur probabiliter *Casp. Abel* l. c. p. 25. et *Ioh. Lud. Levin. Gebhardi* Aquil. March. p. 36. coniiciunt, Sigfridi Comitis filium e concubina natum fuisse. Puto eundem esse, qui in necrologio ad 23. Dec. *Wille abbas* dicitur. Ita Wedekindus.

52) *Dedi comitis.* Wettinensis, et Marchionis Lusatiae. *Urs.*

53) *Burchardus.* Comes Merseburgensis, isque ultimus, obiit 1017. cf. Chronogr. Sax. ad h. a. in Leibnitii Access. histor. T. I. p. 230. *Urs.*

Digitized by Google

sed hoc virtute, seu fieri valet arte, de futuro nil solliciti defendunt, et omnes in hoc sibi non consentientes detractione et odio insatiabili persequuntur. Sed ego his neque suimet fautoribus consentio, quin potius illis, qui Deo se, potestatibusque ab eo constitutis, humiliant et cedunt, aspiro, quibus videtur esse satius, omnia propter Deum pati, quam flagitio et exsecrabili periurio divinam maiestatem offendere. Nostri praedecessores suis senioribus semper fideles in extraneas nationes, ac non in viscera, optimi saeviebant milites. Hoc posteritas discat, et alia fugiat, et quae mutanda sunt non in peius, sed semper in melius transferre contendat; beatitudinem octenam 54) libenter attendat, earumque opposita fugiens eam 55) apprehendere studeat. Quid illos amplius corripere vel hos attollere volo? cum unusquisque pro qualitate sui seminis pro certo recipiat fructum futurae messis. Cum pro corruptibilibus accipiendis semper laboramus, cur non ad indeficientis coronam honoris sublato timore aliquantulum properamus? Hanc ad capiendam Rex noster, ut praedixi, in itineribus et aliis necessitatibus maxime laborans, amicos fecit sibi inimicos, iuste eosdem exosus. Interim *Dedi* comes magnum dedecus in verbis et in operibus praedicto nepoti meo inferens excitavit malum, quod fore putavit oblitum. Consilio enim eius et auxilio urbs patris eius et nostra *Uualmerstidi* 56), Slavonice autem *Usiuire*, eo quod Ara et Albis fluvii hic conveniunt, vocata, combusta est et depopulata. Commovit hoc omne animosum iuvenis egregii pectus, et cum hostem de civitate *Tongeremuthi* 57) dicta, quia *Tongera* fluvius ibidem in Albiam cadit, equitare veraciter comperiret, fratrem meum *Frithericum* cum XX. tantum militibus armatis secum sumens, a summitate unius campi, ad *Mosum* villam pertingentis, quum eminus aspici potuit, viriliter aggreditur, et eundem fugientibus mox plus quam XL. sociis fortiter An. 1009.
resistentem cum *Egilhardo* suimet milite occidit, et post hoc iuste perdidit, quod A. S.
prius pene irrationabiliter eius persuasu amisit. 58)

Sed

54) *octenam.* Reinecc. Mad. et Leibnitius corrupte legunt *ostensam*, quod sensu caret. Leibnitius postea rectius vidit in Emendatt. p. 1006. Respicit autem Ditmarus beatitudines a Christo praedicatas ap. Matthaeum V, 3—10. *Urs.*

55) *eam.* sc. beatitudinem. Editt. habent *rem*, refragante Cod. Dr. *Wa.*

56) *Vualmerstidi.* Wolmirstaett, oppidulum ad Oram fluv. in ducatu Magdeburgico. Ficta sunt, quae de origine nominis traduntur. *Urs.*

57) *Tongeremuthi.* Tangermuende, urbs non ignobilis ad Albim, ubi Tangeram amnem recipit, in veteri Marchia Brandeburg. *Urs.*

58) *amisit.* Facta hac caede Wernherus Marchio munere et dignitate privatus, iisque auctus est Bernhardus comes ab Eichsfeld Thuringicus, qui occisi Dedonis sororem Thietbergam in matrimonio habuit. v. Chron. montis sereni p. 201. s. Reinhard Comm. hist. de Ludovico Salio II. p. 4. *Urs.*

Digitized by Google

Sed si te lectorem audire delectat, unde is (Dedi) fuerit, de tribu, quae *Buzici* dicitur, et de patre *Thiedrico* originem duxisse accipies. 59) Hic *Rigdago* 60) marchioni, agnato suimet, ab infantia serviebat, et gemina cordis ac corporis virtute pollebat; et ut praedixi, Boëmios adversum nos insurgentes ad Cicensem perduxit ecclesiam. 61) Ubi cum his vastando circumquaque perlustrans ad ultimum captivam matrem suam, hostis non filius, cum caetera adduxerat praeda. Post haec reconciliatus regis efficitur III. Ottonis, et in parvo tempore gratiam eius et familiaritatem promeruit. Interim *Bio* comes Merseburgensis in expeditione obiit, et Gisilerus archipraesul huius comitatum 62), qui inter *Uuipperam* et *Salam* et *Saltam* ac *Uuillerbizi* fluvios iacet,

59) *Buzici.* Hic est praeclarus ille et illustris locus de antiquissimo stemmate Marchionum Misnensium, et Serenissimorum Ducum Saxoniae, qui historiarum, Saxonicarum inprimis scriptores semper exercuit. Prae ceteris Schurzfleisch, Sagittarius, Schoetgenius, Glaffeius, Zollmannus, Eccardus, Gundlingius, Wiedeburgius, Krausius et Ritterus curam omnem operamque contulerunt ad dissipandas tenebras, quibus hic locus involutus est, qui unus solusque habitus, unde tuto fontem genealogiae domus Saxonicae petere possimus, et hanc ipsam ob caussam codex Ditmari in tabulario interiori Dresdensi sepositus et reconditus fuit. Nondum tamen extra omnem dubitationis aleam positum, quae vera sit *tribus Buzici* conditio, utrum persona aliqua, an locus sub hoc nomine lateat. Et *Eccardo* quidem in hist. geneal. domus Saxon. super. Cap. III. p. 15. 54. nomen *Buzicus* contractum, et idem esse visum, quod Bucco s. Burcardus, cuius nominis virum mira sagacitate apud Rheginonem indagavit, Comitem nempe Burcardum, qui anno 892. ducatum Thuringiae adeptus, et an. 902. ab Ungaris occisus sit; eius quoque parentem, avum et proavum probis et sinceris documentis demonstrasse sibi visus est. Quoniam vero parentem Theoderici, patris Dedonis, de quo Ditmarus agit, filium illius Burcardi, ducis Thuringiae fuisse, aeque firmis documentis docere non valuit, ortus Dedonis ex illo Burcardo meris coniecturis nititur. Eiusdem momenti est stemma a *Gundlingio* ingeniose productum. Et quid multa? tempus et operam perdunt, qui in exquirendis et constituendis antiquissimarum familiarum prosapiis sibi et aliis fallis heroum imaginibus illudunt. Ex Glossariis latinitatis medii aevi compertum habemus, scriptores eius aetatis vocabulum *Tribus* frequentissime de domiciliis, regionibus et territoriis personarum vel familiarum illustrium usurpasse. Nec alium sensum Ditmarum ipsum vocabulo tribuisse, non temere, sed ex ipsa stili eius natura contenderim, quicquid etiam *Krausius* in Diss. de Theodorico Buzico eiusque genere et patria., et de origine domus Saxonicae e primoribus veteris Germaniae, et ipse *Ritterus* oblocuti sunt. *Buzici* aperte verbum est Slavicum, nec ullus scriptor id contracte pro nomine Burcardi posuit. Idem nomen est, quod *Budizi*, *Budizco*, *Buzico*, *Budsez*, eoque nomine Slavis veniebat Grimmirsleba ad *Budam* fluvium Salae se ibi insinuantem, id quod ex diplomate Ottonis M. an. 937. in Sagittarii Antt. Magdeb. p. 74. 76. dilucide probatur. v. Dreyhaupt hist. circuli Salani T. II. p. 786. Ex hac Ditmari iamiam aevo florentissima et celeberrima domo maiores et illustres et praepotentes Ducum Saxoniae Serenissimorum provenere. Ceterum perbrevem hanc annalium Ditmarianorum notitiam omnium optime illustravit *Ritterus* in antiquiss. hist. Misnensi p. 171—176. cf. Annal. Saxonem p. 413. *Urs.*

60) *Rigdago Marchioni.* sc. Misnensi. *Urs.*

61) *ecclesiam.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *civitatem*. *Urs.*

62) *comitatum.* Chron. Gottvic. T. I. p. 625 I. comitatum Merseburgensem recto in pagum *Hassegun* collocat, de quo infra Lib. VII. Fluvii, qui hic a Ditmaro nominantur, aperte indicant, cotni-

Digitized by Google

iacet, isto acquisivit. 63) Insuper *Zurbizi* burgwardum 64), quem antecessores sui in beneficium possederunt, sibi et confratri suimet *Fritherico* vendicavit. Insuper *Thiedburgam Thiedrici* marchionis 65) filiam duxit, et ob hoc omne adeo intumuit, ut regi molestiam in occulto, et multis offerret in aperto. Proximum natale Domini rex in *Palethi* celebravit, et ibidem Thiedrico praedicti comitis filio comitatum ac omne An. 1010. beneficium iure et hortatu reginae ac principum suimet dedit. Insuper *Marcam* et A. S. quicquid *Uuirinzo* ex parte regis tenuit, hoc totum Bernhardo 66) comiti concessum est.

In diebus illis *Thiedricus* Metensis episcopus et dux *Heinricus*, frater eius, cum An. 1009. caeteris conspiratoribus magnam regi et suis familiaribus molestiam inferens, sibi suc- A. S. cessoribusque suis inexsuperabile detrimentum promeruit. Ecclesia namque una, quae extra Metensem stabat civitatem, et congregatio ibidem (Deo) serviens a Sclavis Deum non timentibus vastatur. Sed hoc damnum magna ex parte Rex cum iuramentis 68) et ex sua proprietate restituens, ne quid huic simile accidisset, cuncto exercitui cavere praecepit, ne vineas et aedificia cum frumento caeterisque utilitatibus laederet. 69) Vidi epistolam non longe post, ubi octingentorum numerus mancipiorum sancti Stephani inscriptus fuit, quae propter famem et aliam necessitatem a patriis finibus egressa sunt absque conscientia praepositorum, exceptis omnibus, qui cum consensu eorum abierant. Satius esset huic ecclesiae, quod nunquam natus fuisset homo ille. Describam quoque unum facinus eorum, quod in *Adra* lugubriter peregerunt. Rex autem habuit concilium in Magontia civitate et hi 70) tunc interfuere; et cum omnia ibidem An. 1011. secun- A. S.

comitatum hunc maximam partem terrae Mansfeldensis ambitu suo continuisse. cf. Chron. montis sereni p. 201. Sagittarii Antt. Magdeb. p. 59. Krausii Diss. de Theoderico Busico p. 25 f. Meibomii S. R. G. T. I. p. 370. Leuckfeld Antt. Halberst. p. 16 f. *Urs.*

63) *acquisivit.* Wippera, Sala, Salza f. *Salzsee* (salsum mare) et Wildenbach. *Urs.*

64) *Zurbizi burgwardium. Zoerbig, Klein-Zerbst*, vulgo *Zippel-Zerbst*, ubi rudera vetusti burgi adhuc supersunt. v. Eccardi hist. geneal. dom. Sax. superior. p. 55. Schurzfleisch Diss. de Marchia Misnensi p. 6. 7. C. G. Horn Diss. de Burggraviis Magdeb. p. 6 f. Ab Ann. Saxone nominatur *Zurbike*, in diplomatibus nomine *Sorbek* oppidum et castrum signatur. v. et Dreyhaupt T. I. p. 40. *Urs.*

65) *Thiederici Marchionis.* sc. Thuringiae, de quo vide Gundlingiana P. 34. p. 341. *Urs.*

66) *Bernhardo.* De hoc Theodorici Comitis avunculo, v. Wiedeburg Antt. Misn. P. I. p. 45. cf. Ann. Saxo p. 415. *Urs.*

67) *Thiedricus et Heinricus frater eius*, fratres reginae Cunigundis. v. Aventinum Lib. III, p. 311. *Urs.*

68) *iuramentis.* Acute *Kinderling* in *Allgem. Lit. Anz.* 1800. n. 178. coniicit *iumentis.*

69) *laederet.* Cod. Dr. proprie sic: *praecepit vineas et aedificia cum frumento ceterisque utilitatibus laesit.* Sine dubio vitiose. Kinderling l. l. ita medetur: *cuncto exercitui cavere praecepit;* (itaque nemo) *vineas* etc.

70) *et hi.* Thiedricus, Metensis episcopus eiusque frater Heinricus. Ann. Saxo p. 418. *Urs.*

ſecundum ſuimet placitum reſpondere non potuiſſent, reverſi ſunt irati, pace tamen ad tempus facta; et cum eos ſequerentur nil mali ſperantes, *Heimo* Uuirdunenſis episcopus et dux *Thiedricus*, latentes inſidias improviſo irruunt, et paucis effugientibus cum episcopis, interfecti ſunt innumerabiles viri. Dux ille nimis vulneratus, et quia 58
amicus eorum fuit, captus abducitur et multos dies cuſtoditur. Poſt haec datis obſidibus ſolvitur, et a regis gratia ob hoc non movetur. [Anno dom. incarnat. Mileſimo Bernhardus dux Corbeiae obiit.] 71)

An. 1010. A. S. Interea *Herimannus* comes et *Guncelinus* marchio invicem certantes inuſitato in his (Saxonum) regionibus more conflixere. Namque Guncelinus *Strelam* civitatem a militibus Herimanni cuſtoditam expugnare tentans, et nil proficiens, *Rocholenzi* urbem iuxta Mildam flumen poſitam et non bene proviſam incendio conſumere praecepit. Inſuper quicquid incommoditatis praedicto comiti, quia ſemper patrui in fratrum filios 72) ſeveri ſunt 73), facere potuit, id nullatenus diſtulit. Herimannus et *Ekkihardus* confratres caſtellum quoddam iuxta Salam ſitum 74), quod Guncelinus unice ſibi dilectum muris et praeſidio firmavit, bonisque innumerabilibus replevit, ex improviſo manu valida circumdantes expugnant, et diviſa omni congerie radicitus illud deiiciunt ac incendio conſumunt. Pervenit hoc ad aures Regis, et confeſtim idem ad Merſeburg haec ad diſcutienda properavit. Sed cum ibidem praedictorum ſententias comitum animadvertiſſet, culpam omnem Guncelino imputat, quia ſe in multis prius ſperneret et in illato ſibi dedecore ultorem non exſpectaret. Adiecit autem, quod familias multorum ſaepe id ſibi querentium Iudaeis vendidit, et nec iuſſu ſuo has reddere, nec latrocinia multis a ſua poteſtate nocentia unquam curavit compescere. Inſuper queſtus eſt, maiorem apud Bolizlanum fratrem gratiam hactenus habuiſſe, quam ei deceret, aut ſibi placere deberet. Hi praeſentes erant, qui cum ſemetipſis reum eſſe maieſtatis accuſare voluerunt. 75) Inter tot lamentationes 76) et eiusdem ſuorumque excuſationes, principum communiter conſilium a Rege quaeritur, et ab his diu hoc ſecrete volventibus, taliter reſpondetur: „*Scimus hunc erga vos iam excuſabilem non eſſe, et ut veſtrae*

71) *Corbeiae obiit.* Haec ab antiqua manu in margine inferiori cum ſigno inſertionis conſueto notata ſunt. Reineccius praetermiſit, nec Leibnitianus codex habet. Ann. tamen Saxo p. 417, ad ann. 1011. *Corbeiae Bernhardus pius dux* (Saxoniae) *V. Idus Februarii obiit. Urs.*

72) *in fratrum filios.* Germanitatem Eccardi I. Marchionis Miſniae et Guncelini optime ex hoc loco perſpicimus. v. Sagittarii Diſſ. de Eccardo I. p. 6. *Urs.*

73) *ſeveri ſunt.* Cod. Dr. a prima manu: *ſaeviunt. Wa.*

74) *iuxta Salam ſitum.* Nomen huius caſtelli nullus hiſtoriarum conditor prodidit. Videndum, an poſtera aetas hoc, uti alia Ditmari obſcuriora detectura ſit. Forte fuit caſtellum, cuius rudera adhuc prope Saalfeldum conſpiciuntur. *Urs.*

75) *accuſare voluerunt.* Ann. Saxo: *Aderant ibi praeſentes quidam, qui cum propria vita eum eſſe reum maieſtatis affirmare voluerunt. Urs.*

76) *lamentationes.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *querimonias. Urs* — *iam excuſabilem.* Sic lego in Cod. Dr. rectius puto. Editores ante me *inexcuſabilem. Wa.*

Digitized by Google

vestrae pietati se omni reluctatione remota tradat, *nobis bonum videtur. Admoneat vos misericors Deus*, *ut non qualitate suimet meriti*, *sed pro quantitate ineffabilis clementiae vestrimet* 77), *ad exemplum omnibus ad vos conversis in eo faciatis.*" Horum consultu Rex aspirans suscepit eundem et *Arnulfo* antistiti firmiter custodiendum tradidit, praesidii continuatione ab hostibus *Misni* muniens, eamque ad tempus providendum *Fritherico* committens. 78) Proxima vero messe interventu Reginae et instinctu cari Taginonis, *Herimanno* comiti marchiam (Misnensem) dedit et consilio et laude principum eorumdem. Interea praedictam urbem (Misni) *Brun* comes, frater Guncelini, ordine vicis suae custodiebat, et ecce priori die, quam Herimannus adventaret, magna Poleniorum caterva in primo diei crepusculo Albim transgressa, usque ad portam civitatis sibi promissae silenter veniebat. Sed cum positis ibidem militibus facilis ei non pateret introitus, est reversa tristis, proh dolor! illaesa, et nemini nocens. Huius rei 79) ductores erant duo *Uuethenici* 80) ex suburbio, ut post revelatum est. Namque hi sanguine suo talem merito praesumtionem 81) persolvunt. *Bolizlauus* autem inter spem metumque sollicitus in *Busin* 82) (Budissin) hos exspectabat, et ut adventare socios comperit, delusum se graviter portat. 83) Postera die Herimannus comes per regalem nuntium introducitur, ac debitoribus suis, quicquid in eum deliquerant, dextra hoc affirmante ab eo remittitur. Rex autem in hac aestate 84) et proxima hyeme consilio et virtute pacificatis hostibus contumeliam et damnum a Bolizlauuo sibi illatum crebra meditatione revolvit, et post pascha expeditionem

Y 2

77) *clementiae vestrimet.* Iidem: *vestrae, quae magna esse expertum est. Urs.*

78) *Fritherico committens.* Sagittarius Diss. de Eccardo II. p. 6. 7. et Wideburg in Antt. Misn. P. I. p. 73. 75. hoc de Marchia Misnica Friderico, Comiti Ilenburgensi interim tradita exponentes, sensum Ditmari non assecuti sunt. Fabricius, et qui in eius verba iurant, ex hoc loco Fridericum primum fuisse Burggravium Misnensem contendunt, quod *Boehmius* in specimine Antiquitatum Burggraviatus Misn. p. 23 f. solide refellit. Iam supra Lib. IV. Ditmarus Rigdagum quendam custodem urbis Misnensis, et, nisi me omnia fallunt, primum dixerat. Proxime adiunctus ante Fridericum erat Bruno Comes, frater Guncelini, qui ex ordine vicis suae urbem Misnensem custodiebat. Fridericus ergo nullo modo primus Burggravius esse potuit. Eo ipso quoque tempore plures eodem anno per vices munere huius Burggraviatus functi sunt. *Urs.*

79) *Huius rei.* Leibn. loco eius e codice suo: *Horum Slavorum ductores. Urs.*

80) *Uuethenici.* Nomen hoc Slavicum iam supra initio Lib. V. occurrit, addita explicatione teutonica *Kukeburger, Burgwächter*, lat. *speculatores.* Annal. Saxo legit *Wehetici. Urs.*

81) *praesumtionem*, h. l. idem quod *molimen, conatus. Urs.*

82) *Busin.* editores *Budissin.* Annal. Saxo *Budizin. Urs.*

83) *se graviter portat.* More quasi Gallico Ditmarus loquitur: *Il se porte mal.* Cod. Brux. et Ann. Saxo legunt *sustinuit*, proprie *graviter ferebat. Urs.*

84) *aestate.* Reinecc. et Maderus forte operarum vitio *aetate.* Leibnitius sub textu emendavit. *Urs.*

Digitized by Google

An. 1011. A. S. tionem suam atroci iussione indixit. Fit conventus 85) in *Belegori* 86), quod *pulcher mons* dicitur, in Geronis praedio marchionis. Tunc *Bernhardus* dux et *Uualtherdus* praepositus gratia Bolizlavum convertendi praecesserunt, ac in *Libitz* 87) quod sibi placeret invenientes reversi sunt. Venit etiam huc *Iarimirus* Boemiorum dux inclitus, et Regi per omnia fidelis. Nec praeterire possum, quod miserabile nimis praedicto comiti ibidem accidit. Nos omnes, nec aliquem excipere valeo, vice amicorum hostes huic fuimus, exceptisque duntaxat mancipiis, omnia consumsimus et quaedam igne. Huius rei nec Rex ultor seu defensor fuit. 88) Inde ad *Luzici* pagum, in cuius fronte urbs quaedam *Iarina* stat, a Gerone dicta marchione 89), qui magnus fuit et sic nuncupabatur. 90) Ibi tunc capti sunt duo fratres ex provincia *Hevellun* 91), et ex urbe Brandeburgensi, qui ad Bolizlavum, causa eum contra Regem vertendi venerunt, et inde digressi inciderunt palam laqueum, quem occulte tetenderunt. Hi de multis interrogati,

85) *conventus* sc. *exercitus*. Ann. Saxo.

86) *Belegori, quod pulcher mons dicitur. Biela ghora* proprie denotat *montem pulchrum s. album*. v. Frenzelii Nomenclat. Lusat. p. 24. Graunii Diss. de Dalemincia §. 18. not. IV. Usque in hunc diem ad unum omnes historiae Sax. investigatores hoc nomen in oppido non incelebri ad ripam Albis posito *Belgern* invenerunt, et ipse ego eandem sententiam in version. Teutonica foveram. Nihilominus tamen semper haesi in eo, quod hic locus a Ditmaro praedium Geronis, Marchionis Lusitensis diceretur, quod esse non poterat, qui iam tum iure et nomine civitatis gaudebat *Belgern*, uti Annales et varia diplomata testantur. Nodus profecto non in scirpo quaesitus, nec facili nisu solvendus. Tandem mente atque oculis huc atque illuc in mappis geographicis discurrendo praeter opinionem incidi in quandam dynastiae Straupicensis ad Marchionatum inferioris Lusatiae pertinentis villam, cui etiamnum nomen est *Byelegore*. Non procul ab hac villa iacet *Gros-Liebnitz*, is ipse locus, quem Ditmarus paucis interiectis nominat. Non est dubium, quin hoc *Byelegore* id ipsum praedium Geronis Marchionis fuerit, praecipue cum hoc et illud a Chronographo nostro adhibitum nomen parum differant. v. *Leonhardi Erdbeschreib. v. Sachsen* ed. sec. P. II. p. 737. *Urs.*

87) *Libiz*. Pro in Libiz corrupte legit Ann. Saxo *nil ibi*. Margini Cod. Dresd. recentior manus adscripsit *Libus*. *Urs.*

88) *defensor fuit*. Addit Leibnitius e Codice suo: *nec alius quis redditor fuit*. *Urs.*

89) *Iarina a Gerone dicta*. Urbem Iarinam Ann. Saxo p. 418. diserte nomine *Geronstadt* appellat. Ius et nomen civitatis sequenti tempore, ni fallor, exuit, illisque adstipulari non possum, qui *Kirchhayn* loco eius substituunt, vel cum Sagittario in Antt. Magdeburg. p. 261. oppidum Silesiae *Iauer* denotari existimant. Plura quoque exempla in promtu sunt eiusmodi urbium, quae in villas abierunt. Nomen itaque Iarina in villa *Gaehren* superesse credo. Situs illius villae optime etiam descriptioni Ditmarianae respondet. Iarina urbs in fronte pagi Luzici stetit, et Gaehren, quae templo instructa est, iacet in extremis finibus circuli Luccaviensis, ipsiusque Marchionatus inferioris Lusatiae. v. Leonhardi l. c. p. 709. *Urs.*

90) *magnus nuncupabatur*. Iisdem laudibus Geronem concelebrant Chron. Quedlinburg. ad ann. 1003. in Leibnitio II. p. 289. et Witichind. Annal. Lib. III. ap. Meibomium T. I. p. 662. *Urs.*

91) *Hevellun*. Alias *Havelli, Hevelli, Heveldum, Eveldi* etc. Tractum hunc ab Havela, qua alluitur, *Havelandiam* appellant. v. Paullinum de pagis p. 98. et Chron. Gottwic. T. I. p. 635. *Urs.*

Digitized by Google

gati, et nihil de his omnibus volentes profiteri, in uno colle pariter suspendio periere. Infirmabatur tunc ibidem Rex et sibi dilectus Tagino. Tunc principes angusto 92) ver-
390 sant in pectore, quid deberet fieri de incepta expeditione. Tandem ab his inventum est, quod Rex cum episcopis quibusdam et infirmiori multitudine rediret; *Arnulfus* autem (Halberstadiensis) et *Meinuuercus* (Paderbornensis) episcopi cum duce *Iarimiro* et marchionibus *Gerone* et *Hirimanno* caeterisque compluribus *Cilensi* et *Diedesi* 93) vastarent: sicque factum est. Praedicti Seniores cum urbem *Glogua* dictam, ubi Bolizlauus ipse fuerat, ac eos perspicere poterat, gregatim et loricati transirent, militum haec a muris cernentium animos provocant, et hi ducem suimet, cur hoc pateretur, alloquentes, sibi eos tentandi licentiam poscunt. Quibus talia refert: *Exercitus, quem videtis multitudine parvum, virtute magnus est, et e militibus caeteris electus. Hunc si aggrediar, sive vincam seu superabor, in posterum depressus sum. Regi possibile est, alium illico exercitum congregare* 94)*; multo melius est, nos hoc modo patienter ferre, et alias, si possit fieri, absque magno nostri detrimento his superbientibus nocere.* 95) Sic insolens militum animus sedatur, et in hoc itinere nulla eiusdem voluntas in nostris adversitatibus satiatur. Quamvis crebra imbrium inundatione nostri tardarentur 96), tamen late magnum hostibus damnum intulerunt. Tandem vastatis omnibus circumquaque iacentibus, Boëmi ad sua, nostri autem per Milzienos fines laeti ad Albim remeabant, praemissis illico ad regem nunciis 97), se cum bona prosperitate venturos indicant. Hic Dei gratia iam bene convalescens legationem istam et pone sequentes amicabiliter in Mersburg suscepit, et archiepiscopus Tagino de Strela prius a Rege divisus, sanctam Thebaeorum solemnitatem in Magadaburg celebravit, et ad regem huc incolumis venit.

Tracta-

92) *angusto.* Secutus Ann. Saxonem pro *angusta*, quod in Cod. Dresd. vitiose est, posui. Idem ante me fecerunt editores. *Urs.*

93) *Cilensi et Diedesi.* Pagus *Cilensis*, ut Cod. Dresd. et cum eo Ann. Saxo manifeste legit, bene distinguendus a *Silensi*, confinis vero fuisse videtur pago *Zarowe*, de quo ante diximus. Si coniecturae locus est, ex inferiori Lusatia extensus est in hodiernam Marchiam novam, et comprehendit districtum dynastiae *Sternberg* inter Oderam et Wartham sitae, et commendae, quam vocant, Sonneburgensis, cui adnumeratur *Zielenzig*, in qua voce ipsa vestigia antiqui nominis *Cilensi* insunt. Alter pagus, quem Ditmarus *Dietesi* appellat, in confinio Silesiae et Marchiae Milzianae positus erat, atque patebat a tractu civitatis *Halbau* ad dynastiam *Seidenberg*, cui subest villa *Diehsa*, in quo vocabulo pagus vestigia prisci sui nominis retinuisse videtur. v. Leonhardi l. c. p. 686. In confirmatione pontificia episcopatus Misnensis an. 968. scripta, si genuina est, hunc pagum una cum pago Luzici dioecesi Misnensi assignatum legimus. Ceterum non est, quod dubia, contra situm horum pagorum in Chron. Gottwic. p. 571 s. ex ipsa Ditmari de urbe Glogavia narratione mota, nimis anxie excutiamus, quia ipse vastationem dictorum pagorum ab insequenti ingressu exercitus Henriciani in provinciam Glogaviensem perspicue distinxit. *Urs.*

94) *congregare.* Addit Cod. Brux. *et nos appetere.* *Urs.*

95) *nocere.* Adiiciunt Cod. Brux. et Ann. Saxo: *et nostras iniurias vindicare.* *Urs.*

96) *tardarentur*, pro quo Brux. *gravarentur.*

97) *nunciis.* Loco eius legit Annal. Saxo et Cod. Brux. *veredariis.* *Urs.*

Digitized by Google

Tractatis tunc patriae laborantis necessitatibus plurimis, Rex iterum occidentales invisit regiones, et fluctivagos habitatorum animos sapientiae freno edomans, Natale
An. 1012. A. S. Domini festiva iucunditate in Palithi celebravit. Tunc iterum sibi percaram Merseburg invisit, et firmata ibi ad V. annos mutua pace, cum consilio paucorum urbem *Luibusiam* 98) dictam aedificare et confirmare praecepit; de qua multi praedixere venturum (malum), quod in hoc anno, proh dolor! agnoscunt, non esse falsum. Ad hanc venimus in fine mensis Ianuarii et ibidem sanctae Dei genitricis purificationem veneratione iusta peragentes, in XIIII. diebus opus impositum complevimus, et praesidio urbem munientes remeavimus. Iuxta hanc in parte aquilonari stat civitas, quam a praedicta nil nisi una vallis dividit, et in hac XII. portae sunt. Hanc cum diligenter lustrarem, opus Iulii Caesaris et magnam Romanorum structuram, Lucano 99) admonente, tractavi. Haec plus quam X. millia hominum capere potuisset. Minor autem, quam tunc perfecimus, ab Heinrico I. rege usque ad hoc tempus vacua erat, et quam flebili miseria haec cito corruerit, enumeratis, quae inter haec acciderant, explicabo.

In priore aestate IIII. Idus Augusti, monasterium in *Uuallibizi* cum IIII. ecclesiis et campanis omnibus, cum aedificiis appertinentibus propter peccata mea incendio
An. 1012. A. S. periit. Peracta in civitate *Bauenbergensi* ecclesia maiore, cum natalicius Regis dies esset, et XXXV. iam inciperet annus 100), II. Non. Maii omnis primatus ad dedicationem istius aulae ibidem congregatur, et sponsa haec Christi per manus *Iohannis* patriarchae de Aquileia et aliorum plus quam XXX. episcoporum (ministerio consecratur.) 1) His ego peccator interfui, et ut summo decuit Regi, in omnibus hanc ornatam vidi. Post haec synodus hic fit magna, in qua *Gevehardus* Ratisbonensis ecclesiae

98) *Luibusiam.* Margini Cod. Dresd. recentior manus adscripsit *Lebusia.* Ann. Saxo *Liubuzua.* Infra de illa plura dabimus. *Urs.*

99) *Lucano admonente.* Quid haec sibi velint, equidem cum ignarissimis scio. Qui Lucanum eam ob causam evolverit, oleum et operam perdet. *Urs.*

100) *XXXV. iam inciperet annus.* Leibnitius in Cod. Antv. reperit *vigesimus quintus* annus, sed minus recte et accurate. Iure meritoque primas damus Codici Dresd. et Ann. Saxoni p. 419. Consentit Gobelinus Persona ap. Meibomium T. I. p. 258. anno 1012. pridie Non. Maii die natali Regis Henrici anno regni sui X. dedicata est ecclesia Bavenbergensis. Ergo Henricus non, ut Lucae, Huebnerus, et alii putant an. 969. vel 972. sed anno demum 987. die 6. Maii natus est. Annales Hildeshem. ap. Leibnitium T. I. p. 275. obitum eius in diem 13. Iulii anni 1024. collocant. Longe itaque a vero aberrant plurimi histor. scriptores antiquiores et recentiores; qui aetatis eius cursum LII. atque adeo cum Reusnero in Op. Geneal. p. 268. LV. annis designant; teste enim Ditmaro locupletissimo Henricus, vitae cursum non pluribus quam XLVI. et quod excurrit annis conficere potuit. *Urs.*

1) *ministerio consecratur.* Haec supplevi ex Chronogr. Saxone p. 222. Ann. Saxo habet tantum *consecratur.* Editores habent *dedicatur* ex ingenio Reineccii, nam in Cod. Dresd. desideratur. Annal. Saxo et Chronographus numerant 36. episcopos, Marianus Scotus 48. et Imhof in notitia procerum Imperii Lib. III. c. 3. p. 95. habet 46. cf. Vdalrici Babenbergens. Codicem epistolarem in Eccardi Corpore hist. T. II. p. 60—77. *Urs.*

Digitized by Google

fiae episcopus ab archiepiscopo fuimet arguitur, et Metenfis ecclefiae praeful *Thiedricus* a Rege increpatur, eo quod in epiftola fuimet hunc iniufte apud papam accufaret. Sed haec omnia et multa alia confilio prudenti finita funt, et reftitutio parochiae tunc promiffa eft mihi. Completis omnibus in orientali Francia utilitatibus Rex Merfeburgenfem revifit civitatem, ac ibi fanctam pentecoftes folemnitatem celebrat, et in primo mane dominicae diei, qua fanctus apoftolos replevit fpiritus, *Tagino* archiepiscopus infirmari coepit, et miffam canere non potuit. Tunc iuffus fum indignus hoc officio fuccedere. Poftera die ad modicum convaluit archiantiftes, et ad Regem ambulans fe multum commovit, et poft hoc in tantum tardatur, ut per fe nunquam aliquid facere potuiffet. Accerfito tunc ad eum fratre meo abbate *Sigifrido*, ac praefule *Erico* (Havelbergenfi), illis confeffionem fecit, et in V. feria, cum iam inde voluiffet pergere, iuxta caminatam Regis folio portatur fuo, et elevato a capite pileo dormientem alloquitur feniorem: *Grates tibi condignas, domine mi kariffime, referat omnipotens Deus de cunctis miferationibus tuis, quibus peregrinum me hactenus vifitafti et confolatus es*, et cet. 2) Tunc ad ecclefiam veniens audivit miffam, ipfe praefentes benedicens. Inde portatur ad navim, et in ea ad *Uucanften* 3) deductus eft. Ibi tum fabbato requiescebat, et in die dominica iuxta urbem fuam *Spuitni* 4) vocatam navigio venit. In II. autem feria in ipfo itinere cum iam pene defeciffet, *Uualterdum*
391 ad fe vocavit praepofitum, eiusque fidei fe fuosque committens, V. Id. Iunii 5) non An. 1012.
obiit, fed ad Chriftum, quem femper amavit, laetus abiit. Fit oratio a confratribus cum intermixtis fletibus, et *Bodo* miles ad regem ad haec indicanda mittitur. Corpus autem archiepiscopi ad *Frafum* 6) ipfo die venit, et ibi facerdotalibus veftimentis paratum ad fedem fuam transfertur, et cum ingenti triftitia ab omnibus fuscipitur. Ego autem haec omnia in Merfeburg fero comperiens in ipfo depofitionis die orto iam fole adveniebam, et cum in ecclefia maiori pauca orationis verba effunderem, veni ad refectorium,

2) *confolatus es.* Leibnitius e Cod. Antverp. fequentia addit: *Et det tuae benignitati ob recompenfationem earum in coelefti Ierufalem praemium, quod ipfe fuis dilectoribus ineffabile praeparavit; me enim a modo viventem non es vifurus, quia iam, ut fpero, viam univerfae carnis fum ingreffurus. Vale igitur, domine cariffime, vale in Domino!* Annal. Saxo haec non habet. *Urs.*

3) *Uucanften.* Giebichenstein, non Wiigenstein, ut editiones praeferunt. Ann. Saxo h. *Givicanftein. Urs.*

4) *Spuitni.* Sic perfpicue in Cod. Dr. legitur, minime vero *Spuziu*, ut Ann. Saxo corrupte dedit. Alio nomine locus occurrit *Spulinesburg*, temporibus Ottonis I. burgwardium, fed illud nomen fenfim in defuetudinem abiit, et vice eius *Rothenburg* invaluit. Eft autem urbs ad Salae fluv. fita, tertio ab Hala lapide. v. Sagittarii Ant. Magdeb. p. 95. *Urs.*

5) *V. Id. Iunii.* Haud aliter Necrolog. noftrum, Annalifta Saxo, aliique, nec eius loco ponendum in V. Idus *Iulii* exiftimo, quamquam Acta Sanctor. ita iubent. Archiepiscopus Thagino revera mortuus 9. Iunii 1012. fequente vero menfe mori non potuit, cum die 15. Iunii Walthardus fucceffor electus, et die 22. Iunii confecratus fit. Ditmar. p. 392. Chron. Magdeb. ap. Meibomium II, 283 f. *Wed.*

6) *Frafum.* Frafa oppidulum ad Albim in ducatu Magdeburg. *Urs.*

Digitized by Google

fectorium, ubi praepositus cum universis confratribus atque militibus 7) sedens de electione tractabat. In quorum praesentia ego stans multum flevi, turbatus dolore vehementi, et salutatis omnibus sedebam, et quid ab his tunc esset dispositum interrogabam. Ad haec *Uualterdus*, *misi*, inquit, *legatum meimet ad regem, qui haec ei, quae nobis acciderant mala, indicaret, et voluntatem suam in rebus faciendis inquireret, et hic ad nos Henricum* 8) *antistitem misit, ut electio a nobis non fiat, sed tantum consensus unanimis, et hic indicetur ei. Nunc autem omnium pietas praesentium me, quamvis ad hoc indignum, decernit, si Deus consentit et si vult Rex.* Cui sic protinus respondebam: *Sum unus ex his, qui electionis huius ac consecrationis participes esse debent, et hoc vobis* 9) *consilium do, ac illud adiuvare, in quantum possum, volo. Senior meus imperet quod velit, vos autem quod accepistis a Deo et ab antecessoribus suis, videte ne perdatis. Te autem fratrem primus eligo mihi ad archiantistitem, non karitate tua, sed utilitate certa in te agnita: et praesentium mentem nunc singulariter scire desidero.* A quibus hoc unum percepi responsum: *Uualterdum nobis in dominum et archiantistitem eligimus.* His tunc confirmatis ille surrexit, et coram prostratus veniam petiit, divinam interpellans pietatem, ut haec nobis omnibus retribuere dignaretur, et a sua parte bona promisit omnia. Tunc ego me inclinans rogavi eum per nomen Domini et per verae fraternitatis amorem, ut ecclesiae meimet admodum despoliatae, parochiam sibi iuste pertinentem, si ad hunc perveniret honorem, restituere, aut sibi hanc cum aliis rebus inde abstractis voluisset sacramentis firmare. Hoc mihi in praesentia omnium firmiter promisit. Interim lassatus ab itinere praesul *Hericus* dormivit, et episcopus *Uuigo* 10) veniens electionem nostram consolidavit. Mittitur a nobis omnibus tunc custos ecclesiae *Redingus* ad Regem, ut memor Domini et antiquae promissionis, si unquam sic accidisset, familiam sancti Mauritii orbatam et nimis tristem tanto patre consolari voluisset. Sonata iam prima 11) *Ericus* antistes evigilat, et missam pro defunctis cantavit. Post evangelium autem, ad quid Rex eum huc mitteret, praesentibus innotuit, et defuncto archipraesuli absolutionem nobiscum fecit, et ab omnibus fieri postulavit. Tertia enim tunc dies erat, qua sacerdos praedictus 12) obierat, quae cum septima atque tricesima in uniuscuiusque fidelis exitu est memoriter ob mysterium in se continens celebranda, id est, ob fidem sanctae trinitatis et septiformem spiritum. Ac dehinc corpus benedictum usque ad locum sepulcri carmine et planctu defertur, ac positum est occidentali parte in choro ante cryptam, quam ipse fecit et consecravit, et in qua se, quam diu

7) *militibus*, i. e. vasallis nobilibus Archiepiscopatus Magdeb. *Urs.*

8) *Hericum*, sc. Havelbergensem, non Henricum, uti editores habent. *Urs.*

9) *hoc vobis.* Pag. 124. Cod. Dresd. iterum episcopi Werneri nomen praefert: Scō. Petѐ. s. m'sebg̃. W'nerʒ eps. fundator loci. *Urs.*

10) *Uuigo.* Brandeburgensis. *Urs.*

11) *Sonata iam prima.* Cod. Brux. *sonante iam prima.* Editiones: *audita iam.* *Urs.*

12) *sacerdos.* Hoc loco, ut saepenumero alias pro episcopo ponitur. *Urs.*

Digitized by Google

diu vixit, coram altari rogavit fepeliri; ubi idem lacrimabiles faepe effudit orationes. Sed Uualtherdus locum hunc, in quo nunc paufat, quia non erat dedicatus, animae falubrem et introeuntibus cunctis confpicabilem dilecto fuimet feniori providit. Sed quia beati omnes virtutibus fuis cum Chrifto vivunt, et in hoc feculo fcriptis; non eft bonum, tanti patris inclitam converfationem filentio tegere, fed veritatis luce omnibus proficuis 13) innotefcere. Erat hic (Tagino) iuftus et timoratus 14) ac mirae caritatis, largus et fidelis, caftus ac mitis, prudens et ftabilis, canonicus habitu, fed monachus in omni converfatione fua. Vitia in cunctis ob meliorationem aspere carpebat, bona quaeque laudans. Non fuit apud modernos ullus paftor, qui confratribus fuis familiarior effet, hos amavit atque coram populis laudavit. 15) In primo ordinationis fuae anno templum Domino aedificare coepit. Presbiteris et diaconibus 16) veftitum fuimet VIII. ficlis, fubdiaconibus autem et infantibus 17) IIII. adauxit. Nifi infirmitas obfifteret, omni die miffam et pfalterium cantavit, et quia ieiunare ob laffitudinem non potuit, eleemofynarum multitudine redemit. In vigiliis fupra modum laboravit, et quia parum manducare ob infirmitatem dentium potuit, potu, quamvis mediocri, facile fatiatur. Nobiles genere et moribus amavit, ignobiles autem non contemfit, fed in fua familiaritate habuit. Cultores Chrifti dilexit, contemtores autem eius iufto perfequitur odio. Omnia fibi divinitus commiffa excoluit et lucrari contendit. Antequam divinum perageret myfterium 18) feverus fuit, et poft omnibus hilaris arrifit, et perfaepe cum fuis Kyrieleifon cantavit. Nequeo ex parte mea numerare, quantum pietatis munus mihi indigno ftuduiffet impendere; hoc tantum fcio, quod nunquam illi digna remuneratione de his refpondi. Obedientiam, quam ei fuisque fucceforibus in
392 examinatione promifi, minime adimplevi. *Harnaburg* et *Frafan* ac *Pretine* 19) urbes cum curte una, quae Eficonis fuit comitis, fuae acquifivit ecclefiae. Apparatum episcopalem fatis egregium et affluentem congregavit. VIII. annos et menfes IIII. et VIII dies 20) columna ecclefiae fedebat, cadens, ut praedixi, praefentialiter, fed invifibili templo Domini translata manet perpetualiter. Eodem die *Uungerus*, Posnanienfis

13) *proficuis*, i. e. bonis, probis viris. v. Ind. Latinit. *proficuitas*. *Wa.*

14) *timoratus*. Vox medii aevi noftro non infrequens, dicitur pro *pio*, *religiofo*. *Urs.*

15) *hos amavit, atque coram populis laudavit*. Leibnitius e Codice fuo ita: *memorabatur eorum ubique bonum, et eos coram rege et principibus et univerfis populis intus et exterius femper laudavit*. Ann. Saxo poft populis nil addit, nifi *regibusque et principibus*. *Urs.*

16) *diaconibus;* et paullo poft *fubdiaconibus*. Sic vere Dresd. Emendare nolui, quia et alios illius aetatis ita fcribere animadverti. *Wa.*

17) *infantibus*, non *inferioribus*, uti editiones contra fidem Cod. Dresd. legunt. *Infantes* h. l. funt pueri fymphoniaci *Chorknaben*. *Urs.*

18) *myfterium*. i. e. facrificium miffae, f. facram fynaxin celebraret. *Urs.*

19) *Harnaburg et Frafan ac Pretine*. Diploma, quo Henricus II. haec rata habuit, eft in Noltenii Diff. de Velthem. familia, p. 50. *Arneburg et Frafa* iam ex fuperioribus notae. *Pretine* eft oppidulum *Pretin* ad Albim in circulo elector. Sax. *Urs.*

20) *VIII. dies*. Sic aperte in Cod. Dr. et totidem verbis habet Ann. Saxo. *Urs.*

Digitized by Google

sis coenobii pastor, confacerdos suus et suffraganeus, XXX. ordinationis suae anno obiit. Nunc haec dicta sufficiant, et de quo mihi nunc sermo est, amplius loquar.

An. 1012. A. S. *Redingus* ad Regem veniens, legationem suam suppliciter profert, et quamvis ardue, tamen desiderata impetrans, per internuntium *Uualtherdum*, in exequiis dilecti Senioris studiosum, etiam XX. talenta argenti *Thiedrico* nepoti meo in elemosinam excepto victu largientem, vocat, et ego iussus venire proficiscebar cum eo, ac in sabbato *Gronam* 21) sero venimus. Mox in praesentiam Regis venientes misericorditer suscipiebamur, et pauca locutus Rex nos ad hospitium ire permisit. Castra metati 22) enim tunc sumus extra urbem et iuxta lucum, ubi modo sancti est ecclesia *Alexandri*. Crastino fuit dominica dies et festivitas Christi martyris Viti, et ego valde mane missam confratribus meis cantavi, et post hanc in urbem vocati ivimus usque ad caminatam Regis, et ibi solus intromittitur Uualtherdus, et ibi usque ad tertiam soli colloquebantur, et egressus tunc Uualtherdus annulum portat in manu sua, ostendens nobis: *ecce habetis inquit pignus subsecuturae pietatis!* 23) Et tunc omnes nos in praesentiam venientes, examinatione Regis, ipso primitus eum laudante, praedictum patrem elegimus, et optimi quique aspirabant, et mox a Rege accepit baculum pastoralem. Post sacramentum regiae potestati exhibitum introductus est ad ecclesiam, quam ibi a Rege constructam antecessor suus benedixit, et laus domino a praesentibus canitur. Deinde regiam interpellabam pietatem, ut de ecclesiae necessitatibus meae aliquid loqui cum eo dignaretur, et ut ego postulabam, firmae suimet commisit me fidei. *Thiedricum* quoque nepotem meum, ut ipse desideravit Rex, per manus illi dedit, et cum generos 24) suimet tunc iterum exercitu petere voluisset, cum praesentibus suimet principibus, qualiter Bolizlauus ab his invaderetur, tractavit. Hoc omne archiepiscopo noviter instituto, et suas curtes in Saxonia positas commendavit. Eodem die omnes declinavimus unusquisque ad sua. In proximo autem sabbato archipraesulem Uualtherdum *Arnulfus* 25) praesul iussu Regis inthronizavit, et utrique honore ac magna iucunditate ibi suscepti sunt. Postera die unctus est Uualterdus ab *Eido* Misnensis ecclesiae venerabili episcopo III° cum adiutorio suimet confratrum *Uuigonis*, *Hilliuuardi*, ac *Herici*, et a me his multum inferiori. Adiuvit autem nos Arnulfus praesul II. feria omnes nos cum caritate bona, et munere magno abivimus. Fuerat enim vigilia

21) *Gronam*. Grona, Gruona, Gruonaha, *Gronau*, castellum et palatium regium Imperatorum Saxonic. in pago *Logingaha* haud procul a civitate Goettinga, prope fluv. Leinam. cf. Chron. Gottwic. p. 476. 478. *Urs.*

22) *Castra metati*. Cod. Brux. et Ann. Saxo. *hospitati sumus*. *Urs.*

23) *pietatis*. Leibnitius haec e Cod. suo sic dedit: *Ecce pignus indicium futurae dignitatis, pie mihi promissae*. Pietas pro clementia ponitur. *Urs.*

24) *generos*. h. l. *adfines*, coniugis fratres. *Urs.*

25) *Arnulfus*. Halberstadiensis, non Ravennas, ut sibi persuaserat Sagittarius in Antt. Magdeb. p. 267. *Urs.*

Digitized by Google

gilia sancti Iohannis Baptistae, et tunc *Redingus* ab archiepiscopo constitutus est ad praepositum cum communi electione confratrum. In die Sancto *ad montem* (Bergen) cum solito honore is ductus, a me et a fratre meo Sigifrido suscipitur. Ibi tunc missam cantans, populos primo instituit, et post ab abbate multum rogatus, ut ibi caritatem faceret, ob turbam sibi adhaerentem omisit. Fuit in Natali Apostolorum 26) in sede sua, ac tunc commissos salubriter admonuit. Interim a Bolizlavi nuntiis rogatus, *Sciciani* 27) causa pacem faciendi venit, et ibidem magnifice susceptus, duas ibi tantum noctes mansit, ac nihil ibidem proficiens muneribus magnis revertitur. Affuit mox expeditionis indictae statuta dies, id est VIIII. Kalend. Augusti, iuxta locum qui dicitur *Zribenz* 28) convenimus, et sic rursum usque prope *Belegori* 29) ascendimus. An. 1012. A. S. Tunc visum est principibus, non esse bonum perfici iter nostrum, sed optimis *Marcham* firmari praesidiis, et in consequenti nocte archiepiscopus capite nimis infirmatur; cumque ad eum mane venissem, diu eum in tentorio tardantem expectavi; egressus tandem queritur mihi, se multum aegrotasse. Promisit autem se ad reginam, in Merseburg tunc manentem, venturum et ibi me allocuturum. Tunc ego abscessi et ille prius recusans, tamen quia inventio Christi protomartyris tunc fuit 30), et dominica dies, missam cantavit, proh dolor! ultimam. V. feria ego ad Merseburg veniens, dum me cum confratribus meis ad adventum eius praepararem, audivi ab internuntiis, quod ille ad *Uucansten* 31) non bene valens curru veniret. Proxima die huc equitans *Bernuardum* Hillinissemensis ecclesiae episcopum causa benedictionis, et quam bene sciebat 32) curationis gratia vocatum ibidem reperi, et *Frithericum* comitem, cuius frater

 erat

26) *Natali Apostolorum*. Hoc est festo S. Petri et Pauli Apostolorum d. 29. Iunii. Cur Natalis Apost. dicatur, vide Calvoer Rituale Eccles. P. II. p. 337. *Urs.*

27) *Sciciani*. Quis hic locus sit, coniecturis vix eruendum est. Non magnopere litigabo cum iis, quibus *Cica* vel *Saathayn* vel *Gros-Ziescht* prope Baruth placuit. Nisi me animus fallit, Ditmarus ipse lucem aliquam praeferre nobis videtur, ubi locus iste sit quaerendus. Waltherdus scil. a Bolizlavii nuntiis rogatus, *Sciciani* pacem faciendi causa venit etc. Boleslavus vero, dux Poloniae tunc temporis, ut ex antecedentibus patet, Glogaviae commoratus est. Non longe ab hac urbe est pagus quidam *Seitsch*, ex quo vocabulo dialecti Slavoniae peritus reliquias vocis Sciciani facile dispiciet, et huc fortasse Waltherdus pacis conciliandae gratia vocatus venit. Ann. Saxo habet *Ziciani*, editiones perperam *Scitiam*. *Urs.*

28) *Zribenz*. Sic Cod. Dresd. et Ann. Saxo, non vero *Tribenz*, ut est in editionibus. Omnia in ipsa auctoris nostri relatione momenta localia ad eam me opinionem inducunt, ut credam villam *Schrenz* in praefectura Zorbigensi inter urbes Merseburgum, Halam et Zorbigium sitam esse antiquum locum Zribenz. v. Leonhardi P. II. p. 103. *Urs.*

29) *Belegori*. Ut ex ipsius auctoris verbis elucet: *sic rursum usque Belegori* cet. non oppidum nostrum Belgern ad Albim, sed praedium Marchionis Geronis *Bielegore* intelligendum est. v. supra. *Urs.*

30) *inventio Christi protomartyris*. Incidit in tertium diem Augusti. *Urs.*

31) *Uucansten*. Ann. Saxo h. l. *Givicansten*, editiones *Wikansten*. *Urs.*

32) *quam bene sciebat*. Cod. Brux. et Ann. Saxo: *cuius peritus fuit*. *Urs.*

erat *Dedi* comes. Et cum introirem, sedebat archiepiscopus in solio, et me suscipiebat quam caritative, et suimet pedes tunc a tumore solito relaxatos intuetur et dolet,
quia, dum hi turgebant, venter levius habebat eius. Intimaverat is tunc mihi, si hoc 593
periculum sanus evaderet, nullus amicorum mihi fidelior esse potuisset. Fui tunc ibidem usque ad vesperam, et tum invitus redii, quia crastino erat vigilia Christi athletae Laurentii 33), cuius festivitas dominica instabat die. Qua cum ego populis venientibus pauca praedicarem, communiter ab his pro infirmo archiantistite orationem fieri supplex postulavi. III. feria ante primam 34), ubi ille fuerat, veniebam; et tunc hic erat *Eid* episcopus 35), multum pro eo in oratione continua laborans, et cum caminatam ubi ille pius iacuit, ingressus essem, nec loquentem audivi, nec bene cognoscentem hunc vidi. Advenere etiam eo vivente *Arnulfus* et *Hillinuardus* cum *Meinuuerco* et *Erico* coëpiscopis, omnes hunc pariter benedicentes et indulgentiam ei facientes. Ego autem peccator unxi eum oleo sanctificato in locis maxime dolentibus. *Iarimirus* quoque dux adfuit, quem frater suimet *Othelricus* et satelles, totius debiti immemor, in sacro sabbato dominicae resurrectionis proximae a regno Boëmiorum expulit, et Bolizlauum, quem etsi amicum sibi consanguinitate, tamen pro hoste hactenus habuit, in persecutione fuga petere coëgit. Hic quia archiepiscopum cunctis laborantibus nimis fidelem esse sciebat, sperans eius incolumitatem, ad impetrandam Regis gratiam intercessionem eius quaerebat; et cum hunc iam defecisse videret, dextrae eius se committi, et per eam nobis lacrimis postulat profusis. Sed archipraesul, cum iam finis adesset, nescio quid videns ad laevam 36), signo sanctae crucis potenter dextra se munit, et aversus corpore et vultu, contraxit faciem quasi ploraturus, et mox remisit laetus. Hoc ego videns ob tristitiam egressus sum, et interim praesentes eundem videntes iam semianimem, a lecto protinus elevaverunt, ac tapeto superposuerunt. Accensis tunc luminaribus vocabar, et iam stola indutum in agone laborantem vidi. Cuius pectori crux sancta fuit superposita. In manibus cinerem et subtus habebat cilicium, ut Eid episcopus monstrabat, et cum sol die iam mediante declinaret, cum incenso sibi adhibito, II. Idus Augusti 37) transiit anima eius ad creatorem suum, unde erat, derelinquens quod non erat. Orantibus tunc cum lacrimis praesentibus cunctis, ego infelix pro debito eosdem non adiuvi, et quod tunc mihi obviaret in animo, non possum cuiquam prodere; sed hoc tantum, Christi fideles! mecum orate, ut dominus, cui nullum latet secretum, nec huic, neque mihi hoc imputet. Post haec solutis visceribus et intra ecclesiam atque caminatam sepultis, corpus praeparatur et sancto altari praesentatur. Ibi tum facta pro defunctis memoria, nos ibi coenavimus, et corpus eodem die

33) *Laurentii vigilia.* i. e. die IX. Augusti. *Urs.*

34) *ante primam*, nempe horam canonicam quae est sexta matutina. *Urs.*

35) *Eid episcopus.* sc. Misnensis.

36) *ad laevam*, Ann. Saxo addit: *quod sibi displiceret.* *Urs.*

37) *II. Idus Augusti.* cf. Ann. Saxonem ad an. 1012. Chron. Magdeb. in Meibom. rerum Germ. p. 285. Chronogr. Saxonem in Leibnitii Access. T. I. *Urs.*

Digitized by Google

die usque *Coniri* 38) prosequimur. In via plangens familia obviavit. Crastino cum ad villam iuxta montem sancti Iohannis sitam venissemus, clerus omnis flens adfuit et Iudaeorum (pars) magna 39), et quorum erat pater, orphanorum multitudo conveniens dolorem lamentando manifestat; et nos in ecclesia maiore cum funere intrantes, amici cum haereditariis omnibus, elevatis cum luctu manibus, miserabiliter suscipiunt. Quis non tunc plangeret, cum talia videret? Querimonia autem omnis haec novo non aequabatur damno. Omnes nos confratres ad capitulum venientes tunc nepotem meum *(Theodoricum,)* excepto *Bennone*, eligimus 40), (idque) caritate archiepiscopi Taginonis maxime facientes. Vespere autem facto *Arnulfus* venit episcopus 41), quibuscunque valuit bonis ad haec aspirans. Postera die, renovata electione, corpus archipraesulis tumulatur ad dexteram antecessoris sui in australi manica 42), et in vigilia assumtionis sanctae Mariae. Quod Regina ut primo comperit, per *Geronem* pincernam suum Regi, iam iuxta Metensem urbem cum exercitu sedenti, indixit. Hic vehementer illud admirans, et qualiter se res nobiscum haberent interrogans eundem, regnum prout curaretur ab ea 43), celeriter remisit. Epitaphium autem archiantistitis non lapide aliquo, sed memori corde inscribendum, lector, exaudi! *Uualtherdus*, quamvis interpretetur *potestate durus*, severus in aperto, mitissimus fuit in occulto. In timore con-

38) *Coniri.* Est urbs *Coennern* in circulo Salano, adnumerata praefecturae Giebichenstein. In diplomatibus vocatur *Conre.* v. Dreyhaupt T. II. p. 923. *Urs.*

39) *Iudaeorum pars magna.* Sic legitur ap. Annal. Saxonem, ex quo voculam *pars* inserui. *Synagoga* est glossa marginalis in exemplari Leibnitiano, quod servatur in bibl. Dresdensi. *Urs.* — In Cod. Dresdensi nec *pars*, nec *Synagoga* est. Nec desiderabis alterutram si sequens *multitudo* etiam ad Iudaeos referas. *Wa.*

40) *eligimus.* Reperitur h. l. in Cod. Dresd. exiguus hiatus, qui nihil habet momenti. Una cum superno margine folii 129. paginae eius anterioris primus versus fere totus abscissus est. Idem defectus in Cod. Antverp. fuisse videtur, quia Leibnitius, quod deest nostro, non restituit. (Sed ex eodem Cod. Antv. ille hiatus expletus est in Actis Sanctor. Iun. I. p. 924. *elegimus, non hoc ob iuventutem eius impleri posse sperantes, sed pro conservanda electionis gratia ac caritate* etc. *Kind.)* Suppetunt interea quae Ann. Saxo p. 422. ab interitu vindicavit: *conservandae electionis gratia Theodericum elegerunt, licet ob iuventutem electionem in eo impleri diffiderent. Urs.*

41) *Arnulphus episcopus.* Non Ravennas, sed Halberstadiensis. *Urs.*

42) *manica.* Dedit e Cod. suo Leibnitius *absida*, qua voce quodammodo illustratur *manica.* Manica apud architectos illius aevi significat cuiusvis aedificii, praesertim templi latus, sive latiorem eius partem. v. Adelung Glossar. T. I. p. 147. T. IV. p. 527. *Absida* proprie est cuiusvis aedificii pars extrema et interior super planum semirotundum erecta et concamerata; quare et dicitur de templorum sacellis rotundis, deque aliis partibus templi, quae in circulum pariter terminantur, maxime vero de interiore aedis sacrae parte, in qua altare collocari solet. v. Glossar. T. I. p. 25. Walafridus Strabo de rebus eccles. c. VI. ait, *Absida*, dici eo, quod lumine accepto per arcum resplendeat; hinc ab Isidoro Orig. Lib. V. c. 28. exponitur *Lucida.* *Urs.*

43) *curaretur ab ea.* Cunigunda rege absente regni vicaria. Ann. Saxo p. 423. *Ut regnum ipsa procuraret usque ad suum adventum celeriter demandavit. Urs.*

Digitized by Google

continuo et amore iuſto Deum agnovit et proximum. Fragilitatem carnis fletus amaritudine crebri et elemoſynarum largitate ineffabili reſolvit. Utraque hic pollens virtute regi acceptus, cunctisque primatibus admodum exſtitit honorandus, quem ſenior ſuimet benedictione et ſolo nomine praecellebat; verus et compatiens, ac eccleſiae ſuimet fortis propugnator erat. Sine omni iactantia convicinis plurima impendit; ille ſolus ſibi ſuffeciſſe cunctis innotuit. Audivi eundem multum iurare, quod non ob ambitionem, ſed laborantis eccleſiae et pene deficientis utilitatem hunc expeteret honorem. Ad hoc ſe dixit immeritum, et ibi duos eſſe confratres, quos libenter eligeret, ſi hoc ullo modo fieri poſſe ſperaret. Iuſtus et tenax propoſiti ſuimet vir iſte fuit. 44) Laudari ſe ab aliis non appetebat, nec aliis ipſe detrahebat. Ex nobiliſſimis natalibus genealogiam ducens acceptam ingenuitatem nullatenus dehoneſtavit, ſed provectiori induſtria decoravit. Erat eiusdem pater *Erp* ſenior 45), vita laudabili, carus cunctis ſuimet contemporalibus; mater autem eius *Amulred* 46) nomine, quae caſtitate pia et opere herili inter alias lucebat matronas: haec vero omnia, quaecunque potuit bona, 394
pro eiusdem memoria diligenter impendit. Praedicto autem Uualterdo in ſomnis prius dictum eſt, quod archiepiscopatum Magadaburgenſem accipere, et ad modicum tempus eum poſſidere deberet. Et in hoc anno, quo hoc impleri debuit, cuidam matronae venerabili mater ſua iam defuncta per viſum apparuit. Quae cum ab ea ſalutaretur, et quomodo tunc valeret, interrogaretur, reſpondit: *bene!* et adiecit: *ſcisne,* inquiens, *quod archiepiscopus noſter Tagino de hoc ſeculo migrare et Uualterdus ſibi debet ſuccedere? non ut hic ſit aliquantulum regnaturus, ſed in ultimo examine inter iudicantes ſeſſurus. Ab eodem in coelo eſt tabula ex argento pene perfecta, et cum haec citius completur, ab aſpectu hominum is praemia recepturus auſertur.* Ipſe vero, ut ſoror ſua mihi intimavit laica, alteram enim habuit ſanctimonialem, id ipſum praeſciens, vocavit eam ad ſe, dicens: *Recordaris modo, qualiter mihi olim promiſiſti, ſi haereditati meae unquam ſuccederes, ut praedium, quod in Oſulfſtidi* 47) *habeo, pro animae remedio meae ſancto Mauricio traderes?* Cui haec omnia

44) *vir iſte fuit — decoravit.* Cur Reineccius aliqua plane omiſerit, quae in Cod. Dr. tamen adſunt, non video. Cod. nempe ſic: *laudari ſe non* (nunc ſequitur lacuna ex abſciſſo prioris paginae verſiculo orta) *natalibus — decoravit.* Haec omnia omiſit. Reineccius, et poſt verba *vir iſte fuit,* ſtatim pergit: *Erat eiusdem pater* etc. Defectum igitur verſiculi, verba nimirum: *laudari ſe — non detrahebat,* ex Cod. Antv. ſupplevimus, qui tamen in ſequentibus a Dresd. discrepat, ſic enim habet: *Genealogiam ducebat ex nobiliſſimis natalibus, quam extollebat bonis moribus. Dicebatur eius pater Erp* etc. *Urs.*

45) *Erp ſenior,* nobilis Saxo, e familia *Meiendorſiana,* uti coniicit Abelius ad Chron. Walbecenſe ap. Meibomium p. 37. *Urs.*

46) *Amulred.* Amulrada ſoror Walthardi archiepiscopi Magdeb. quae nupſit Conrado de Mareslеve et Horneburch, peperitque ei Suitgerum, qui poſtea episcopus fuit in Babenberch, tandem Romae Papa. Ann. Saxo. ad ann. 1040. p. 475. *Urs.*

47) *Oſolſſtidi.* Hodie vocatur *Olvenſtaedt* in ducatu Magdeburgico. *Urs.*

Digitized by Google

omnia profitenti, et digito 48), ut ipse petiit, confirmanti, flens respondet: *Mihi non licet vivere; tu autem fac ut dixisti, et pro certo scias, quod de residuis nihil abalienabo vobis confororibus meis.* Sciebat haec omnia compleri debere; sed speravit in tempore. Annos XXIX. praepositus erat, et hoc nomen et officium prae caeteris contemporalibus cunctis honorifice tenebat. Sarcophagum ingens ad includendas sanctorum reliquias de argento fecit. Ecclesiam rotundam post incendium huius civitatis magnam dilapsam a fundamento erexit, et ibidem Canonicorum congregationem facere proposuit, et his de sua proprietate praedium voluit dare supradictum. Non fuit is verbosus, sed conscientiae secreto congruis temporibus manifestanda contegebat; hoc solum prae omnibus queritur, quod ecclesias et clerum non benedixit. De pallio autem nil doluit. 49) Ineffabilem librorum copiam et sacerdotalem apparatum cum plurimis secularia respicientibus contraxit. Quae omnia in subitaneo eius fine multorum inutiles manus distraxerunt. Sedebat namque tantum VII. hebdomadas et II. dies. Hoc totum ideo dixi, ut de eius celeri obitu nec palam nec in occulto ullus miretur, vel sua speciali culpa haec evenisse arbitretur, quia multi ante eum plus quam XXX. sedebant annos, qui nec hic, nec in futuro maioris meriti erant. Vae his, qui in hac peregrinatione diu vivunt, et id spatium male operando perdunt; et bene illis est, qui dies sibi concessos cum cauta sollicitudine in Christi servitio ducunt. Male operantes quique 51) poenas sibi augent; e contra autem, quibus abbreviatur vita praesens, si sunt culpabiles, cito admissa luunt. Boni autem omnes etsi corporaliter non aeque degant, una tamen felicitatis 52) aeternitate gaudent. Non ille solus tam parvo tempore sedit. Legimus Tertullianum a sancto Stephano papa presbyterii dignitatem, et post IIII. dies ob amorem Christi constantiamque fidei martyrium a tyranno suscepisse, et in utroque ordine-is semper manet. Iste quidem peccata luit, et in brevi pro laboribus iustis bravium a Deo recepit, et hoc illico multis manifestatum fuit. 53) Haec autem omnia enarrare perlongum est; qualiter vero de his mihi acciderit, Deo teste, quia non mentior, explicabo. Fui in praesidio ad *Misni*, et in natalitio die apostolorum Simonis et Iudae post matutinam apparuit mihi ille venerandus, et cum hunc

48) *digito.* Scilicet apud Slavos rerum allodialium alienationes, traditiones, resignationes et investiturae symbolicae a domino fundi, vel alienante, plerumque confirmatae sunt digitorum extensione, sive per pollicem dextrum. Huius moris plura exempla ex diplomatibus attulit *I. C. H. Dreyer* in Diss. de fide manuali Germanor. quae est in Miscellan. Lipf. novis. Vol. 5. p. 630 ff. *Urs.*

49) *ingens.* Sic Cod. Dresd. Editt. *ingentem*, quod usitatius est et rectius. *Wa.*

50) *De pallio nil doluit.* Quia nimirum pallium ante obitum adipisci non potuit. Bulla enim P. M. Benedicti VIII. sexto demum die post Archiepiscopi obitum, scil. die 18. Augusti f. XV. Kal. Sept. Indict. X. primo Benedictini pontificatus anno scripta est. v. Sagittarii hist. ducatus Magdeb. Lib. III. c. 5. p. 271. *Dreyhaupt* T. I. p. 249. *Urs.*

51) *Male operantes quique.* Addit Cod. Brux. *longaeva vita. Urs.*

52) *felicitatis.* Spuria est lectio editionum: *fidelitatis. Urs.*

53) *manifestatum fuit.* Versiculis aliquot interiectis habet Dr. *non est. Wa.*

Digitized by Google

hunc mortuum bene cognoscerem, quomodo se res eius haberent, protinus interrogabam. Et ille, *in poenis*, inquit, *pro qualitate meriti fueram, quas omnes prorsus iam superabam:* et ego mox admodum gavisus, *licet mihi*, inquam, *campanas sonare et populos ad laudem Dei accendere?* Et ille respondit: *bene! quia verum est.* Et tunc amplius in colloquendo progressus, *estne*, dixi, *hoc vobis notum, quod multorum susurratione mens Regis alienata est a vobis, eo quod post ordinationem vestram contra eum multa operari studuissetis.* Et ille: *credite mihi, obsecro, credite*, ingeminans, *quia in hoc culpabilis non sum.* Cum autem percontari hunc vellem, cur tam cito obierit, evigilavi et hoc scire non licuit mihi. Accepi post a veracibus, quod is in omnium commemoratione sanctorum divinis clementer praesentari mereretur obtutibus. Omne, quod de illo dixi, non de speciali aliqua suimet caritate protuli, quia verum est, quod ante benedictionem suam mediocriter dilexit me, et ob defensionem suimet ecclesiae impedit 54) multa meae. Veritatis gratia et opprobrii ob mutationem subsequuturi haec locutus sum, minora quam fuerint, quia post se meliorem nullum 55) reliquit. Post huius sepulturam *Hericus* antistes ex nostra parte ad Regem cum electione mittitur, cui mox epistolam de ecclesiae detrimento meae inscriptam et Regis clementiam admonentem commisi.

An. 1012. A. 8. Interim *Bolizlauus* 56) de nece archipraesulis certus, congregato exercitu *Libusuam* 57), de qua praedixi, petiit, et qui sciebat ob effusionem Albis ex nostra parte nullum urbanis posse ad auxilium venire, castra metatus est ibi. Miles eius ad bellum hortatus accessit, et defensor ad modicum restitit. Magnam enim hanc urbem nil nisi mille homines tuebantur, cui vix tum totidem suppeterent. 58) Bolizlauus ad prandium sedebat, et satellites suos iam victores urbem ingredi gaudens cernebat. Porta 395
aperitur

54) *impedit.* Vitiose editores: *impendit.* Melius Brux. *impedivit.* *Urs.*

55) *nullum.* Sic Dresd. non uti editores habent, *non.* *Wa.*

56) *Bolizlavus*, dux Poloniae. *Urs.*

57) *Libusuam.* Gundling in Geographia Marchica, Beckmann in Chron. Francofurt. p. 5. Mascovius p. 153. et alii urbem olim episcopalem *Lebus* ad fluv. Oderam accipiunt. Sed iam Bolizlaus exercitum suum non in Oderae sed in Albis oras deduxerat, teste Chronogr. Saxone p. 223. *post mortem Walthardi Bolizlavus multis millibus suorum contractis Dalamintiae terminos occupavit, urbem eo loci noviter instauratam dolose expugnavit.* Idem ad annum 1012. dicit Chron. Quedlinburg. ap. Leibnitium T. II. quod in omnibus cum illo convenit, praeterquam quod urbi a Bolizlavo expugnatae nomen *Caloci* tribuat, sed facile ex Chronogr. Saxone emendandum, qui recte *eo loci* habet. Ex descriptione, quam Ditmarus hic et in superioribus de urbe *Libusua* dedit, colligendum est, eam non adeo longe ab Albi dissitam fuisse. Quae cum ita sint, discedo in sententiam Ritteri in antiquiss. hist. Misnica p. 144. qui de *Lebusia*, in collimitio Lusatiae inferioris sita firmis argumentis evicit. Adeo vero temporum iniuria mutata est magnae olim et antiquae urbis facies, ut nunc in pagum redacta sit, qui ab Albi quatuor leucis distat. *Urs.*

58) *suppeterent.* Pro *tum* Semlerus coniicit *ter.* *Kind.* — In Cod. Dresd. est per compendium scribendi *t.* quod et alibi *ter* significat. *Wa.*

Digitized by Google

aperitur et multorum sanguis effunditur. Capiuntur ex his optimi *Guncelinus* ac *Uuisso*, et eiusdem infelix custos *Scih* 59) vulneratus est. Is namque urbem quamcunque unquam ad tuendum accepit, non ignavia sui, sed infortunio miserabili semper amisit. Hi omnes ducti sunt in praesentiam superbi triumphatoris, cuius edictu mox ad custodiendum abducti sunt. Ex sociis autem praedicti ducis non minus quam quingenti ibidem remanserunt. Facta est vero haec miserabilis caedes XIII. Kalend. Septembris. Divisa tunc immani praeda ac urbe incensa victrix turba cum seniore suo laeta rediit.

Ab internuntiis festinantibus haec Regina in Merseburg tunc manens comperit. Ego autem praepositi dum hortatu *Redingi* duo altaria, unum, ubi archiepiscopus requiescit, et aliud in septentrionali eiusdem templi parte XI. Kalend. Septembr. dedicarem, indignus, in Magadaburg primitus id rescivi, et mox ad Reginam velociter abii. Omnes nos conprovinciales iuxta Mildam sedere, et ad adventum regis haec omnia providere ab ea iussi sumus. Interim Rex ab expeditione occidentali revertitur, et *Geronem* 60) suimet capellanum ponere in archiepiscopum 61) conatur. Huic praesul *Hericus* occurrens et legationem suam aperiens non exauditur. *Thiedricus* nepos meus, tunc ad *Gronam* 62) commorans, vocatus venit, et a Rege per manus suscipitur, et in vice Geronis deinceps habetur. In natali sancti Matthaei Apostoli Rex ad *Sehusen* 63) venit, et ego accedebam, et cum iam tempus esset, admonui hunc coram cunctis residentibus, ut aliquid de parochia meimet caeterisque rebus iniuste ablatis ante constitutionem archipraesulis cum eo voluisset tractare. Ibi me tunc firmae suimet fidei commisit, ut cum iustitia aut alio salubri consilio haec finirentur. Postera die Rex ad Magadaburg veniens in refectorio fratrum omnes nos convenire praecepit. Ibi tunc regali petitione et salva in posterum electione *Gero* communiter eligitur, et in ecclesia se primitus altari tradens, et communionem fratrum X. mansis acquirens baculum a Rege accepit pastoralem, et mox inthronizatus, ab *Eido* 64) unctus est episco-

59) *Scih.* Sic effertur nomen in Cod. Dresd. sed videtur corruptum. Editiones habent *Schich*, Ann. Saxo p. 423. *Isich.* Urs.

60) *Geronem.* Gero ex familia Wodensvegiorum illustrissima (sic enim loquuntur Annales Msti Magdeburgenses, teste Meibomio in Chron. Marienthalensi T. III. S. R. G. p. 263.) prodiit, patrem habuit Dedonem Wodensvegium, matrem Elicam, ipse praesul optimus, terror male potentum, exemplar benevolentium, egregius pietate, et qui omnia vellet ad perfectum ducere, ut habent Annales iidem. *Urs.*

61) *in archiepiscopatum.* Parvam lacunam Codicis Dr. ita explere visum est Ursino. Cum vero linea proxima syllabis *cuum* incipiat, ego malim *in locum vacuum* reponere. *Wa.*

62) *Gronam.* Male legunt editi. *Geronem.* Commorans ipse substitui, quia fol. 132. Cod. nostri h. l. erat perforatum. De Grona v. supra. *Urs.*

63) *Sehusen.* In editionibus omissum, Leibnitius sub textu e Cod. suo restituit. *Seehausen* in ducatu Magdeburg. oppidulum antiquum, distans 3. miliaribus ab urbe Magdeburg, occidentem versus, et comitiis comitum palatinorum de *Sommersenburg* nobilitatum. *Urs.*

64) *Eido episcopo* Misnensi. *Urs.*

Digitized by Google

episcopo, nobis confratribus praedictis eum adiuvantibus. 65) *Thebaeorum festivitas martyrum* 66) a Rege ibi celebre ducitur, et post haec ab archiepiscopo magnificis muneribus idem cum suis omnibus honoratur. Inde hi ad Mersburg properantes diu ibi manebant, et procurationem regni summis viribus 67) tractabant. *Erluuinus* Came-
An. 1012. A. S. racensis 68) episcopus in hoc anno, ac *Oonradus* et *Herimannus* puer 69), duces egregii, obierunt. Quidam vero monachus infirmitate magna depressus multa per visum sibi revelata vidit, quae interim, dum ipse ea secum loquitur, a praesentibus scri-
An. 1012. A. S. ptis notata sunt, et pro maximo habentur miraculo. Nati sunt autem in his diebus duo fratres 70) cum dentibus in ore, similes aucae, quorum alter dextri dimidium brachii, sicut ala aucae 71), habebat, qui tertia die nativitatis suae invicem ridentes civili dissensione moriuntur. Quidam vero miles 72) cum bona sancti Clementis vi tolleret, et inde rectum facere noluisset, in una dierum a muribus intra cubiculum impugnatur ineffabilibus; qui primo fuste arrepto eos prohibere tentans, posteaque evaginato eos aggressus gladio, et sic nihil proficiens, arca quadam, ut ipse rogavit, includitur, ac in medium fune suspenditur, et cum exterius haec plaga sedaretur, hicque liber solvi debuisset, (intus) ab illis usque ad mortem corrosus invenitur. Tunc cunctis praesentibus et postea venientibus manifestum fit, quod hunc ira Dei, vindex praedicti facinoris, sola consumsit.

Interea *Iaremirus*, de quo praedixi, Regis gratiam suppliciter petens pro misericordia et restitutione exilium et custodiam *Ethelbodi* praesulis 73), *Ansfridi* successoris episcopi suscepit, qui in immensa caede Bauuariorum, ad Bolizlavum sine Regis ac sui licentia cum muneribus iter agentium, et trucidatione sibi commissorum, et non aliqua Regis infidelitate talem promeruit ultionem. Nostri hoc audientes inimici irriserunt

65) *cum adiuvantibus*, nimirum *Bernwardo* Hildesiensi, *Arnulfo* Halberstadiensi, *Hilliwardo* Cizensi, *Meinwerco* Paderbornensi, *Erico* Havelbergensi, et *Thetmaro* Merseburgensi episcopis. *Urs.*

66) *Thebanorum martyrum*, die 22. Sept. de quo vide Haltaus Calendar. p. 127 f. *Urs.*

67) *summis viribus.* Vulnus fol. 129. inflictum apposite curavit Reineccius verbo *viribus*, quod et Leibnitius adoptavit. *Urs.*

68) *Erduuinus Cameracensis.* Corrupte Reinecc. et Maderus *Camacensis*. Urs.

69) *Herimannus puer*, Dux Alemanniae s. Sueviae, admodum iuvenis, de quo v. sub initium huius libri.

70) *duo fratres.* In quadam villa Saxonicae Sueviae *Cokstede* inquit Chronogr. Saxo p. 222. et Ann. Saxo p. 423. de quo loco v. Leukfeld Antt. Halberstad. p. 348. *Kochstett*, oppidulum in praefectura Grueningensi, principatus Halberstad. *Urs.*

71) *aucae.* Reinecc. habet *avis*, invito Cod. Dresd. *Auca* et *anser* sunt Synonyma. v. Ind. latinitatis. *Urs.*

72) *miles.* in Francia, dum bona S. Clementis Budineveldum per vim raperet. Ann. Saxo p. 423. *Urs.*

73) *Ethelboldi praesulis.* sc. Ultraiectensis. *Urs.*

Digitized by Google

ferunt, nostri autem concives id ut sibi profuturum timuerunt. Et his liceat in semetipsis hoc factum cognoscere, qui id consilium Regi nostro unquam dedere. Posthaec *Othelricus* frater eius ad Merseburg a Rege vocatus venit, et regnum quod sibi iniuste prius usurpavit, gratuito munere suscepit. Eadem tempestate inundantes pluviae ac resurgentes 74) piratae multum, proh dolor! nocuere. In illo tempore inundante Danubio in Bauuariis et stagnante Reno ita ineffabilis populi et pecoris, aedificiorum quoque et Sylvarum tali impetu eruterum multitudo periit, quod omnes harum habitatores partium sua vel antecessorum memoria id nunquam accidisse firmabant, hoc gementes, ex variis criminibus suis tunc evenisse, et posthaec aliquid magnum timentes sibi esse venturum. Equidem longe digressus redeam.

Rex a Mersburg discedens navigio ad *Harneburg* venit. Ibi cum Sclavis confluentibus plurima discutiens, pace vero ibi firmata rediit, et omnium festa Sanctorum in *Helmanstidi* celebravit. Interea domna *Ludgerd* nimis infirmata, me, quia unice dilexit, et ut supra memoravi, linea consanguinitatis mihi fuerat coniuncta, per internuntium vocavit. Sed cum post crepusculum ad *Uualmerstidi* 75), ubi illa iacuit, venirem, caminatam ingressus, vidi eam nimis laborantem et ob hoc a psalmis non de- An. 1012. A. S.
396 ficientem. Inter quos hoc solum ore volvebat et mente, *me*, inquiens, *suscepit dextra tua, Domine, ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam.* Haec nullum omnino ad me proferens verbum, cum a me interrogaretur, *si sancto voluisset ungi oleo?* respondit: *libenter, quia post hoc Christi voluntas cito perficitur in me.* Vestimentis tunc parata novis me vocavit, et perfectis omnibus ad unctionem iuste pertinentibus, *quam pulchra es nunc!* dixi ad eam; et illa, *video*, infit, *iuvenem formosum ad dexteram,* oculis designans, *meam.* Post haec digressus ob fatigationem itineris diu dormivi, et tunc expergiscens audivi eam prae nimio dolore graviter ingemiscentem, et propius accedens cantavi spalterium 76) usque dum eam in extremis esse praesentes testarentur; et tunc completis, quae ad haec dicenda erant, cum ipsa sanctorum invitatione transiit felix anima eius Idib. Novembr. ad sponsi coelestis thalamum. An. 1012. A. S. Huius obitum quidam laicus, civis Parthenopolitanus, cum in infirmitate iaceret, praedicens, *est*, inqnit, *domna Luidgerd de hoc seculo transitura, et vere beatus ille, qui eam meretur incedere viam.* Cum iam primo illucesceret, corpus ad *Uuallibizi* nobis comitantibus defertur, et in proxima die iuxta monasterium in aquilonari parte ubi *Luitherdus* pater 77) XXVI. annos inclusus requiescebat, deponitur, et

74) *ac resurgentes.* Cod. Brux. habet *insurgentes*, uti et Ann. Saxo p. 434. *Urs.*

75) *Uualmerstidi.* Wolmirstaedt in ducatu Magdeburg. oppidulum ad Olram fl. arce et praefectura regia praeditum. *Urs.*

76) *Spalterium.* Sic Cod. Dr. more scriptorum medii aevi pro *psalterio.* Eodem modo supra alicubi *spalmis* pro *psalmis.* *Urs.*

77) *Luitherdus pater.* Denotat patrem soceri Luidgerdis, fundatorem ipsius monasterii. Ergo ann. 986. obiit, quemadmodum Gebhardi in tr. de Marchionibus aquilonalibus p. 20. bene ex Ditmaro collegit.

Digitized by Google

et a viro fuimet Uuirinhario ineffabiliter defletur. Fuerat enim haec vitae eius et animae diligens custodia et in divino maxime sudans famulatu, pro illo plus quam pro se ieiuniis in frigore et oratione continua peractis, et elemosynis, ab omnium huc usque tuebatur insidiis hostium. Dico autem cunctis praesentibus atque futuris, quicquid boni in hoc seculo pro alicuius memoria a fidelibus exhibetur, si non licet ei prodesse, pro quo agitur, nunquam a Deo ei irritatur 78), qui hoc facere studiosus conatur. In primo Heinrici regnantis anno praedicta Luidgerd post mortem patris sui ad virum suum, a quo iniuste disiuncta tamdiu 79) fuerat, mense Ianuario rediit.
An. 1003. Et post nuptias marchio Luitharius 80) in occidente infirmatus, *et potione paulina* 81) inebriatus ex improviso obiit, Octava Kalend. Febr. 82) sepultus in Colonia, in eodem loco, ubi ipse prius rogavit, in australi parte templi, qua in coena Domini poenitentes introducuntur. Huius vidua, nomine *Godila*, quodcunque boni potuit pro memoria eiusdem facere, non desistit. Filio suimet *Uuirinhario* beneficium patris et *Mar-*
An. 1006. *cam*, cum ducentorum pretio talentorum acquisivit, permanens in castitate IIII. annos, et

78) *nunquam a Deo ei irritatur.* Hoc ego non intelligo, nisi irritatur positum pro *irritum sit. Wa.*

79) *tamdiu.* Hoc restitui ex Cod. Dr. *Wa.*

80) *Luitharius.* Hic Luitharius Marchio erat Aquilonalis, i. e. in Marchia veteri, minime vero in Occidente, s. occidentali Saxonia, uti primo obtutu Ditmarus ipse innuere videtur, sed verbis eius diligentius pensitatis, his ipsis: *in Occidente infirmatus*, aperte terram, ubi morbo correptus est, indicare voluit. Filius erat Luitharii, de quo in priori annotatione diximus. *Urs.*

81) *potione Paulina.* Anonymus aliquis in *Allgem. Litter. Anzeiger* 1801. n. 166. p. 1606. avet scire, quae fuerit huius potiunculae conditio. Ante eum vivos diu mortuosque consuluerat de eadem Ursinus. Tandem Ill. Adelungii benevolentia hanc ei sitim explevit, qui in literis d. 4. Sept. 1794. datis eum ablegat ad *Polyc. Leyseri hist. poetarum et poematum medii aevi*, ubi inde a p. 502—692. Aegidii, Medici sub finem Saec. XII. viventis, carmen de virtutibus et laudibus compositorum medicaminum exstat. Inter alia pharmaca p. 629. occurrit *potio Sancti Pauli*:

Quos apoplexiae pestis violenta procellat,
Quos furor invadit maniae, quos insita nervis
Sensifici motus vis sopitiva resolvit,
Potio restituit gaudens cognomine Pauli;
Asmaticos cantus compescit, menstrua solvit,
Hanc annis potes illaesam servare duobus.

Pagina sequente 630. ubi eadem medicina *Paulinum* et *potio Paulini* vocatur, eiusque vires ad caput ventriculumque pituita obductum etc. depraedicantur, in fine additur, eam per *quatuor annos* servari posse integram, ex quo colligere possis, hanc a potione Paulina p. 629. memorata fuisse diversam. Ceterum, addit Adelungius, an ab Apostolo Paulo nomen traxerit, equidem ignoro, quanquam Timotheo suo, qua ratione stomacho infirmo mederi posset, auctor extitit. — Non erat igitur, quod Ursinus olim in versione Germ. *venenatam potionem* fuisse suspicaretur, immo vero nimis cupide, nimisque large hausisse Lotharius videtur hoc vehementius ferventiusque medicamen. *Wa.*

82) *octava Kal. Februarii.* Hoc est 25. Ianuarii primo Henrici II. anno 1003. non, quod Urs. habet 1002. *Wed.*

Digitized by Google

et tunc consanguineo suimet *Hirimanno* 83) nupsit, nil curans impositum ab Arnulfo praesule bannum, et quod dexteras episcoporum sibi hoc a Deo interdicentium fefellit trium; propter hoc est excommunicationis gladio ab antistite praedicto iugulata, nullamque in procreanda prole spem deinceps adipiscitur. Sed ego delirans, idem ab incepto paululum devians Regis Heinrici inclitam conversationem aggrediar.

Is magnam synodum ob damnationem *Thiedrici* Metensis episcopi posuit. Huic An. 1013. in eodem concilio ab omnibus episcopis ibidem convenientibus interdictum est, ut A. S. ante purgationem missam non caneret. Posthaec natale Domini in *Palithi* festivis per- An. 1013. egit gaudiis, et ibi tunc *Uualkerus* Treverensis ecclesiae servus 84), et capellae suimet A. S. custos providus aegrotavit, et nobis inde euntibus ibidem relinquitur, III. Idus Ianuarii proh dolor! moritur. Interim *Lievizo* Bremensis Archiepiscopus longa infirmitate depressus diem pius sollicite praestolabatur supremum, et in nocte hac, quae ultimam praecesserat diem, consocios crebris iam defatigatos vigiliis talibus mulcebat alloquiis 85): *O! dulcissimi fratres et filii, ne quisquam vestrum de superna* 86) *diffidat clementia, et ut labor vester nunc paululum relevetur, de me exemplum vobis admodum credibile profero. Domnum papam Benedictum in his partibus exul quaesivi, et ne ad hunc pervenirem, a multis iterantibus* 87) *saepe tardatus, nullis eorum acquievi blanditiis. Huic, dum vixit, studiosus adhaesi, et post excessum eius* E t h e l d a g o *seniori meo servi vice famulabar. Hoc ipse considerans pauperes suos fidei commisit meae. Dehinc camerarius eiusdem effectus sum, sed cum ille pius, quam semper optavit, coelestem pergeret ad patriam, vestra electione communi et munere regali huic indignus succedebam. Omne, quod invicem peccavimus, amore Christi ex corde remittamus, ut cum bona pace nunc separati, mereamur in die ultimo iterum sociari. Hoc in extremis meimet salubre vobis consilium do, ut* O d d o n e m, *qui fraternitatis vestrae est particeps, communi nostrorum consensu ad rectorem nostrae eligatis ecclesiae, et ad utilitatem patriae, divinam supplicantes pietatem, in cuius manu cor regis est, quatenus id sibi placite perficiatur."* Talia hortantem omnes exaudiunt, et sui benivolentiam et procurationem unanimiter laudant. Crastino dominica dies illuxit, et ille beatus pater summo pastori gregem sibi

83) *Hirimanno*, Marchioni sc. Misnensi, fratri uxoris Wirinharii, filii Godilae. v. Chronicon Walbecc. ap. Meibomium p. 71. Godila vero an. 1015. inter vivos esse desiit. *Urs.*

84) *ecclesiae servus.* Leibnitius e Cod. suo legit *cliens.* Chronogr. Saxo p. 223. hunc Walkerum ecclesiae Trevirensis episcopum mentitur. *Urs.*

85) *alloquiis.* His alloquiis Leibnitius multa e Cod. Bruxell. ab librario interpolata addidit, quae in Dresdensi non leguntur. *Urs.*

86) *superna.* Sic Cod. Dr. minus apte editores *suprema.* *Wa.*

87) *iterantibus.* More medii aevi pro *itinerantibus*, iter facientibus. *Urs.*

Digitized by Google

fibi fubditum manibus elevatis cum fpiritu committens II. Non. Febr. 88) defunctus pergit, quo vivens tetendit. Fuerat enim unus ex numero eorum, quos ut nubes et quafi columbas Propheta miratur fuas volare ad feneftras. Ille enim ob vigiliarum et 397
ieiunii affiduitatem, dum adhuc valeret, quafi mortuus ignotis videbatur. Ad altare dominicum nunquam fine oblationibus acceffit; affiduus populi monitor, et hilaris omnibus arrifit dator. Is erga Deum promeruit, quod inter continuas piratae furentis incurfiones fedes fua hactenus permanfit intacta.

An. 1013. Interea Rex de *Alftidi* discedens, ubi Epiphaniam Domini celebravit, et Bolizlaui nuncios pacem poscentes et confirmationem cum *Mifecone*, eiusdem filio, fieri promittentes audivit, ad Merfeburg 89) venit, et ibidem praedicti antiftitis obitum comperit, et hunc queritur ob praefentem fructum, gratulatur autem propter fubfequentem interventum, recordationem eius fummopere faciens. Pofthaec transit a nobis, et purificationem fanctae Dei genitricis in Magadaburg celebravit, et in ipfa die praedictus *Oddo*, clericis comitantibus ac laicis, fupplex venit, et Regis gratiam, ficut prius, ad completionem electionis per fidos interceffores poftulat. Quos Rex nullatenus audit, fed capellano fuimet *Unuano* 90) cum laude advenientium, etfi non fpontanea, episcopatum dedit; Oddonem per manus fuscipiens et promiffa fibi pietate demulcens. Tunc iuffu regis et praefentia eiusdem a *Gerone* archipraefule cum confenfu et auxilio episcoporum *Ekkihardi* et *Thurgati* 91) Unuan ungitur archiantiftes, et interpofitis diebus paucis *Mifeco* Bolizlaui filius 92) cum magnis veniens muneribus, Regis

88) *Dominica dies — II. Non. Febr.* Expreffe fic habet Cod. Dresd. Sed Vignolius, notante Leibnitio in Emendatt. p. 1006. ad nutum Adami Bremenfis optima ratione hanc lectionem, quam etiam Annal. Saxo p. 425. et Chronogr. Saxo p. 224. retinuere, reiecit, et pro ea rectius fubftituit II. Non. Ianuarii. Ipfa Ditmari verba huic emendationi favent. Livizonis nimirum dies emortualis erat *dies dominica*, at II. Non. Febr. anni 1013. fecundum Freheri Direction. chronol. diplomaticum p. 281. non in primam, fed quartam hebdomadis diem incidit, II. Non. Ianuarii contra cadit in diem dominicam. *Urs.*

89) *ad Mersburg venit.* Haec omifit Ann. Saxo. *Urs.*

90) *Unuano.* Helmoldus Chron. Slavor. Lib. I. c. 17. Unvanum his laudibus ornat: Erat clariffimo genere oriundus, praeterea dives et largus, omnibus hominibus acceptus, clero autem apprime benevolens. *Urs.*

91) *Ekkihardi et Thurgati.* Ille Slesvicenfis, hic Aldenburgenfis episcopus. *Urs.* — Episcopi funt *Slesvici* et *Scarae*, quorum ille obiit 2. Aug. 1026. hic 24. Martii 1029. Necrolog. noftrum. Errat Urfinus, qui Thurgatum Oldenburgi episcopum creat. Nomina primorum decem episcoporum illius urbis fervavit Helmoldus Chron. Slavor. Lib. I. c. 69. Episcopus huius nominis Scotiae anno demum 1115. mortuus eft. *Wed.*

92) *regis efficitur.* Si lectio: *Regis miles efficitur* in collectione variantium exemplari Ditmari reftituti adfcripta etiam in ipfo Cod. Dr. exftaret, *Ritteri* refutatio explicationis vocis *miles* per *vafallum* l. c. p. 111 f. hunc etiam locum attingeret; fed Cod. *miles* non habet, nec unquam habuit, quia Chronogr. Saxo p. 224. etiam ignorat. *Regis efficitur* eft amicus eius fit. Ann. Saxo tamen, fateor, militem habet. *Urs.*

Digitized by Google

gis efficitur, et fidem cum facramento firmat. Dehinc cum honore magno remittitur, ut ut iterum veniret, delectatur. In his diebus tempeftas magna poft folis occafum contigit, ac omnes nos admodum turbavit. Diruit namque ecclefiam extra urbem 93) pofitam, quae de rubro facta eft ligno regnante primo Ottone. Incendium quoque plurima archipraefulis bona confumfit. Infuper regias pervenit ad aures, quod nepos meus *Uuirinharius* cum *Ekkihardo*, Hirimanni marchionis fratre ad Bolizlavum fine licentia pergerent, ibidemque multa gratiae fuimet contraria loquerentur, eiusque nuncios hic faepe in fecreto haberent. Hoc omne Rex graviter fuscipiens utrosque in fuam venire praefentiam iuffit. Id cum facere non auderent, comprehenfis omnibus fuimet bonis, ut regiae poteftati refifterent, diffamantur. Tandem nepos meus gratiam et incolatum cum praedio fuimet et auro comparavit. Alter vero longe poft cum fideli interventu reftituitur. [Eodem anno *Uuonlef* Heremita, et verus Israëlita XV. Kal. Aprilis obiit.] 94) In proxima quadragefima Rex ad *Uuerlu* veniens, diu colica paffione ibi infirmatur, et multa per vifionem fibi revelata funt. Ad ultimum lacrimis et oratione multorum convalescens, quia in tam brevi intervallo ad praedeftinatum non valuit pervenire locum 95), Pafchale feftum cum *Meinuerco* fibi admodum familiari in *Pathebrunnan* digna veneratione peregit 96); Pentecoften autem nobiscum. 97) In cuius vigilia Bolizlauus cum fecuritate obfidum apud fe relictorum venit, et optime fuscipitur. In die fancto manibus applicatis miles efficitur 98), et poft facramenta Regi ad ecclefiam ornato incedenti armiger 99) habetur. In II. feria regem magnis muneribus a fe et a contectali fua oblatis placavit, deindeque regia largitate his meliora ac multo maiora cum beneficio 100) diu defiderato fuscepit, et obfides fuos

93) *extra urbem*, fc. Magdeburgenfem. *Urs.*

94) *Wanlef — obiit.* Omiferunt haec de Wanlefo Reinecc. et Maderus. Leibnitius e Cod. fuo fub textum fcripfit. Cod. Dr. non nifi in margine habet. *Urs.*

95) *pervenire locum.* Statuit fcil. feftum pafchale Aquisgrani celebrare, quod quo minus fieret, gravis et repentina infirmitas obftitit, tefte Chronogr. Saxone p. 225. et Ann. Saxone p. 426. *Urs.*

96) *peregit.* Ann. Saxo addit: quod catenus Regibus fuit infolitum. *Urs.*

97) *nobiscum*, i. e. Merfeburgi. *Urs.*

98) *miles efficitur.* Schoetgenius, Reinhardus et alii fub *milite* intelligunt clientem, beneficiarium five vafallum regni, in quam fententiam etfi Ritterus l. l. fevere detonat, eam tamen opinioni eius de focietate quadam Bolizlavi cum rege in re militari inita anteferimus. Forfitan formula: *miles efficitur*, nihil aliud fignificat, quam ordinem quendam equeftrem, quo Bolizlaus a Rege ornatus eft. Ann. Saxo etiam hic, ut in prioribus: *miles* Regis *efficitur* *Urs.*

99) *armiger. Spataferum*, quem fupra Lib. IV. nominaverat, et *armigerum* hoc faltem loco eundem effe puto. Imperatori templum frequentanti gladium praetulit, et in ipfo templo fuper caput eius tenuit. *Urs.*

100) *beneficio.* Quod a fcriptoribus medii aevi *beneficium* appellatum eft, poftmodum *Feudi* five *Feodi* nomen accepit. Ad id autem Imperatores conferebant beneficia, ut fortiori vinculo, fide praeftita et fidelitatis interpofito facramento fuis partibus vafallos obftringerent, atque feuda-

Digitized by Google

ſuos cum honore et laetitia remiſit. Poſt haec vero *Ruciam* noſtris ad hoc auxiliantibus petiit, et magna regionis illius parte vaſtata, cum commotio inter ſuos et hoſpites *Pexineigos* 1) fieret, eosdem quamvis ſuimet fautores iuſſit interfici omnes.

An. 1013. In diebus illis *Bronhag* 2), abbas Vuldenſis, deponitur, et ſuccedente ſibi *Popone* converſo 3), et tunc *Lareſſemenſi* paſtore hoc monaſterium confratribus lata discedentibus a priori ſtatu mutatur. In civitate Bernhardi ducis *Luinberg* 4) dicta eodem anno aëris ſit mira mutatio atque motio, et immenſus terrae hiatus. 5) Hoc ſtupet accola, et ſe prius nunquam vidiſſe, teſtatur. 6) Rex autem ad occidentales pergens regiones, iter ſuum ad Longobardiam diſpoſuit, et iterum ad nos repedavit, et inde XI. Kal. Octobr. discedens per Bauuariorum fines atque Suuevorum usque ad locum, qui dicitur 7), properavit. Huc exercitus undique confluxit et bene adiuvantium voluntas patuit. 8) Hinc usque ad Romam Rex ſine omni ſcrupulo regina comitante venit. Ad ſupplementum huius itineris Bolizlavus antea invitatus nil aſpiravit, et in bene promiſſis more ſolito mendax apparuit. Inſuper antea domno papae queſtus eſt per epiſtolae portitorem, ut non liceret ſibi propter latentes regis inſidias promiſſum principi apoſtolorum Petro perſolvere cenſum. Tunc vero miſſis illo nuntiis tacitus

feudatarii ſervitium militare praeſtarent, ſi bella inciderent. v. Adelung Gloſſar T. I. p. 469. Feudi ergo titulo Bolizlavus a rege Henrico terras Polonicas et in Sileſia occupatas accepit. *Urs.*

1) *Pexineigos.* A Porphyrogeneto *Patzinatzi*, a Strabone vero *Peucini* vocantur. Luitprando, aliisque illius aetatis ſcriptoribus audiunt *Pyecinigi*, *Piczinegi*, *Petſchinegi.* — Incolebant terras ad flumina Wolgam et Iaik, Ruſſosque habebant finitimos. Optime de illis egit Danvilius in Inſtitutt. Geogr. medii aevi p. 254–256. *Urs.*

2) *Bronhag.* Ceteri Annalium ſcriptores illi nomen *Branthog*, *Brandagum*, *Branthoum*, *Brantho* imponunt. Anno 1024. episcopatum Halberſtadienſem adeptus eſt, et ann. 1036. die 27. Auguſti obiit. Pluribus de illo egit Leukfeld in Antt. Halberſtad. p. 378 ſ. *Urs.*

3) *converſo.* i. e. monacho, vel, ſi mavis, bonorum monaſterii adminiſtratore. v. Adelung Gloſſar. T. II. p. 703. *Urs.*

4) *Luinberg.* Annales Tiliani auctiores, et auctor vitae Caroli M. locum hunc nominant *Hluini*, *Luini*, quia tunc temporis, ſcil. an. 975. burgum vel caſtrum ibi nondum conſtructum erat, a quo dicta eſt civitas *Luniburch*, uti hoc nomen habet Ann. Saxo. *Urs.*

5) *terrae hiatus.* Praecipuam huius hiatus cauſam in ſalinis Lueneburgenſibus quaerendam exiſtimat, ac meminit ſe adoleſcente ſimilem eiusmodi caſum accidiſſe Caſp. Sagittarius in memorabb. hiſt. Luneburgicae ad an. 1013. p. 3. Urs.

6) *et ſaepius nunquam vidiſſe teſtatur.* Sic editiones, et ferri utcunque poſſit. Latinius tamen faciliusque, quod Cod. Dr. habet, quodque recepi: *et ſe prius nunquam vidiſſe teſtatur.* *Wa.*

7) *ad locum, qui dicitur.* Nomen huius loci librarii negligentia omiſſum eſſe videtur, in qua opinione fuerat Reineccius et qui eum ſecuti ſunt, editores. Sed poteſt intelligi *locus certus exercitui praeſtitutus.* *Urs.* — Vix crediderim. *Wa.*

8) *et bene — patuit.* Haec non habent Reinecc. et Maderus. Leibnitius infra poſuit e Codice ſuo, reperiuntur etiam apud Ann. Saxonem. *Urs.*

Digitized by Google

tus rimatur, qualiter Rex in his partibus haberetur. Quoscunque potuit ab eius gratia per hos amovere conatus. Tantus fuit huic respectus Dei, et sic piorum quaesivit interventum, ac ita cluebat militis inclití firma fides, et de sacramentis terribilibus adeo
398 curavit. 9) Attende lector, quid inter tot flagitia is faciat. Cum se multum peccasse ipse sentit, aut aliqua fideli castigatione perpendit, canones coram se poni, qualiterque id debeat emendari, ut quaeratur, praecipit, ac secundum haec scripta mox scelus peractum purgare contendit. Maior tamen est ei consuetudo periculose delinquendi, quam in salutari poenitentia permanendi. Huius compar et quasi collega *Harduuigus* a Longabardis falso Rex appellatus, adventum magni regis et potentiam exercitus doluit, et quia suis viribus huic ad nocendum diffidit, in castelli munitionem se protinus recepit, hoc solum ingemiscens, quod Rex ad maiorem tunc vocatus accessit honorem. Post longam animi exaestuantis deliberationem legatos ad regem misit, qui comitatum quendam sibi dari peterent, et coronam suimet cum filiis ei redditurum veraciter promitterent. Hoc cum consilio quorundam acquiescens facere Rex noluisset, ut in sequentibus enucleabo, ad magnum suis familiaribus provenire damnum id postea persensit. Sed priusquam haec aggrediar, quae superius indiscussa oblivione praeterii, praescriptis interponere conor.

Fuit quidam *Brun* 10) nomine contemporalis et conscholasticus meus, ex genere clarissimo 11) editus, sed divina miseratione prae caeteris parentibus inter filios Dei electus. 12) Hic ab *Ida* venerabili matre sua unice dilectus, magisterio *Geddonis* philosophi traditur, et omne quod habere debuit, cum abundantia suggeritur. Huius pater erat *Brun* 13) senior egregius, et per cuncta laudabilis, amicus mihi consanguinitate, et omnibus erat proximus familiaritate. Filius autem eius et aequivocus cum mane ad scholam ire debuisset, antequam ab hospitio exiret, veniam petiit et ludentibus nobis in oratione is fuit. Otio negotium praeposuit, et sic fructificans ad maturitatem pervenit. A tertio desideratur Ottone et suscipitur, quem non longe post deferens

9) *huic — curavit. huic* sc. impio quod addit Cod. Brux. *Urs.* — Dodi veram lectionem Cod. Dr. *et — curavit;* editiones, quas ipse *Urs.* secutus erat, habent, *ut — nihil curaverit.* Totus locus ironice capiendus. *Wa.*

10) *Brun.* Ab Annal. Saxone ad an. 1009. p. 409. dicitur Sanctus Bruno, qui et Bonifacius, Archiepiscopus gentium. Ib. p. 618. Pomeranorum et Prussorum Apostolus. v. Bollandi Commentar. praevium ad vitam S. Brunonis in Actis Sanctor. die XV. Februarii. *Urs.*

11) *ex genere clarissimo*, de quo vide Ann. Sax. l. c. *Urs.*

12) *inter filios Dei electus.* Sic Cod. Dresd. Facilius foret, si legas: *prae ceteris a parentibus inter filios Deo electus*, h. e. parentes prae ceteris filiis hunc Deo dedicarunt, Clericum esse voluerunt. *Wa.*

13) *Brun.* Dynasta de Querfurt et Imperatoris Lotharii II. atavus, de quo *Hahn in der deutschen Reichsgesch.* P. III. p. 170. plura attulit duce Ann. Sax. cf. Balbini Miscell. Bohem. Dec. I. Lib. IV. P. II. p. 9. *Urs.*

Digitized by Google

rens, solitariam quaesivit vitam, et de opere suo vixit. 14) Is vero post mortem gloriosissimi Imperatoris, regnante tunc secundo Domini gratia Heinrico ad Mersburg veniens, benedictionem cum licentia domini papae episcopalem ab eo petiit, et eius iussione ab archiepiscopo Taginone consecrationem, et quod ipse detulit huc pallium, ibidem suscepit. Dehinc ob lucrum animae laborem subiit diversae ac grandis viae, castigans corpus inedia et crucians vigilia. Multa a Bolizlauo caeterisque divitibus bona suscepit, quae mox ecclesiis ac familiaribus suis et pauperibus nil sibi retinendo divisit. In duodecimo conversionis ac inclitae conversationis suae anno ad *Pruciam* pergens steriles hos agros semine divino studuit foecundare; sed spinis pullulantibus horrida non potuit facile mollire. Tunc in confinio praedictae regionis et *Ruciae* 15) cum praedicaret, primo ab incolis prohibetur, et plus evangelizans capitur, deindeque
An. 1009. A. S. amore Christi, qui ecclesiae caput est, XVI. Kal. Martii mitis ut agnus decollatur 16) cum Sociis suimet XVIII. Corpora tot martyrum insepulta iacuerunt, quod Bolizlavus id comperiens, eadem mercatur, ac domui suae futurum acquisivit solatium. Facta sunt autem haec in tempore serenissimi Regis Heinrici, quem Deus omnipotens triumpho tanti praesulis honorificavit, et ut multum spero, salvavit. Pater autem praedicti antistitis longe post infirmatus, et ut ipse mihi narravit, praecepto filii monachicum suscepit habitum, et XIIII. Kal. Novembr. in pace quievit. 17)

An. 1013. A. S. Nec floccipendenda est *Geronis* satellitum marchionis magna praesumtio, quam stupeat fidelis et fugiat amore pietatis. Causa proferatur in medium, et tunc perpendatur factum, si sit laudabile, an bonis omnibus detestabile? *Arnulfus* antistes ad *saltum Geronis* a venerabili eiusdem loci abbatissa *Hathauui* ad festivitatem Christi martyris Cyriaci ad convivium invitatus venit, et in die sancto, cum post missam de ecclesia ambularet, vidit clericum accipitrem in manu sua tenentem 18); et zelo commotus hunc cum brachio suimet comprehendit, ac secum duxit, non ut puniretur, sed sic verbis mediocribus 19) corriperetur. Fama volans milites praedictos congregat, quorum primus *Hugal* 20) nomine ad episcopum veniens, *cur Seniorem suum sic inhonorare voluisset*, interrogat. Et antistes, *quid feci?* inquit, *vidi abominationem*

14) *et de opere suo vixit.* Sic haec verba in Cod. Dr. inter lineas adscripta. Haud recte exscripserat Ursinus: *beate opere suo utitur. Wa.*

15) *Ruciae.* Ann. Saxo addit et Lituae p. 618. *Urs.*

16) *decollatur cum sociis suimet.* Sic Dresd. Cod. *suimet* addito, quod omiserant editores et ipse Ursinus. Ann. Saxo l. c. *manibus ac pedibus praecisis ac tandem capite plexus cum suis XXIII. sociis. Wa.*

17) *in pace quievit.* cf. Büttneri Bruno Prussorum Apostolus, in quo libello 1714. 8. teutonice edito inter vana multa solida quaedam etiam grana inveniuntur. *Urs.*

18) *accipitrem tenentem.* Venatio falconaria prohibita Clericis fuit. v. *Beckmann. Gesch. d. Erfindd.* B. 2. S. 169. *Wa.*

19) *mediocribus.* Cod. Brux. et Annal. Saxo *mansuetis. Urs.*

20) *Hugal.* Sic Cod. Dresd. cum Ann. Sax. Editiones: Hugo. *Urs.*

Digitized by Google

nem Christi, et quia in meo factam episcopatu cernebam, sustinere non potui. Nil mali factum est. Ponamus diem vobis complacitam, et ubi culpabilis a communibus invenior amicis, digna emendatione restituo. Et ille persequitur, *nec sic,* inquiens, *esse debet, nec ita fieri valet; hodie aut sacramento vos excusate, aut Seniori meo et nobis ad emendandum promittite.* Ad haec praesul, *sancta me,* insit, *solennitas prohibet iurare, et vos illud suscipere; et multum miserabile mihi videtur, quod iustitia a vobis mihi solum denegatur.* Post haec ille iratus egreditur, et miles armatus, ignorantia comitis, glomeratur, et cum iam vellet episcopus coenare, videt omnes appropiare. Domus in qua fuit a suis firmiter obseratur, et ne hostibus facilis pateret ingressus, omni modo munitur. Sed cum eam iam impugnare voluissent, dictum his est veraciter, quod sacerdos 21) alio declinans ibidem non inveniretur. Tunc is in claustro et tandem in monasterio 22) quaeritur, et Dei gratia non
399 ullo sui dedecore latens, et haec omnia cernens nullatenus invenitur. Ad ultimum sedato furore hi ad hospitium pergunt, et domos suas tristes revisunt. Convocatis postera luce militibus suis Arnulfus ad propriam remeavit sedem, abbatissamque nimis flentem solatur. Hoc totum Rex comperiens conspiratores hos sibi praecipit praesentari. Quem cum marchio praedictus nimis iratum cerneret, per internuncios fideles eum placare nititur. Hos Rex ea ratione audivit, ut prius CCC$^{or.}$ pondera talentorum episcopali solverent ditioni, et qui in hoc facto culpabiles esse deputarentur, aut sacramento suorum XI. amicorum expurgarent, aut secundum canonicam authoritatem ei satisfacerent. Facta tunc inter eosdem mutua pace post pascha ponuntur induciae. Huc nostri eorundemque amici conveniunt, et ego cum illis affui, et ut pecunia datur praedicta, episcopus in occidentale monasterium venit, sedens ibidem in solio summi gradus. Ibi tunc solus marchio se iuramento admodum credibili expurgat; satellites autem sui more poenitentum de manu praedicti antistitis singulariter suscipiunt ea ratione ieiunium, ut si quando admonerentur, onus subirent impositum. 23)

Illud etiam adnectendum est, qualiter *Othelricus*, Boëmiorum dux, *mammona iniquitatis* interpretatus, *Bosionem* inclitum 24) suimet militem caeterosque complures interfici praeceperit, eo quod hos fratrem adiuvare exulem a falsis murmuratoribus 25) audierit, et omnes caute in his cladibus discerent, qualiter sibi in futurum praecavere debuissent. Quod Dominus in utroque testamento iubet observari firmiter, id in his An. 1013. A. S.

Bb 2 regio-

21) *sacerdos.* Leibnitius in Cod. suo invenit *episcopus.* Non aliter Ann. Saxo. *Urs.*

22) *in monasterio. Claustrum* significat aedificia et domicilium monachorum, s. monialium, *monasterium* vero templum monasterii Gernrodensis. *Urs.*

23) *onus subirent impositum.* Illustravit hoc factum Leukfeld in Antt. Halberst. p. 351 s. idque ad ann. 1013. retulit. *Urs.*

24) *Bosionem inclitum.* Antiqua manus in Cod. Dr. superscripsit: *intimum,* quod aptius videtur. *Wa.*

25) *murmuratoribus.* Pro quo Cod. Brux. et Ann. Saxo: *criminatoribus.* *Urs.*

Digitized by Google

regionibus compleri prohibet ambitio, caeca semper. 26) Germanum enim, quem merito prae his diligere debuit, verebatur, et ne unquam ad se veniat, diligenter custodire conatur. Boëmi regnante *Zuetepulco* duce 27) quondam fuere principes nostri. 28) Huic a nostris parentibus quotannis solvitur census 29), et quos in sua regione *Marierun* dicta habuit episcopus; quod omne is et successores sui superbia turgidi perdiderunt, quia omnis humilitas Evangelio teste crescit, et arrogantiae sublimitas minoratur. Sine maximo timore in his nullus dominatur provinciis. Caritas pura gemit exclusa 30), quia regnat ibidem periurium cum fraude socia.

An. 999. A. S. Superius de universali papa *Brunone* disputans, cum successorem eius *Gerbertum* tantum nominarem, ut de eo latius aliquid scribam, non incongruum est. Erat is natus de occiduis regionibus, a puero liberali arte 31) nutritus, et ad ultimum *Remensem* urbem ad regendum iuste promotus. Optime callebat astrorum cursus discernere, et contemporales suos variae artis notitia superare. Hic tandem a finibus suis expulsus, Ottonem petiit imperatorem 32), et cum eo diu conversatus, in Magadaburg orologium

26) *ambitio, caeca semper.* Qui factum sit, ut ante me omnes, ne Ursino quidem excepto, lectionem, quae omni sensu caret: *ab initio ecclesia semper* Ditmaro obtrudere possent, non assequor. Aperte habet, uti dedi, Cod. Dresd. *Wa.*

27) *Zuetepulco duce.* Sermo est de *Suatopulco* s. *Zwenteboldo* II. Duce Moraviae sub initium Sec. X. qui odiosas et diuturnas cum Methodio episcopo habuit controversias. *Urs.*

28) *principes nostri. Principes* in Cod. Br. invenit Leibnitius, et in Cod. Dresd. pariter inveniuntur, levi tamen rasura dedecorati. Ann. Saxo: *principes vicinarum gentium.* Urs.

29) *solvitur census.* Quae sequuntur a verbis: *et quos in sua — minoratur,* a Reineccio et Madero omissa sunt ideo, quod in Cod. Dr. scalpello aliquantulum erasa erant, sed e residuis literarum et verborum vestigiis, iuvante Cod. Brux. primam scripturam dilacerati et obscurati loci restituere licuit. Leibnitius locum ita reddidit: *et hic in regione sua Marierun dicta episcopos habuit. Quae omnia hic et successores propter sui arrogantiam perdiderunt, quia teste Evangelio omnis humilitas crescit, et arrogantiae sublimitas minoratur* Exceptis his: *quia teste — sublimitas* consonat Ann. Saxo Bruxellensi. *Urs.* — Totum locum nondum intelligo, nisi legere liceat, *episcopis*, scil. solvitur census. *Wa.*

30) *exclusa.* Cod. Dr. descriptoris vitio habet *exculsa.* *Urs.*

31) *liberali arte.* Lectio Cod. Brux. *naturalibus artibus* olet monachum bardum et invidum, constat enim inter omnes eruditos, Gerbertum seculi sui maximum lumen, et clarissimum eius aevi philosophum, artium magicarum insimulatum fuisse. v. Gobelin Personam p. 254. Vindicarunt eius honorem ab isto opprobrio Naudaeus et Koelerus in Diss. Altorfina de Gerberto ab iniuriis vett. et recentior. scriptorum liberato. 1720. *Urs.*

32) *Ottonem — imperatorem.* Scil. tertium. Ex literis Imperatoris huius, quibus a Gerberto institutionem in Arithmeticis rogat, colligo, factum hoc esse post eius remotionem a munere episcopali Rhemensi ann. 996. v. Gerberti Epp. n. 153. Salutatur in his literis Ottonis, Divinorum peritissimus atque tribus philosophiae partibus laureatus Gerbertus. *Urs.*

Digitized by Google

logium 33) fecit, illud recte constituens considerata per fistulam 34) quadam stella nautarum duce. Post haec autem praedicto papa defuncto, is gratia Imperatoris eidem successit, et usque ad tempus Heinrici regis sedebat, *Sylvester* vocatus; in cuius vice 35) An. 1004.
Iohannes Phasan, id est gallus 36), positus sedem apostolicam dies sibi commissos re- A. S.
gebat, sub quo ecclesia Mersburgensis renovatur et privilegii authoritate sui roboratur.
Huic succedebant *Sergius*, qui vocabatur *bucca porci*, atque *Benedictus*; ambo prae- An. 1009.
clari et consolidatores nostri. Ab omnibus his sacerdotibus summis adventus Regis ad- A. S.
modum desideratur, sed diversorum reluctatione hostium diu tardatur. Benedictus sit in cunctis operibus suis omnipotens Deus, qui Romam longo tempore a multis temporibus depressam tali pastore consolari et pacificare dignatus est! Namque papa Benedictus Gregorio cuidam in electione praevaluit. Ob hoc ille ad nativitatem dominicam ad Regem in *Palithi* venit 37) cum omni paratu apostolico, expulsionem suam An. 1013.
omnibus lamentando innotescens. Huius crucem Rex in suam suscepit custodiam, et a caeteris abstinere praecepit, promittens sibi, cum ipse illuc veniret, haec secundum morem

33) *orologium.* Horologium solarium, quod ut rem admirabilem commemorat Ditmarus. *Urs.*

34) *per fistulam.* Quae ad hunc memoratu dignissimum locum de antiquitate inventionis Telescopii fusius disputavi in versione German. p. 426 ff. hic ruminari non libet, ne denuo huius vel illius censoris stomachum moveam. Non possum tamen mihi temperare, quin pro vindicanda opinione mea ex *Ge. Paschii tr. de novis inventis, quorum accuratiori cultui facem praetulit antiquitas* p. 527. maxime memorabilem locum *Rogerii Baconis* (obiit an. 1288.) ex scripto eius rarissimo *de nullitate Magiae* transscribam: *Possunt figurari perspicua et specula, ut unum appareat multa, ut unus homo exercitus, et ut plures, et quot volumus Soles et Lunae appareant. Nam natura sic aliquando figurat vapores, ut duo Soles, duo Lunae, et aliquando tres Soles apparuerint simul in aëre. — Possunt enim sic figurari perspicua, ut longissime posita appareant propinquissima, et e contrario, ita quod ex incredibili distantia legeremus literas minutissimas, et numeraremus res quantumcunque parvas. — Possunt et sic figurari corpora, ut maxima appareant minima et e contrario, ut alta appareant infima, et e contrario, ut occulta videantur manifesta, ut quae in civitatibus et exercitibus contrariis fiunt, possint ab inimicis deprehendi.* Ex quo colligere licet, telescopia Baconi quoque cognita, sed apud eum tanquam mysterium reconditum tacitumque servata fuisse. *Urs.*

35) *in cuius vice.* Defuncto Sylvestro II. pontifex eligitur Iohannes XVII. natus Romae e nobili familia Sicorum, quem Ditmarus silentio praeteriit. Legatum misit ad Magdeburgenses, qui Taginonem consecraret in Archiepiscopum. Multa perficere cogitavit digna Pontifice Romano, sed morte praeventus, postquam sedisset menses tres, dies 23. ultimo Octobr. obiit ann. 1004. Successor eius erat Iohannes XVIII. *Fasanus* antea dictus, qui Senis in Hetruria novum episcopatum erexit, ecclesiam Constantinopolitanam cum Romana feliciter conciliavit, fundatam ab Henrico II. episcopatum Bambergensem confirmavit, et ann. 1009. die 18. Iulii obiit. Huic succedebant Sergius IV. eoque defuncto ann. 1013. Benedictus VIII. qui ann. 1024. d. 27. Febr. diem vidit supremum. *Urs.*

36) *id est gallus.* Haec verba, uti paullo post: *bucca porci* in Cod. Dresd. inter lineas scripta. *Wa.*

37) *in Palithi venit.* v. Annal. Saxonem ad ann. 1012. p. 419.

Digitized by Google

morem Romanum diligenter finiri. 38) Advenit optati temporis acceleratio, et Rex Heinricus a papa Benedicto, qui tunc prae caeteris antecessoribus suis maxime dominabatur, mense Februario in urbe Romulea cum ineffabili honore suscipitur, et advocatus Sti. Petri meruit fieri. 39) Et quia de secunda eius ordinatione loquuturus sum, condecet eum me prius laudare, de cuius hoc venit gratuito munere, ut magister gentium nos hortatur Paulus: *Deo patri prae omnibus et in omnibus, fratres, gratias agite; haec est enim voluntas eius in Christo Iesu Domino nostro;* iure laudandus est a nobis, qui multum profuit nobis munere et gratia aeterni regis. Heinricus etenim Rex ecclesiam adauxit nostram multis utilitatibus, inprimis divino apparatu, et de omnibus curtibus, quas in Thuringia et in Saxonia habuit, duas nobis tradidit familias. Evangelium auro et tabula ornatum eburnea et calicem aureum atque gemmatum cum patina et fistula 40), cruces duas et ampullas 41) ex argento factas, et magnum calicem ex eodem metallo cum patina simul ac fistula dedit. Quicquid in praediis ab antecessoribus meis neglectum erat praecepto renovarat.

Quem laudant superi, veneremur nos quoque servi
Promentes dignas nostris ex cordibus odas.
Est hic namque Deus trinus, in deitate sed unus,
Et sine quo nullus regnat, Deus ille benignus
Atque bonum summum, depellens omne nocivum,
Largitur coelo, quae prosunt omnibus, alto.

Curam

38) *diligenter finiri.* Quae hic narrantur, eorum memoriam unus servavit Ditmarus. Sed quia dicitur Henricus rex promisisse Benedicto expulso, cum ipse Romam venisset, causam expulsi pontificis *secundum morem Romanum diligenter finiri*, Sollerio mendosus videtur hic locus, et ab eo in Comment. ad vitam S. Henrici n. 127. p. 738. plane in dubium vocatur. Sed textus Cod. nostri bene se habet, et res est integra. Imperator eo ipso anno 1014. mense Februario in basilica Vaticana una cum pontifice, iudicibusque sedens, lites Romana lege diremit, eiusque exercitae iurisdictionis insigne exemplum servavit Hugo Farfensis Abbas ap. Mabillonium T. IV. Annalium Ord. S. Benedicti in Append. n. XXVII. p. 701. *Urs.*

39) *meruit fieri.* Cod. Brux. *appellari.* *Urs.*

40) *cum patina dedit et fistula.* Fistula al. *calamus suctorius*, cuius opera vinum e calice a communicantibus hauriebatur, quod intelligendum est de communione sub utraque. Diaconus enim tenens fistulam intra calicem, propinabat vinum fidelibus, ut quisque admoto ore sugeret ex alio fistulae capite, hodieque summus pontifex Romanus sacram synaxin accedens tali fistula utitur. Piam de hoc calice Henriciano fabulam exposuit Gobelinus Persona in Cosmodrom. apud Meibom. T. I. p. 259. *Urs.* — Ignorasse videtur Ursinus peculiarem librum *Io. Vogtii* hist. fistulae eucharisticae — ex antiquitate eccles. et scriptoribus medii aevi illustrata. Brem. 1772. 4. *Wa.*

41) *ampullas.* Editores falso *capulas.* Nec magis recte paullo post iidem pro *antecessoribus* dederunt *intercessoribus.* *Urs.*

Digitized by Google

Verus mendaces confuderat hic modo teſtes,
Heinricum regem dicentes imperialem
Curam non ſusccpturum, nec denique longo
Tempore regnandum, ſed ſaeva morte premendum.
Nunc ſunt biſſeni, quod regno praefuit, anni,
Scandens caeſaream poſt rector clarus in aulam,
Illo menſe meam quo ſolverat ipſe cathedram.
Iſta dies pulchro ſignetur clara lapillo,
Qua Regi noſtro ſe ſubdit Roma benigno,
Atque liquore ſacro perfuſus gaudet, et almo
Fert grates Domino, qui ſe viſitavit ab alto,
Ac Cunigundam contectalem ſibi charam.
Summus paſtor ovat, chorus atque ſuus quoque cantat
Quod ſunt ſecuri, tanto rectore potiti
Merſeburg, et tu concinnes omnibus actu.
Da iubilum Domino, per quem pollere videris. 42)

Chro-

42) *pollere videris.* Hunc ultimum verſiculum ex Cod Antverp. denuo collato Ditmaro reſtituit Ianningus in Actis Sanctor. T. VI. P. I. p. 58. *Wa.*

Chronici Dithmari
Episcopi Merſepurgii
Liber VII.

An. 1014. A. S. Decurſis a dominica incarnatione poſt millenarii plenitudinem numeri annis tredecim et in ſubſequentis anni ſecundo menſe, ac hebdomada tertia, anno autem regni eius tertio decimo, et die dominica, ac VI. Kal. Marcii 43), Heinricus Dei gratia Rex inclitus a ſenatoribus duodecim vallatus, quorum VI. raſi barba, alii prolixa miſtice 44) incedebant cum baculis, cum dilecta ſuimet coniuge Cunigunda ad eccleſiam ſancti Petri, Papa 45) expectante venit, et antequam introduceretur, ab eodem interrogatus, *ſi fidelis vellet romanae patronus eſſe et defenſor eccleſiae, ſibi autem ſuisque ſucceſſoribus per omnia fidelis?* devota profeſſione 46) reſpondit, et tunc ab eodem unctionem et coronam 47) cum contectali ſua ſuſcepit; priorem autem coronam ſuper altare principis apoſtolorum ſuſpendi praecepit. Eodem die papa eis coenam ad Lateranum fecit copioſam. In octava vero die inter Romanos et noſtrates magna oritur commotio in ponte Tiberino, et utrinque multi corruerunt, nocte eos ad ultimum dirimente. Huius rei auctores Germani tres extitere, *Hug*, *Hecil* ac *Ecilin*, qui poſtea capti ſunt et in cuſtodia detenti; ex quibus unus in his partibus evaſit, ſecundus autem ad *Fuldu* deductus eſt, in *Uucanſtene* 48) autem caſtello tertius diu ſervatur. *Arnul-*

43) *VI. Kal. Marcii.* Computatio haec ad amuſſim convenit cum die paſchali eiusdem anni, quippe qui in diem XXV. Martii incidit; ideoque diem coronationis, qui erat 25. Februarii, dominicam eſſe oportuit. Chron. Stederburgenſe p. 450. errat in anno 1012. *Urs.* — Dies ſolis tertiae *plenae* hebdomadis Februarii incidit in IX. Kal. Martii, coronatio igitur Henrici II. in 21. Febr. qui error, quantum equidem ſcio, nondum obſervatus eſt. Praeterea vero h. l. Ditmarus in annis imperii iſtius regis adverſatur diplomatibus, cum inde a 6. Iunii vel, ſi mavis, 6. Sept. 1002. duodecimus imperii huius regis annus adhuc procurrat. *Wed.* — Dies 6. Cal. Martii nec fuit dies dominica hoc anno, nec poteſt eſſe in tertia hebdomade Februarii. Lege vel 9. Cal. vel 16. Cal. iuxta diverſum modum numerandi ſeptimanas. *Vignoles.*

44) *miſtice.* Sic vox ignorantiae ſcribae perſpicue legitur in Cod. Dresd. hinc emendatio Ann. Saxonis *myſtace (Knebelbart)* omnino praeferenda eſt. *Urs.*

45) *Papa.* Cod Brux. addit: *cum clero.* Ann. Saxo: *cum clero et populo.* *Urs.*

46) *profeſſione.* Cod. Brux. et Ann. Saxo addunt: *ſe ſic facturum eſſe.* *Urs.*

47) *et coronam.* Papa ſcilicet teſte Glabro Radulpho Lib. I. c. 5. novum imperii inſigne pome aureo gemmisque diſtincto cum cruce ſuperne indita conflari iuſſit. *Urs.*

48) *Uncanſtene.* Sic h. l. Dresd. Ann. Saxo *Giwkinstein.* *Wa.*

Digitized by Google

Arnulfum fratrem fuum, quem Ravennati antea praefecit 49) ecclefiae Caefar, denuo inthronizatum ab Apoftolico ibidem confecrari praecepit. Supplantatorem autem eius Ethelbertum iniufte ibi diu fedentem, primo voluit degradare, fed affidua piorum devictus interceffione, alteri praefecit ecclefiae, nomine *Aricia*. In Ravenna duos et Romae totidem fynodali iudicio papa depofuit, ab archiepiscopo *Leone* iam muto 50) confecratos. Sanctorum inftituta patrum in facris ordinibus ibidem, et apud nos diu, proh dolor! neglecta, cum excommunicatione redintegrata renovantur. Probibent namque canones, ut ante XXV. annos Diaconus, Presbyter autem et Episcopus ante XXX. annos nequaquam ordinetur. Hoc quia non fervavimus, miferi praevaricatores fumus; excommunicationemque incidimus. 51) Dominicam refurrectionem Imperator in Papia civitate celebrans, inftabilem Longobardorum mentem caritate cunctis exhibita firmavit. Dehinc fedatis tumultibus univerfis reverfus eft ab Italia, et *Harduigus* ob hoc admodum gavifus Fercellenfem invafit civitatem, *Leone* eiusdem episcopo vix effugiente. Omnem quoque hanc civitatem comprehendens iterum fuperbire coepit; quem, ut in fequentibus expono, divina maieftas nimis humiliatum fe culpabilem
401 cognoscere coëgit. In his partibus Caefar Heinricus fecundus episcopatum, quod erat tertium devoti operis fui ornamentum, in *Bobia* 52) civitate, ubi Chrifticolae fancti et confeffores incliti, *Columbanus* et *Attala* corporaliter requiescunt, communi confilio et licentia comprovincialium episcoporum conftruxit; quia fumma neceffitas, et quae eam praecellit, Chrifti caritas ad hoc inftigavit. Hic cum maxima prosperitate et gloria Alpinas fuperat difficultates, ac noftrae regionis adiit ferenitates, quia aëris huius et habitatorum qualitates noftris non concordant partibus. Multae funt proh dolor! in Romania atque in Longobardia infidiae; cunctis huc advenientibus exigua patet caritas: omne quod ibi hospites exigunt, venale eft, et hoc cum dolo, multique toxico 53) hic pereunt adhibito. Eodem anno IIII. Kalend. Maii 54) obiit *Karolus*

49) *praefecit.* Sic Dresd. non *praeficitur.* *Wa.*

50) *Leone iam muto.* Urfinus effinxerat *Leone Limuto*, ita ut pofterius effet nomen proprium. Perperam; nam Dresd. uti editores, et ipfe Ann. Saxo habet. Leo mutus autem, qui non amplius poteft rugire, nocere. *Wa.*

51) *Sanctorum inftituta — incidimus.* Haec omnia defunt in Reineccio et Madero. Leibnitius e Cod. fuo reftituit In Cod. Dr. a manu ipfius librarii facto inferiionis figno in margine inferiori fcripta leguntur, reperiuntur etiam ap. Annal. Saxonem p. 430. *Urs.*

52) *Bobia.* Vrbs Liguriae al. in territorio Mediolanenfi ad fl. Trebbiam. De monafterio ibidem a Columbano fundato, eiusque focio et abbaticae dignitatis fucceffore Attala v. Mabillonii T. IV. Annal. Ord. S. Benedicti Lib. 53. n. 97. p. 234 f. *Urs.*

53) *toxico.* Cod. Brux. habet *toxicato cibo.* *Urs.*

54) *IIII. Kal. Maii obiit Karolus.* Perfpicue Cod. Dresd. habet Maii, non *Martii*, uti Reineccius male viderat. *Urs.* — Necrologium noftrum, uti Ann. Saxo, habet IIII. Kal. Maii, commemorat etiam *Carolum*, Mansfeldiae Comitem, et *Mathildem*, quae fine dubio Billingicae gentis fuit. Quod fi fumas, cognatio eius apparet, cum paullo poft defiderio eius mortuae *Hathui* Abbatiffae Gernrodenfis, quam *Schlichthorst* in *Beyträgen zur Erläuter. d. ältern u. neuern Gesch. d. Herzogthüm. Bremen u. Verden* B. I. S. 203. cum alia eiusdem nominis Heslin-

Digitized by Google

lus comes, *Riedagi* marchionis filius, qui omne suimet beneficium iniuste accusantium turgida inflatione et nulla sua culpa prius perdidit, et illatum facinus aequanimiter portavit. Eodem die neptis mea *Mahtildis*, quae in *Geronis saltu* cum domna *Hathui* abbatissa iure consanguinitatis diu nutriebatur, animam exhalavit, quam quia sibi successuram venerabilis matrona semper optavit, insolabili moerore mortuam flevit, et hanc in proximo mense Iulio IIII. Non. eadem subsequitur. De cuius laudabili vita quaedam breviter percurro. Fuit haec Reginae Mahtildis inclita neptis, ac in XIII. aetatis suae anno Geronis filio marchionis *Sigifrido* nupserat, et cum eo tantum VII. annos coniuncta erat. Post cuius excessum ob Dei amorem et tristis solatium Senioris, sacrum a *Bernhardo* 55) antistite velamen, et mox consecrationem, ut praedixi, suscepit, sedens LV. annos tam assidua in Christi servitio ut Anna (vidua 56), et tantae largitatis ut Sarepthena, in castitate et abstinentia similis Iudith, ecclesiam sibi commissam diversis decorans ornatibus. Huius obitum signa praenuntiabant ista. Vivarium, quod in orientali parte urbis est positum, usque in mediam diem apparuit sanguineum, et post viridi colore est variatum. Multis est visum, quod meritis istius neptis mea se cum palma virginitatis praecederet. Sepulta est autem egregia Christi sponsa a Bernhardo, antiquae civitatis episcopo 57), non ubi petiit, sed ubi gemens 58) congregatio sua rogavit, in medio ecclesiae coram sanctae crucis altari, ubi postmodum per eius nobile

Heslingiensi abbatissa, filia Henrici Comitis Stadensis, quae tamen anno demum 962. nata est, confudit. Stemma eius, quamquam argumentis firmare h. l. non licet, adiiciam tamen:

Comes *Billing*					
Wichmann I. † 23. Apr. 944.	*Hermannus* Dux. Sax. † 27. Mart. 973.			*Henricus* Comes Stadensis † 9. Maii 976.	
Hathui, Abbat. Gernrod. n. 940. † 4. Iul. 1014.	2. *Luder* † 26. Febr. 1011.	1. *Bernhard* I. † 9. Febr. 1011.	=	*Hildegard* † 3. Oct. 1011.	*Kunegunde* † 13. Iul. 998.
	Mathildis † 28. Apr. 1014.				*Dithmarus* Episc. Merseb. † 1. Dec. 1018.

Hactenus Wedekind. De Carolo Comite, cuius accusatores post fata parentis Ekkihardus I. Marchio et Volcoldus episcopus Misnensis fuisse videntur, v. Sagittarium de Eccardo I. March. Misnensi p. 10 s. Wideburg. Orig. Misn. P. I. p. 37 f. Ritter antiquiss. hist. Misn. p. 107. — De Abbatissa Hathui pluribus egit Meibom. T. II. p. 466—468. — Mathildis, quam Ditmarus neptem suam vocat, erat sororis matris Ditmarianae et Bernhardi ducis Saxoniae filia, atque patrui Abbatissae Hathui neptis. v. *Gebhardi hist. geneal. Abhandlungen* P. I. p. 261. *Urs.*

55) *Bernhardo antistite.* i. e. Halberstadiensi. Ann. Saxo. *Urs.*

56) *vidua.* Inserui ex Leibnitii Codice et Ann. Saxone. *Urs.*

57) *episcopo.* Stargardiae in Wagria Holsatiensi. v. Helmoldi Chron. Slavor. Lib. I. c. 12. Appellatur hic episcopus etiam Bruno. *Urs.*

58) *gemens.* Sic Codd. Dresd., Antverp. et Ann. Saxo. Falso editores *generis.* *Urs.*

Digitized by Google

nobile meritum cuidam viro diu debili et cum scabellis diu 59) ambulanti, tribuit omnipotens Deus facilem 60) gressum.

Imperator autem transcensis Alpibus caeterisque adiacentibus provinciis regendo decursis, natale Domini celebravit in Palithi, et post haec ad Mersoburg veniens Bolizlavi fidem et auxilium suis innotuit fidelibus, et ut ab eis ad excusationem aut indictae rei emendationem is vocaretur, unanimes poscit. Interim nepos meus comes *Uuirinharius* instinctu malesuadae iuventutis, et dolosarum machinamento mulierum cum paucis ad urbem, *Bichlingi* vocatam, dominica die venit, et domnam eiusdem *Reinildum* prius a se desideratam fraudatis custodibus rapuit invitam. Namque Imperatori, ut nulli absque scientia et consilio suimet unquam sociaretur marito, haec antea firmiter promisit, et ob hoc cum clamore et eiulatu deducitur. Hoc audientes cum clientibus satellites armati conveniunt, et ex his unus *Uullerd* nomine vulnere diro tardatur. Sed una ex ancillis cum se pariter abduci rogaret, et iussu Senioris sui hanc sumere *Aluuinus* nobilis voluisset, vallatur undique, et nepotem meum iam tunc egressum revocat in auxilium. Hic antequam ei succurreretur, proh dolor! oppetiit; et dominus eius adveniens infra 61) clauditur, et ab uno servorum sauciatur, quem protinus lancea perfossum muro infixit, et caeteros, ut sibi propius accedere non auderent, terruit; et cum suos longe cum matrona iam exisse, sibi autem nullum evadendi locum patere vidisset, relicto protinus equo se demisit a muro, et a lapide sequenti admodum depressus tristes vix pervenit ad socios. A quibus usque *Vui* 62): ad villici 63) Caesaris domum portatus, ibi cum paucis est dimissus 64); et dominam cum magna festinatione evexerunt, nunc hic nunc illic cum ea latitantes, et adventum domini solliciti praestolantes: sed villicus iniquitatis hospitem infirmum Imperatori mox prodidit, et eius mentem fecit nimis hilarem. Speravit enim eum in suam venientem potestatem in exemplum aliis periturum, aut pretio ineffabili ab hoc redemturum. Nox iam erat 65), et *Bernhardus*, ac *Guncelinus* 66), et *Uuillehelmus*

An. 1015. A. S.

An. 1014. A. S.

59) *diu.* Ann. Saxo et Brux. addunt: *reptandi potius, quam* cet. *Urs.*

60) *facilem.* Ann. Saxo et Cod. Brux. *rectum. Urs.*

61) *infra.* Pro *intra* in latinitate medii aevi saepe obvium. *Urs.*

62) *Vui.* nomen breviatum. Forte Wuiperius vel Vuihe. *Urs.*

63) *villici.* Villici quondam non erant liti seu mancipia, sed ministeriales Imperatoris vel episcoporum, uti patet e diplomatis, in quibus aliquando priorem locum tenent prae ceteris ministerialibus. Possemus dicere administratores oeconomiae, teutonice *Verwalter, Amtleute.* Interdum unus tantum erat villicus in curte dominicali, alias curtes minores sub se comprehendente. v. Falk Cod. tradit. Corbeiens. p. 424. *Urs.*

64) *dimissus.* Melius *immissus.* Editiones *admissus.* Sed Codici nostro assentit Ann. Saxo. *Urs.*

65) *Nox iam erat.* De suo adiecit librarius Cod. Brux. *et toto fulgebant sidera coelo, cum ecce! Bernhardus* cet. *Urs.*

66) *Guncelinus.* Non Marchio ille Misnensis, qui post remotionem a marchionatu in carcerem coniectus, anno demum 1017. teste Ann. Saxone p. 448. emissus est. Res vero, de qua hic sermo est, biennio ante facta. *Urs.*

Digitized by Google

helmus 67) comites cum ſuis militibus a Caeſare miſſi, ubi aegrotus iacuit, veniebant, et hos adſuiſſe Uuirinharius a ſuis praesciens, ſibi familiarem Uuillehelmum ſalutat, caeteris duobus indicens, ſi gladium elevare potuiſſet, quod nunquam in eorum poteſtatem incolumis venire voluiſſet. Uuillehelmus vero eius vulnera ligans, et quod ad Merſeburg, ut ſibi iuſſum fuerat, venire nullo modo valuiſſet intelligens, a ſuis fecit eum portari ad proximam villam Elerſtidi 68) dictam, ibique in domo nimis lapidibus firmata, praecepit cuſtodiri, ipſe cum ſuis ad Imperatorem reverſus. Eodem die nos ad praeſentiam Caeſaris vocati, quali praeſumtione ſuum nepos meus interruperit vo- 403
tum ab eodem flebili lamentatione percepimus. Namque cum *Brun* a *Milone* inimico eius in domo propria, ubi omnibus eſt pax habenda, occideretur, idque ab omnibus indigenis Imperatori lugubriter intimaretur, multum rogatus, ut ſuorum more anteceſſorum tam ſceleratis hominibus praedium cum incolatu prohiberet, idque ſacramentis firmare ex ſua parte iuſſiſſet, elevatis manibus omnipotenti Deo et cunctis praeſentibus illud ſe quamdiu viveret impleturum promiſit. Et quia ſcimus, multo ſatius eſſe, bonum non vovere Deo, quam poſtea declinare; rogitemus eum, cui haec dedit promiſſa, ſicubi ea humanitatis gratia, ſeu malo is fregerit hortatu, emendatione condigna reſipiſcat. Poſt imperatoriam lamentationem optimi quique dedere conſilium, ut comprehenſis omnibus ſuimet bonis, domna revocaretur, et huius rei autores aut capti praeſentarentur, aut fugientes usque ad mortem perſecutionem paterentur. Ipſe autem comes ſuperata infirmitate, ſi culpabilis efficeretur, capite privaretur; ſi autem haec omnia cum conſenſu matronae acta fuiſſent, optime uteretur ſponſa. Frater meus comes *Heinricus* haec ad implenda illico mittitur, et ut ad *Alſtidi* ad publicum venirent colloquium, iubetur. Illo tunc proficiſcente praedicti comites advenerunt, et Caeſari quae facta ſunt nuntiaverunt. Poſtera die, id eſt, in ſancti feſtivitate Martini Uuirinharius patienti animo adverſa quaeque ſuſtinens hactenus, expiravit, nullum hoſtibus lucrum, ſuis autem invincibile damnum relinquens. Ob hoc Rex triſtatur, et Thiedricus hoſtis eius lacrimatur. Hoc ego comperiens Thiedrico nepoti meo abeundi licentiam petii, et corpus amici per ſatellites meos de *Miminlevo*, ubi tunc abbatia fuerat, et *Reinoldus* ejusdem proviſor egregius debita hoc procuraverat humanitate, ad *Helpithi* 69), ubi hoc expectabam, reduxi. Sed eodem iam tunc nimis foetente exſolvi protinus viſcera iuſſi, iuxta eccleſiam iubens ſepeliri meam 70), et usque ad *Uuallibizi* illud proſequebar, ponens ad laevam dilectae coniugis. 71) Poſt XIIII. dies domna *Suuonehild* ſoerus eiusdem morte ſubitanea VI. Kal. Decembris obiit. 72)

Interim

67) *Uuillehelmus.* Comes Wimarienſis, poſtea Marchio Misnenſis, qui obiit 1062. v. Falkii Cod. Tradit. Corbeienſ. p. 388. *Urs.*

68) *Elerſtidi.* Allerſtaedt prope Memlebium. *Urs.*

69) *Helpithi.* Helſte in comitatu Mansfeldenſi. *Urs.*

70) *eccleſiam meam.* Suam vocat eccleſiam Helpedae non iure quodam proprietatis, ſed iure dioeceſano. cf. Chron. Walbecc. ap. Meibomium p. 80. 82. *Urs.*

71) *dilectae coniugis.* Luitgerdis. *Urs.*

72) *Suanehild — obiit.* Haec de obitu Suanehildis ſcriba Codicis Dr. margini adiunxit. Iisdem verbis ap. Ann. Saxonem p. 432. *Urs.*

Digitized by Google

Interim Caesar in *Alstidi* populis iura dabat, et ut praesentes affirmabant, meis An. 1014.
haec amicis denegabat. *Insula* quae *Porci* 73) dicitur, quia prius comes *Bernhardus* A. S.
praedictum voluit occidere Uuirinharium, per iniustos iudices sibi eam Caesar praecepit assignari. Hoc *Uuicmannus* comes prohibet, et iniustum esse affirmat; omnes populi mussant, et (in) Christum domini peccare occulte clamant. Ibi tunc stella multis in medio apparuit die. In octava sancti Andreae *Rigmannus* pater, qui ecclesiae suae praefuit LXXXV. annos, in Christo obiit. 74) Inde exiens (imperator) natalem dominicum in Palithi coluit, et in IIII. feria ante Pascha ad Mersburch venit. In coena An. 1015.
domini chrisma in eius praesentia indignus benedixi. In vigilia autem sanctae resur- A. S.
rectionis, quae tunc fuit V. Idus Aprilis, *Redbald* abbas Uuirdunensis obiit, et *Methenricus* eiusdem coenobii praepositus eligitur. 75) In die sancto archiepiscopus *Gero* missam cantavit, et interim *Othelricus* Boëmiorum dux advenit, et dies hos solennes duximus admodum hilares. Interea *Hirimannus* marchio pascha duxit cum socero 76), et inde vix solutus ad imperatorem cum nuncio eiusdem *Stoigneuuo* 77) diu expectatus venit. Idem legatus mentiri semper solitus ad Caesarem in occidentali parte plus ad perturbandum, quam, ut simulaverat, ad pacificandum ab instabili seniore suo missus est. Quem cum consociis suimet Imperator suis familiaribus committens, generos

73) *insula Porci.* In vers. German. Ursinus intellexerat *Schweinfurt,* in hac Latina edit. sine nota dimisit. *Wa.*

74) *Rigmannus — LXXXV. annos — obiit.* Quae de Rigmanno hic Leibnitius e Cod. Antv. supplevit, exstant quoque in Dresd. ad marginem. Numero octogenario si nihil falsi subest, Rigmannus centum et quod excurrit, annos vixisse credendus esset. *Urs.* — — *Richmannus pater.* Praepositus absque dubio fuit, nam Abbatem vel Episcopum adeo, qui per annos 85. sedisset, alii memorare haud neglexissent. Fortasse error scribendi latet. Ceterum *Richmundus presbr. et monachus* idem esse videtur, qui necrologio nostro ad diem 6. Dec. vel vigilia Octavae S. Andreae inscriptus legitur. *Wed.*

75) *V. Idus Aprilis Redbald abbas Uuirdunensis obiit.* Locus hic in superioribus editionibus corruptus est: verba enim, quae abesse non debent *obiit* et *eligitur* omissa sunt. Redit Ditmarus ad gesta anni 1015. Si enim V. Id. April (dies 9. Aprilis), vigilia sanctae resurrectionis fuerit, obitus Redbaldi minime ao. 1016. evenire potuit, quia eius dies paschalis in Kalendas Aprilis incidebat, ergo ad praecedentem annum referendus est, quo festum resurrectionis die X. Aprilis celebratum fuit. v. Freheri Director. chronolog. diplomat. p. 281. De Radboldo v. Meibomii not. ad Northovii Orig. Marchan. T. I. p. 421. *Urs.* — — Non *Verduni*, quod Ursinus voluit in vers. sed *Werdenae.* Omnino iste interpres in *Werden*, *Verden* et *Verdun* fere ubique turbavit. Sic v. c. *Wigfried* p. 199. non episcopus fuit *Verdensis*, sed *Verdunensis*, et Pentecosten 1017. (p. 592.) Imperator non celebravit *Verdenae*, aut *Verduni*, sed *Werdenae*. Sed hic error antiquior est, eoque factum, ut Sanctus *Swibertus*, episcopus Verdensis haberetur, qui plura ibi secula cultus sit. *Wed.*

76) *cum socero.* Bolizlavo Polono. Nusquam Ditmarus filiam huius ducis, Herimanni, Marchionis Misniae coniugem, nominavit, sed Sagittarius Diss. de Eccardo I. p. 24. et de Eccardo II. p. 24. 27. ex literis Theoderici episcopi Numburg. de an. 1049. docuit, illi nomen fuisse *Regilindis*. *Urs.*

77) *Stoigneuuo.* Sic in Cod. Dr. nomen legitur a prioribus editionibus praetermissum. Habet etiam Ann. Saxo ad an. 1015. *Urs.*

Digitized by Google

ros ſuos 78) gratiam eiusdem nudis pedibus quaerentes miſericorditer ſuscepit, et tunc demum nugigerulus 79) ut haec cerneret, praeſentari iuſſit, et publice domino eius reſpondit. Hic cum alia, quam Caeſar praeceperat, domi retuliſſet, cum praefato comite, pacem firmare cupienti, iuſſu ducis infauſti remittitur, et in conſpectu Imperatoris et principum eius fallax et invicem diſturbans eſſe convincitur. Tunc iterum B. 80) ſe ad excuſandum, vel inobedientiam ad emendandum a Caeſare vocatus, in praeſentiam eius venire noluit, ſed coram principibus ſuis haec fieri poſtulavit. Sed quantam ei benignitatem Imperator prius oſtenderit, lector, attende!

An. 1014. A. S. Praefatus dux mille artium ſcientia plenus, filium ſuimet *Miſeconem* ad *Othelricum* Boëmiorum proviſorem miſit, ut memores mutuae conſanguinitatis ſe invicem pacificarent, et cunctis 81) hoſtibus ſuis, et maxime Caeſari pariter reſiſterent. Ille vero hoc omne in detrimentum ſui eſſe compoſitum a veracibus accipiens, hunc comprehendit, ex conſociis eius optimos quosque interficiens, ac caeteros una cum ſeniore 82) capto Boëmiam reduxit, ac in carcerem proiecit. Quod cum Imperator comperiret, *Thiedricum* nepotem meum illuc miſit, ut ſatellitem ſuum ſibi redderet, et ſi de gratia ſuimet aliquid curaret, hunc nullatenus perderet. 83) Cui hoc fertur dediſſe reſponſum: *Senioris mei iuſſa in omnibus ſequi tam poſſe quam velle mihi admodum neceſſe eſt. Eripuit me nuper indignum omnipotens Deus de ore leonis, eiusque catulum in perniciem meam miſſum mihi tradidit, et ſi hunc liberum abire permitto, certos hoſtes in patre et filio ſemper habebo. Sin autem retineo, aliquem cum eo fructum me acquiſiturum ſperabo. Videat dominus meus de his omnibus, quid* 405 *ſibi placeat, ac mihi aliquatenus proficiat, et hoc totum devotus implebo.* Sed cum Thiedricus cum hac legatione reverteretur, alius mox celeriter remittitur, qui eundem mitti rogaret, firmiterque ei praeciperet, promittens ex parte Caeſaris omnem eius excludi ſollicitudinem, et bonam firmari pacem. Tunc Othelricus nolens volens captivum reddidit, et Imperatorem multum placavit. Bolizlauus autem de ereptione filii ſupra modum gaviſus, per internuncios ſuimet condignas Caeſari gratias egit poſtulans, ut eum ſibi ad honorem, inimicis autem ſuis ad dolorem remitteret, et futuram utriusque remunerationem ipſe veraciter agnosceret. Quod Imperator tunc non poſſe fieri reſpondit, ſed cum ad Merſeburg veniret, cum communi principum conſilio ſuorum voluntati ſuimet ſe tunc ſatisfacturum promiſit. Hoc Bolizlauus ut audivit, non bene

78) *generos ſuos.* Ann. Saxo *fratres Imperatricis.* *Urs.*

79) *nugigerulus.* Huic voci editiones, nomen *Shignei* addunt, quod Cod. Dr. hoc loco non habet. Cum Dr. conſentiunt Ann. Saxo et Brux. *Urs.*

80) *Tunc iterum B.* Ita in Codice Dresd. Secunda tamen manus explevit: *Bolizlavus*, adſentiente Ann. Saxone. *Urs.*

81) *et cunctis.* Interſerit hic Brux. *unanimes.* *Urs*

82) *cum ſeniore*, ſcil. Miſecone. — Paullo poſt *Thiedricum*, capellanum ſuum ſupplevit. *Urs.*

83) *perderet.* Ita repoſui, ſuadente Cod. Dresd. pro *proderet.* *Wa.*

Digitized by Google

bene suscepit, qualiterque filium in suam redigeret potestatem semper tacita mente et crebra legatione revolvit.

Ad condictum Caesar ut venit locum, cunctos optimates quid sibi de hac re esset faciendum consuluit. E quibus Gero archiepiscopus loquitur primus: *cum tempus fuit, et cum vestro honore id fieri potuit, me ista hortantem, non exaudistis; nunc a vobis est mens Bolizlavi ob longam filii retentionem et custodiam aversa, et vereor, si hunc sine obsidibus aut aliis confirmationibus remittitis, ut in posterum fidelis servitii in ambobus careatis.* Talia loquentem maxima praesentium turba consequitur, et pars corrupta, id cum honore magno fieri non posse ingeminant. Vicit pecunia consilium, et ut hoc Bolizlavo carius esset, in fidem suam et cum omnibus, quae habebant, Miseconem haec a Caesare suscipiens reduxit, et promissa percepit, admonens eundem et filium, ut memores Christi et firmae Dei 84) nullum Caesari incommodum amplius inferrent, nec suos decipi paterentur amicos. Huic dulci hortatui fistulae blandientis more ab his protinus respondetur, quod factis postmodum nullatenus completur. Quamvis enim his aut fides parva sit, aut nulla, tamen hoc nobis imputant, quod ex parte Caesaris et nostrorum, is tam sero remittitur, qui in numero militum habebatur. Hoc eis erat semper in animo, et propterea se in praesentiam Caesaris non venire affirmabant. Et verum est, quod vox Evangelica testatur, excusationem aliquam hunc quaerere, qui ab amico familiari mediatur discedere. Haec Imperator agnoscens a nobis discessit, et proximos rogationum dies in *Capungun* 85), fuit, quo ipse curtem suam de civitate, *Cassalun* 86) dicta, transtulit, et ibi cum consilio sui Archipraesulis *Heriberti* praedictam *Hethenrico* curam commendavit, et tractatis ibidem rebus necessariis in vigilia pentecostes ad *Immedeshusun* 87) venit, illic cum antistite Meinuuerco hanc sanctam festive ducens solennitatem. Interim ecclesia incipitur nostra (Mersburgensis) praesente archiepiscopo Gerone, cuius primos posui lapides in

An. 1015. A. S.

84) *firmae Dei.* i. e. iurisiurandi. Reineccius sensum huius formulae non satis capiens loco eius posuit *fidei*, uti et Maderus et Leibnitius, et Ann. Saxo. Ceterum idem Reineccius obscurum et confusum Ditmari sermonem a verbis: *vicit pecunia — promissa percepit*, multo obscuriorem reddidit, et nescio quod nomen legati in Cod. deesse coniecit. *Urs.*

85) *Capungun.* Haud longe a Cassela est monasterium *Kauffungen* ab Imperatrice Cunigunda ibi fundatum, Sec. XVI. a Philippo Landgravio in collegium virginum nobilium conversum est. De antiquitate loci v. Chron. Gottwic. T. I. p. 464. 629. Winkelmann Chron. Hass. P. II. c. 10. p. 291. *Urs.*

86) *Cassalun.* urbs Hassorum clarissima. cf. Ann. Saxo ad ann. 1015. p. 434. *Urs.*

87) *Immedeshusun.* al. Immadeshusen ap. Ann. Sax. Arx ab Immodo, filio Comitis Thiederici ex Reinhilda, fratre Mathildis uxoris Henrici Auc. condita, inter Mindam et Geismariam urbes sita, hodie *Immhausen* praedium nobilium de Steinberg. Vide Meibom. ad Witichind. T. I. p. 681. Falk Cod. Tradit. Corbei. p. 4. 455.

Digitized by Google

in modum Sanctae crucis XV. Kal. Iunii. 88) Illic *Uual* Corbeienfis abbas prius 89) ab cura fuspenfus deponitur 90), et unus ex *Larfemenfi* monafterio, *Druhtmer*, fine fratrum confenfu praedictorum affignatur. Quo ad fedem fuam in hac venienti hebdomada omnis congregatio exceptis VIIII. flens abiit, ut *Luidulfus* abbas praedixit, et locum hunc pene vacuum non fponte reliquit. 91) In his diebus feftivis *Ernest*, inclitus Alemanniae dux, pueri fucceffor Herimanni, cum in fylva quadam illicite venaretur, ab uno militum fuimet plus ignorantia, quam voluntate fpontanea, ut cervam fagittare debuit, proh dolor! vulneratur. Hic quia mortem fibi imminere perfpexit, focios vocat, et ut reo parcerent fupplicatur, et quia hic tunc presbiterum, cui fua confiteretur peccata, non habuit, unum ex militibus huius vice propius accedere iuffit. Quem cum adeffe perfpiceret, *omnes*, inquit, *accedite, et commortalis veftri, ac peccatoris facta aure cordis percipite, et qualiter curentur unanimiter fuccurrite,* 404 *abfen-*

88) *XV. Kal. Iunii.* Quae Leibnitius a verbis: *Interim ecclefia — XV. Kal. Iunii* e Cod. Bruxell. inferuit, etiam in margine Cod. Dresd. leguntur. Reineccii oculos effugerant. Senfus alieni effugiendi caufa Cod. Brux. addit: *Rege manente in Medeshufen* illic etc. *Urs.*

89) *prius* Cod. Dr. non *pius*. *Wa.*

90) *deponitur.* Caufam iftius depofitionis docet Gobelinus Perfona p. 257. *Meinwercus episcopus voluit monafterium Corbeienfe cauffa corruptionis vifitare, fed Walo Abbas episcopo reftitit. Quare ad inftantiam episcopi abbas ab Imperatore ab Abbatia depofitus eft.* v. Paulini disquiff. de Walone, Abbate Corbeienfi in eius Syntagmate Rerum et Antiquitatum Germaniae num. 13. Falk Cod. Tradit. Corbei. p. 672. 697. 707. nec negligenda, quae Annalifta Saxo p. 434. de hac Walonis remotione narravit. *Urs.*

91) *fponte reliquit.* Hic Leibnitius e Cod. Antverp. multa interpolavit de origine, fitu et bonis monafterii Corbeienfis, quae Ditmari effe non poffunt. Codex enim Dresdenfis Bruxellenfem aetate multum fuperans de his omnibus ne voculam quidem habet, nec potuit habere. Textus paginae adverfae folii 147. non interrupta ferie pergit a vocabulo *reliquit*, quartam lineam claudente, ftatim ad verba: *in his diebus* lineam quintam inchoantia; nec hiatus igitur vel defectus, nec rafura vel caftratio locum habere queunt. Lacinia igitur a monacho quodam Corbeienfi affuta videtur. Quoniam vero memorabilia varia continet, e Leibnitio confcripfimus: „Quia vero huius coenobii mentionem faepius feci, libet aliquid de eius inchoatione „et rectoribus breviter dicere, quia unum ex antiquiffimis eft. Anno dominicae incarnationis „DCCCXXII. Ludovicus Imperator Auguftus, Caroli Magni filius, imperii fui anno decimo, „per venerabilem Adelhardum, abbatem antiquae Corbeiae hoc coenobium fundavit, in me- „moriam, unde cepiffet, Corbeia nova loco nomen imponens. Ipfe tradidit eidem loco multa „praedia, fcilicet Huxeri villam, Eresburg et Meppiam abbatias. Huius vero filius Ludovicus „contulit nobile donum, abbatiam fcilicet in Fisbeke, et decimas in episcopatu Osnabruggi „cum decimalibus ecclefiis. Tradidit quoque pifcationem in Wifera, quae dicitur Hocwar. „Lotharius Imperator venit cum Orientalibus Francis in Sclavoniam, et eorum regem Geftimu- „lum occidit, caeterosque fubegit et dedit ecclefiae Corbeienfi ipfo anno dedicationis eius, ut „Chronica teftatur. Infuper reges et principes et caeteri nobiles ipfum locum multis divitiis „et praediis ditaverunt, et Romani pontifices magnis privilegiis et honoribus extulerunt. Heic „requiescit inclitus martyr Vitus, feptennis puer, translatus eo de Francia per Vuarinum eius „loci primum abbatem, cuius martyris patrocinio Saxonia rerum fuarum profperitate in im- „menfum excrevit. Situs eft hic locus fuper fluvium Wiferam in episcopatu Paderbrunnenfi. „His diebus feftivis etc."

Digitized by Google

absentibusque cunctis fidelibus peccatricem meimet animam quaeso commendate, et uxorem meam, ut honorem suum 92) servet, et mei non obliviscatur admonete. Haec dicens, in quocunque unquam se aliquid deliquisse recordari potuit, cunctis praesentibus innotuit, et mox de luce hac II. Kal. Iunii discessit, sepultus in Unirziburg iuxta patrem suum marchionem *Luipoldum*, ut ipse rogavit. Hic iuvenis, ut spero, felicem habet animam, cui, sicut ipse vivens testatus est, plus placuit coram multis hic erubescere, quam coram omnipotenti Deo latere. De hoc exemplum, fratres in Christo, capite, et morbum interius latentem medico coelesti aperite, et antidotum eius salubre nullatenus spernite, et quicunque sit in fine nostro confessor, non moretur ingementi professione peccator, ut ab eo in coelis inveniatur propitius remissor. An. 1015.

Ad supra memoratam solemnitatem 93), et ad praedictum locum quidam rusticus de occiduis veniens partibus novam Imperatori legationem detulit, et hanc nulli nisi ei soli unquam aperire voluit, portans adhuc stimulum hunc, quo tunc pecus arans minavit 94), cum hoc ei coelitus per columbam iussum fuit. Et hic erat tantae longitudinis, ut omnes, qui eum viderant, nimis admirarentur. Ipse vero rediens cunctis interrogantibus indicat iussu Caesaris, se ad Aquasgrani post expeditionem venturum; et responsum ab eo ibidem accepturum; et quia hanc admonitionem et crebro aliam 95) innumerabilem Imperator sprevit, vindictam sensit. In nativitate sancti Iohannis Baptistae, quae tunc proxima erat, ad *Gosleri* Caesar veniens, *Ernasti* ducatum nepti suae et filio eius 96) dedit, et inde ad Magathaburg proficiscens interventum Christi militis Mauricii ad exsuperandam hostis Bolizlavi contumaciam suppliciter rogavit. Dehinc ad locum, qui *Sclancisuordi* 97) vocatur, cum exercitu glomerato perrexit, et magnum compro-

92) *honorem suum.* Leibnitius ex Cod. suo *pudicitiam suam.* Ita et Ann. Saxo p. 435. *Urs.*

93) *solemnitatem*, sive *festum* ut Cod. Brux. habet, scil. *in Immedeshausen*, uti Ann. Saxo addit. *Urs.*

94) *minavit.* Minare est *ante se agere.* Vide Festum in voce *agere* et *agasones*, notante Madero. *Urs.*

95) *aliam.* Editiones propagaverant *etiam.* Illud est lectio Cod. Dresd. aperta. *Wa.*

96) *filio eius.* Ernesto II. v. Chronogr. Saxo ad ann. 1015. p. 228. Chron. Stederburg. p. 852. Annal. Hildes. p. 723. Chron. Urspergense p. 227.

97) *Sclancisuordi.* Ita clare atque manifeste in Cod. Dresd. nec aliter in Cod. Brux. in Annal. Saxone et in exemplaribus typis exscriptis. Inde emendatione Leibnitii in *Slaccoverdi* minime opus fuit. In eadem sententia fuit Dingelstadius in notis ad Chron. Walbecc. p. 55. Totus vero ab ipsa Ditmari narratione aberrat Casp. Abelius ibid. p. 58. a Fabricio in errorem ductus, qui in hoc nomine Francofurtum ad Oderam vidit, cui suffragatus est Mascovius in Comm. de rebus German. p. 138. Perplacet ob causas sufficientes *Kreyssigii* explicatio in *Beyträgen zur Sächs. Gesch.* B. VI. p. 20. de pago *Cunzwerda* ad Albim non procul a Torgavia sito. Quod etsi a coniectura pendet unice, tamen ei cum *Haschio* im *Sächs. Magazin* 1789. p. 53 f. eo libentius adstipulor, quod et nomen ipsum aliquam cum illo antiquiori Ditmari consentaneus est. Alia de hoc loco somnia habuit Falk in Cod. Tradit. Corbei. p. 295. quae missa facimus. *Urs.*

Digitized by Google

comprovincialibus et marchioni eorum Geroni intulit dammum. 98) VIII. Idus Iulii fit nostra congregatio, et pro defensione debita habitatoribus his praedatio magna. Postquam nostri Albim transierunt, Imperatrix et ego cum illa ad Merseburg pergentes, Caesaris adventum in his partibus expectavimus. Nostri autem ut ad pagum Lusici dictum venerunt, a praesidio ex *Ciani* 99) urbe egresso tentantur; quod agnoscentes magnam ex eo multitudinem occidunt, et *Hericum* 100), qui dicebatur superbus, et qui ex nostra regione ob homicidium illo fugit, captum in vinculis Caesari praesentabant. Inde usque ad Oderam Imperator profectus ad locum, qui *Crosna* dicitur 1), optimos ab exercitu ad Miseconem ibi turmatim sedentem misit, ut eum de promissa sibi fide admonerent, et ne propter eum ab Imperatore sua perderent bona, cum deditione sua praeoccupare voluisset, unanimiter rogarent. Quibus is talibus respondit: *Agnosco me gratia Caesaris ab inimici potestate ereptum, ac vobis fidem promisisse, et eam libenter in omnibus adimplerem, si libenter existerem; nunc autem, ut ipsi scitis, sum mei patris dominio subditus, et quia ille hoc prohibet, et sui milites hic modo praesentes talia fieri non patiuntur, invitus omitto. Patriam, quam quaeritis meam, si possum defendere, usque ad adventum mei patris volo, et tunc eum ad gratiam Caesaris et ad amorem vestrum inclinare cupio.* Hoc nostri audientes regressi sunt, et haec Imperatori responsa detulerunt. Interim Bernhardus dux cum suis fautoribus, episcopis et comitibus, et prophanorum turba Luiticiorum ab aquilone, Bolizlavum petiit, et hunc praesentem munita undique secus Odera habuit. Caesar autem in inventione Christi protomartyris 2) Oderam transmeans, reluctantem Poleniorum multitudinem admodum prostravit, et nemo ex nostris nisi *Hodo* 3) inclitus iuvenis cum *Ekkrico* et alio Guncelini comitis satellite cecidit. Hic cum *Sigifrido,* Hodonis filio marchionis ab Imperatore accusatus, eo quod Bolizlavo nimis familiaris hactenus fuisset, eodem die viriliter se expurgavit, et a suis Hodo longe digressus, cum hostes solus fugientes insequeretur, sagitta per caput immissa primo oculum et post vitam perdidit istam. Sed cum Miseco eiusdem corpus cognosceret, quia eius apud

98) *damnum.* Oscitantia librarii in Cod. Dr. excidit, apte tamen Reineccius supplevit, et comprobatur ab Cod. Brux. *Urs.*

99) *Cianei.* Alias *Zianzo*, ubi burgwardium erat, nunc vocatur *Zinnitz*, et vicus est in circulo Caloviensi Lusatiae inferioris. In diplomate Dietherici iun. Marchionis Misnens. et Lusicensis ap. Hofmannum T. IV. scriptor. rer. Lusatic. p. 184. dicitur *Cianis* in pago Lusici. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 674.

100) *Hericum.* Contra fidem Cod. nostri posuit Reineccius *Henricum.* Ab Ann. Saxone vocatur *Horicus.* *Urs.*

1) *Crosna.* Crossen in pago Silensi, a quo Silesia nomen accepit. *Urs.*

2) *inventione Christi protomartyris.* i. e. die III. Augusti. *Urs.*

3) *Hodo inclytus iuvenis.* Ex hoc additamento colligi possit, eum ad principalem familiam aliquam referendum esse, praesertim cum Miseco, dux Poloniae captivus *(eius fuerat custos et sodalis)* eius custodiae commissus esset. In necrologio nostro ad diem 3. Augusti: *Hodo occisus. Wed.*

Digitized by Google

apud nos fuerat custos et sodalis, multum flevit, et id bene procuratum ad exercitum misit. Eorum autem qui ex parte hostili oppetierunt, non minor erat numerus, quam sexcenti, praedam relinquentes ineffabilem. Hoc Bolizlavus, ubi tunc mansit, ab internuntiis festinantibus mox rescivit, et quamvis eo libenter pergere voluisset, tamen praesentibus inimicis introitum patescere ausus non est; quocunque nostri in navibus declinabant, illuc ipse cum suis equo sequebatur alato. 4) Ad ultimum vero erectis celeriter velis, nostri per omnem 5) unam navigabant diem, et inimicis eos tunc comitari non valentibus littus optatum securi comprehendunt, et proxima incendunt loca. Quod cum eminus dux praefatus agnosceret, more solito fugit, et nostris fiduciam et locum nocendi invitus concessit. Dux vero Bernhardus cum suis Imperatori ad auxilium, sicut ei prius iussum est, venire cum nequivisset, per pedites clam missos ei eventum rei et necessitatem inobedientiae indicens, vastatis circumquaque iacentibus locis domum rediit. *Othelricus* quoque, qui cum Bauuariis ad Caesarem venire debuit, ob multas causarum qualitates dimisit, et quamvis hi Imperatorem non comitarentur, tamen fidele servitium sua vicinitate ostendunt. Namque Othelricus quandam
405 urbem magnam, *Businc* 7) dictam, petiit, et in ea non minus quam mille viros absque mulieribus et liberis capiens, incendit eandem, et victor remeavit. *Heinricus* autem Orientalium marchio 8) cum Bauuariis comperiens Bolizlavi milites iuxta se praedam fecisse, protinus insequitur, et ex his fortiter resistentibus octingentos occidit, praedamque omnem resolvit. [Interim *Redingus* 9) Magadaburgensis praepositus, Nonas Augusti in Christo obiit. Mense eodem, et XIIII. Kal. Septembr. *Eila* venerabilis comitissa obiit, et in monasterio, quod ipsa construxit, ab Euerhardo antistite traditur sepulturae.] Sed antequam haec omnia Caesar comperiret, multum sollicitus, quamvis parvo uteretur exercitu, tamen potestative, quam diu voluit, in his partibus fuit, et

4) *equo alato*, i. e. admisso, citato, celeri. *Urs.*

5) *per omnem unam.* Editores per *amnem.* Sed *omnem* positum pro *totam*, quod patet ex Ann. Saxone, qui distincte: *per* integrum *diem nostri navigabant.* *Urs.*

6) *dimisit.* Sic perspicue in Cod. Dresd. hic et alibi. v. Ind. latinit. non *omisit*, quod habent editores cum ipso Ann. Saxone. *Wa.*

7) *Businc* magna urbs in pago *Silensi* dicitur. Ann. Saxoni est *Busiuc.* In notis ad vers. teuton. p. 455. coniectando in urbem *Beuthen* ad Oderam incideram; iam vero nomen *Businc* superesse credo in nomine urbis Silesiacae *Schwibusin* quinque miliaribus a Crossena distantis. In ea regione tunc bellum gerebatur, et postea temporis facile fieri potuit, ut syllaba *Schwi* casu vel consilio ad nomen *Busin* adnecteretur. *Urs.*

8) *Orientalium Marchio.* Hoc loco minime Marchionem Lusatiae, uti falso olim posueram, sed Marchionem *Austriae* designat, eademque dignitate pater Heinrici, Leopoldus, praeditus erat. v. *A. L. Gebhardi geneal. Gesch. d. erbl. Reichsstände in Deutschland.* Th. III. p. 159. *Urs.*

9) *Redingus.* Haec de obitu Redingi praepositi et Eilae Comitissae in editionibus omissa. Antiqua manus in Cod. Dresd. in inferiori margine adiecit. De Eila Ann. Saxo p. 438. *Eila, filia Lotarii de Waldbike, mater Heinrici marchionis XIV. Kal. Sept. obiit, sepulta in monasterio, quod in Sulnuorde ipsa construxerat.* Fuit uxor Bertoldi, Marchionis Franconiae adversus Bohemos. v. Falk Tradit. Corbei p. 333. *Urs.*

Digitized by Google

tunc reversus ad pagum, qui *Diadesisi* 10) dicitur, venit, in angusto proh dolor! castra metatus loco, ubi nullus, excepto Apum magistro 11), qui ibidem tunc interfectus est, sedit. Bolizlavus autem audiens Imperatorem per aliam, quam intrarat, viam hinc exiturum, iuxta Oderam omnimodis sua firmavit. Sed cum hunc iam abisse comperiret, magnam peditum multitudinem ad locum, ubi noster consedit exercitus, praemisit, praecipiens eis, si aliqua sibi opportunitas accidisset, huius saltem aliquam partem laedere tentaret. Insuper abbatem suum, *Tuni* nomine 12), simulata pace ad Caesarem misit, qui protinus ab eo explorator esse agnoscitur, et ibidem, quousque omnis pene exercitus, factis in praecedenti nocte pontibus, paludem transscenderet praeiacentem, detinetur. Tunc ille monachus habitu, sed dolosa vulpes in actu, et ob hoc amatus a domino rediit, et Imperator *Geroni* archiepiscopo, et *Geroni* inclito marchioni, ac *Burchardo* comiti Palatino residuos committens progreditur, et ut se solito cautius circumspicerent, hortatur. Post hoc ab hostibus prope in sylva latentibus magnus clamor ternis mugitibus attollitur, et mox nostrum agmen sagittariis intermixtim currentibus ab his appetitur. Quibus primo conflictu secundoque fortiter resistunt, et ex eis multos palantes occidunt. Sed fugientibus quibusdam ex nostris, confortati hostes glomerantur 13) et nostros iterum incurrentes dissipant, et separatos sagittis fallentibus perdunt. Gero autem archiepiscopus et Burchardus comes vulneratus, vix evadentes, Caesari haec referebant. *Luidulfus* autem iuvenis cum paucis capitur, et *Gero* ac *Folcmarus* comites 14) cum CC. militibus optimis occisi 15), spoliati sunt, quorum nomina Deus omnipotens misericorditer respiciat, et nos, quorum culpa hi tunc oppetiere, sibi per Christum reconciliet, et ne quid tale ulterius patiamur, clemens custodiat. Imperator ut hoc triste nuncium audivit, ad tollenda interfectorum corpora redire voluit; sed multorum tardatus consilio, id quasi invitus omisit, et *Aeidum* antistitem

10) *Diadesisi*. de hoc pago v. supra Lib. IV. et Lib. VI. et Indicem. *Urs.*

11) *Apum magistro*. Alias vocant *Cidelarium*, Butigularium, *Zeidler*, *Bienenvater*, quae dictio in quibusdam Ottonis M. diplomatibus occurrit. v. Adelung Glossar. T. II. p. 418. Gundlingiana VII. p. 81. *Urs.* — Adde *C. G. Schwarzii* Diss. de Butigulariis, praecipue iis, qui Noribergae olim floruerunt. Altdorf. 1723. et *Bezzelii* Spicileg. ad eandem. ibid. 1782. *Wa.*

12) *Tuni nomine*. Hoc nomen habet etiam Ann. Saxo, Leibnitius itidem in Cod. suo invenit, retinuit tamen cum editoribus in textu: *cum nomine*. *Urs.*

13) *glomerantur*. In Maderiana, quam Leibnitius sequitur, locus valde depravatus legitur, non autem in Reineccìana, quae exacte cum Cod. Dresd. consentit, cuius a verbis parum recedit Cod. Brux. et Ann. Saxo. *Urs.*

14) *Gero ac Folcmarus comites*. Apud Ann. Saxonem p. 437. *marchiones*. *Urs.* — Diem huius victoriae, qua statim post acceptam cladem, Boleslaus dux Poloniae, par pari referret Imperatori Henrico II. Necrologium nostrum ad 6. Augusti firmat: *Gero occis. et Volquuardus occisus*. Geronem novimus omnes, familia vero, ex qua ortus Folcmarus, quem Ann. Saxo itidem Marchionem nominat, nondum eruta est. *Wed.*

15) *occisi*. Pro certo affirmat *König in der Adelsgesch.* T. III. p. 625 in monasterio Hammersleben perantiquam horum occisorum nomenclaturam etiamnum superesse. *Urs.*

Digitized by Google

ftitem 16), qui eis licentia infausti ducis sepulturam impenderet, et Geronis corpus marchionis 17) imploraret, remisit. Venerabilis vero pater Eidus Caesari voluntarie consentiens, concito cursu revertitur, et ut miserabilem adspexit stragem, flebiliter ingemuit, et suppliciter pro his oravit. Hunc cum victores et tunc in praeda solum morantes, eminus viderunt, de consequentibus timidi primo fugerunt, deindeque propius accedentem salutaverunt, et sine omni offensione eum abire permittunt. Hic a Bolizlavo multum de pernicie nostra gaudenti, quod postulat, impetrans, sine mora rediit, et corpora sociorum cum magno labore inimicis faventibus sepelivit. Funus autem praedicti marchionis et socii eius *Uuidredi* usque ad Misni fecit reduci. Haec ibidem *Hirimannus* comes flebiliter suscipiens, et usque ad *novam urbem* 18) ubi *Gero* Coloniensis archiepiscopus et *Thietmarus* 19) marchio, frater eius, vitricus istius 20), pater autem interemti comitis, in honore Dei genitricis et sancti martyris Cypriani, regnante secundo Ottone abbatiam construxerunt, cum fratribus suis *Guntero* et *Ekkihardo* comitatur, quae Gero archiepiscopus tunc terrae commendans, domnam *Athelheidam* eiusque filium *Thietmarum* et moerentes amicos ac milites solatur.

Interim Caesar cum suis ad Strelam urbem pervenit, et Miseconem cum exercitu An. 1015.
subsequi sciens, Herimannum marchionem ad Misnensis defensionem civitatis properare A. S.
iubet, et ipse vero ad Merseburg recto tetendit itinere. Miseco autem a patre nefario instructus, ut primo nostros abisse divisos nullamque post se custodiam esse relictam sensit, Id. Septembris Albim iuxta urbem praedictam 21) cum VII. legionibus in ipsa transscendit aurora, quosdam circumquaque iacentia vastare, alios vero urbem praecipiens impugnare. Quod iuvenes mei conspicientes 22), seque tueri posse desperantes superpositae civitatis munitionem relictis pene omnibus suis ascendunt. Ob hoc hostes admodum gavisi suburbium intrant relictum, et hoc ablatis rebus inventis incendunt, et

16) *Aeidum antistitem.* Paullo post *Eidus* utrumque contractum ex *Aegidius*. Fuit autem episc. Misnensis. *Urs.*

17) *Geronis corpus.* Gero II. Marchio Lusicensis, filius erat Dithmari et Swanehildis, filiae Hermanni Billingi, Ducis Saxoniae. Nomen coniugis occisi Marchionis erat Adelheid, ex qua filium Ditmarum susceperat. *Urs.*

18) *Haec — usque ad novam urbem.* Haec sc. funera — *Münchneuburg* s. *Kloster Nienburg* ad fl. Salam in principatu Anhaltino. *Urs.*

19) *Gero et Thietmarus.* Hic pater, ille patruus occisi Geronis Marchionis Ann. Saxo.

20) *vitricus istius.* scil. Hirimanni, Marchionis Misniae. *Urs.*

21) *urbem praedictam.* sc. Misni. cf. Gobelinum Personam p. 257. Annal. Hildesiens. p. 723. Chronogr. Saxo p. 229. *Urs.*

22) *iuvenes mei conspicientes.* Milites Ditmari episcopi Merseburg. qui tunc in urbe Misnensi praesidium habebant. Ann. Saxo p. 437. ad ann. 1015. his *Venenicorum*, rectius Wethenicorum nomen eo tempore usitatius imponit. *Calles* in serie Episcopor. Misn. p. 51. id non satis intelligens substituit Misnici. Iam in superioribus libris V. et VI. quaenam huic voci notio subiicienda sit, demonstravi. *Urs.*

Digitized by Google

et superius castellum in duobus locis accensum infatigabiliter aggrediuntur. *Hirimannus* vero comes videns auxiliatores suos admodum paucos iam defecisse, Christi pietatem et eius incliti martyris Donati intercessionem sanctam prostratus postulans, mulieres ad succurrendum hortatur. Quae propugnacula attingentes lapidibus viros adiuvant, ignem impositum, quia defecit aqua, medone extinguunt, et Deo gratias! inimici furorem et audaciam minuunt. Hoc totum Misceo de monte iuxta posito cernens socios adventantes exspectat. Qui depopulantes et ubi ignis inveniebatur omnia usque ad *Ganam* fluvium 23) concremantes fero lassis revertuntur equis, et ibi cum seniore suo cras ad urbem pugnaturi pernoctarent, ni Albim crescere viderent. Propter hoc 406 exercitus nimis defatigatus cum securitate inopinata remeavit, et ducis sui cor anxium hac prosperitate relevavit. Imperator autem haec ut audivit, quoscunque tunc colligere potuit, ad succurrendum suo marchioni propere mittit, et suburbium non longe post redintegrare praecepit. Ad huius operis supplementum et custodiam *Gero* archiepiscopus et *Arnulfus* praesul VIII. Id. Octobr. cum comitibus caeterisque compluribus conveniebant. His omnibus ego longe inferior intersui. In XIIII. diebus incepta ad unguem nos perducentes abivimus, committentes urbem *Fritherico* comiti ad IIII. hebdomadas. 24) Gero archiantistes Maiedeburgensis et ego eiusdem comes, ad locum qui *Muckerini* 25) dicitur veniebamus. Ibi tunc ego de promissis dulcibus eum admonens, percepi ab eodem cum baculo eius, quem hodie teneo, parochiam super has IIII. urbes, *Scudizi*, *Cotuh*, *Bichini et Uurcin* 26), de residuis V. *Ilburg*, *Pauc*, *Luiba-*

23) *Ganam fluvium.* Ita Cod. Dresd. in Antverp. vero ut et in Ann. Saxone corrupte legitur *Grana*, amnem puta, qui infra oppidulum *Riesa* Albim influit. De nomine *Belhemibach*, quod ille in recentioribus quibusdam Saxoniae superioris tabulis geographicis accepit, hoc scio, me nihil scire. *Urs.*

24) *hebdomadas.* Atqui Fridericus Comes de Ileburg Burggravii Misnensis munere functus est mense Novembri 1015. Illos, qui postea titulum *Burggravii* sustinebant, eo aevo modo *Dominos*, modo *Custodes*, modo *Comites urbis* appellabant, idque ex hoc loco Ditmari manifeste apparet, haud quemquam tunc temporis fuisse, qui in omnes vitae dies dignitatem Burggravii Misnensis tenuerit; immo vero quilibet Saxoniae comes, qui comitatum suum beneficii seu feudi nomine ab Imperatore possidebat, milite suo praesidiario urbem Misnensem, tum limitaneam, destinato sibi mense occupabat, quo finito defensionem et custodiam alii suo ordine succedenti tradebat. Sic Fridericus Wilhelmum Comitem excepit, qui urbem custodiret, ut paullo post dicitur. In superioribus idem de Comite Brunone, fratre Guncelini, assertum est, et universa haec exempla originem Burggraviatus Misnensis bene explicant. *Urs.*

25) *Mucherini.* Optime relationi Ditmari de itinere converso convenit *Machern*, antiquus locus ad viam Wurcensem, ultra Muldam positus. v. Leonhardi P. II. p. 125. Aliis placet *Mokrehna*, villa ad viam publicam inter Torgaviam et Eilenburgum. *Urs.*

26) *Scudizi*, *Cotuh*, *Bichini* et *Uurcin.* Nostra aetate *Schkeudiz*, *Taucha*, *Bichen*, *Wurzen.* Nomen *Cotuh*, quod est in Cod. Dresd. Reineccius et Maderus, nescio quare in *Cottili* transformarunt. Leibnitius in textu Reineccianam lectionem retinens tamen cum Schoetgenio in Hist. Wurcensi p. 51. 53. *Cothini* legere mavult, sed Cothena (Köthen) nimis longe a limite dioecesis Merseb. distat. Supra Lib. III. Ditmarus hunc locum nomine *Cothug* insignivit, ex quo postea temporis nomen oppidi una leuca a Lipsia remoti *Taucha* formatum fuisse cum Wide-

Digitized by Google

Eilbanici, *Dibni* et *Geserisca* differens ac in posterum dicens relicturum 27), VIII. Kalend. Novembr. 28) praesentibus his testibus: Heribaldo, Hepone, Ibone, Cristino atque Seberto. Eodem die ad urbem *Curbici* 29) venimus, ubi convenientibus archiantistitis militibus id manifestavi, quam misericorditer erga me senior suus egerit. Ibique de infirmitate venerabilis *Fritherunae* 30) comperivimus, ad cuius hospitium tunc nos fuimus, quae proh dolor! in sequenti die id est VII. Kalend. Novembr. hominem exuit interiorem. Inde archiepiscopus ad Magadaburg profectus omnium festivitatem sanctorum celebravit, et ego in Uuallibici.

Interim *Harduigus* nomine tantum rex perdita urbe Fercellensi, quam diu expulso Leone episcopo iniuste possedit, infirmatur, et radens barbam monachus est effectus, tertiaque Kl. Nouembr. obiit, sepultus in monasterio. 31) Imperator autem occidentales invisens regiones, quae ibi tunc erant emendanda correxit. Posthaec autem *Eid* antistes egregius a Polenia saltem cum muneribus magnis reversus aegrotare coepit, et in urbe *Libzi* 32) vocata fidelem Christo animam XIII. Kalend. Ianuarii reddidit, et *Hilliuuardus*, Citensis episcopus, ad huius procurationem vocatus mox adfuit, et domum, qua vir sanctus abierat, optimis redolere odoribus introiens agnovit; et corpus

An. 1015. A. S.

Wideburgio de pagis vet. Misniae p. 147. crediderim; inveniuntur tamen, qui potius pagum *Gautsch* in praefectura Lipsiensi intelligendum existiment. *Urs.*

27) *relicturum.* Prima huius loci scriptura in Cod. Dresd. penitus erasa est, ea vero, quae supra dedimus prisca manus margini adscripsit; non igitur, uti in editt. prioribus omittenda erant. Nomina locorum nunc sunt *Eilenburg*, *Pouch*, perantiquum burgwardium prope Bitterfeld ad Muldam, infra Düben, *Löbnitz*, *Düben*, *Grötzsch*, vel si Dreyhauptio et Schneidero credas, *Gerichshayn*. cf. supra Lib. III. *Urs.*

28) *VIII. Kal. Novemb.* In Necrologio Luneburg. *V. Kal. Novemb. Fritherun com. Wed.*

29) *Curbici. Hahn in deutsch. Reichshist.* P. II. p. 218. sub hoc nomine *Kerblitz* non longe a Magdeburgo delitescere putat. Alii aliter sentiunt. Manus antiquior margini Cod. Dr. adscribere placuit *Czerbig* s. *Zörbig*, oppidum satis notum in circulo Lipsiensi, in quo ei eo libentius assentior, quod idem oppidum usque ad annum 1570. antiquum nomen *Czurbick*, *Zcurbeck*, *Zorbik* etc. semper obtinuit. Seculo X. et sequentibus burgwardium erat, sed de eius burggraviatu apud vetustos annalium scriptores et in aliis probis monumentis altum est silentium. Videntur tamen Comites quidam primitus inde nomen sumsisse. *Urs.*

30) *Fritherunae. Fritheruna* s. *Fridegunda*, teste Eccardo in hist. geneal. princ. Saxoniae sup. p. 117. erat uxor Hodonis II. Marchionis, fundatrix coenobii Stederburgensis. v. Chron. Stederburg. in Leibnitii T. I. p. 850 s. *Urs.*

31) *in monasterio.* Et haec de ultimis regis Hardwigi fatis antiqua manus margini Cod. Dresd. apposuit. Ad verbum expressit Saxo in Annal. p. 458. — Obiit Harduinus Longobardorum rex in monasterio *Fructeria*, quod in agro Taurinensium ipse, eiusque coniux *Bertha* fundaverat, hodie *S. Balain* sive *S. Benin*, haud procul Augusta Taurinorum, uti depositis in altari insignibus regiis privatam transigere vitam decreverat. *Urs.*

32) *Libzi.* Lipsiam puta, ut res circumstantes id suadent. Libzi nomen etiam ap. Ann. Saxonem legitur. *Urs.*

Digitized by Google

corpus eiusdem usque ad Misni prosequitur. Sepelivit id coram altari 33), auxilio comitis Uuillehelmi, qui ordine suo eandem tunc custodivit civitatem. 34) Sed quia Superius promisi, me de eius vita in sequentibus dicturum, de magnis pauca loquar. Erat vir praedictus nobilis genere 35), dives in praediis, sed paupertate spiritus haec pro nihilo ducens. Ante benedictionem in Magadaburg cum caeteris confratribus regulariter ac multum laudabiliter vivens, et post in divinis gregibus lucrandis altius insurgens, pro possibilitate sua apostolicam imitatus est vitam. Nulla unquam utitur camisia, neque braca, nisi tunc, cum missam cantavit, quam idcirco saepius dimisit 36), quia se ad hoc indignum iudicavit. Hiemis asperitatem 37) qualiter is unquam sustineret, multi admirabantur. Crebro a suis pene desperatus in stuba vix recreabatur, corpus suum nimis afflixit ieiuniis, plus nudis pedibus, quam equo laborans. Cum sibi et sociis late vagantibus victum defecisse, vel aliquid arduum occurrere videret, Deo gratias egit, et omnes hoc dicere iussit. In baptizando et praedicatione continua, et confirmatione non modo suae utilis erat ecclesiae, sed aliis quam pluribus. De his, quibus ipse cum suis vivere debebat rebus, sibi subtractis, pene ducentos ecclesiae suimet acquisivit mansos. Chrisma et clerum raro, templa autem Domini libenter consecravit, et tunc crebro sine missa. Oculi eius ob assiduam fletus nimii effusionem iam caligabant. Nobis contemporalibus suis ob crimen nostrum eius conversatio displicuit, et ei nostra. XXIII. annos et amplius labore ineffabili vivens finem suum ante praedixit, et ut nunquam ad Misni poneretur, multum rogavit. Id namque semper in mente ob timorem futurae desolationis desideravit, ut ad locum *Colidici* dictum, ubi Christi magnus martyr corporaliter requiescit 38), et ipse mereretur tumulari. Sed comes Herimannus sperans precibus eiusdem locum sibi a Deo paratum adiuvari, ut praefatus sum, ibidem fecit eum deponi.

In

33) *coram altari.* Dubium non est, quin illud antiquissimum sepulchri monumentum insignibus episcopalibus parum artificiosis adornatum, cuiusque effigiem libro meo *de sepulchris templi cathedralis Misnens.* p. 65. inserui, id ipsum sit, quo Wilhelmus Comes, et Hilliwardus, Cizensis episcopus Eidonem donaverunt. *Urs.*

34) *custodivit civitatem.* Wilhelmus erat Comes Wimariensis; num et Comes Rochlicensis fuerit, uti recentior aliqua manus Codici nostro adlevit, vix credo. Neque audiendus *Eccardus*, primis eum Marchionibus Misnensibus adnumerans in libro de *Marchionibus Misniae ex stirpe Vinariensi* Cap. I. p. 238 s. Eum solummodo vices custodis s. burggravii urbis Misnensis obiisse vult Ditmarus. *Urs.*

35) *nobilis genere.* Genitum e familia Comitum Rochlicensium fuisse aiunt Spangenberg in Chron. Mansfeld. P. I. p. 157. Heinius in Chron. Rochlic. p. 97. inprimis vero auctor antiqui indicis Maii episcopor. Misnens. in tabulario S. R. Capituli Misnensis. *Urs.*

36) *dimisit.* Ditmarus saepe usurpat pro omisit. *Urs.*

37) *asperitatem.* In editionibus valde depravatus hic locus legitur, totus enim versiculus: *se ad hoc indignum iudicavit. Hiemis asperitatem* desideratur. *Urs.*

38) *Colidici — magnus martyr.* Quis hic fuerit, de eo magna est historicorum discrepantia, quorum opiniones si quis scire avet, adeat vers. Teuton. p. 466. *Urs.*

Digitized by Google

In vigilia natalis Domini *Meingaudus* Trevericae civitatis archiepiscopus obiit in An. 1015.
urbe sua *Cophelenci* dicta, sedens VIII. annos et VII. menses, indeque corpus suum A. S.
ad sedem propriam delatum honorifice ad antecessores suos locatur. Imperator haec
audiens de tantorum detrimento patrum turbatur, qualiterque loca bene suppleret va-
cua, cum familiaribus suis tractavit, et natalem dominicum in Pathebrunnun festivis An. 1016.
peregit gaudiis. Et post hanc *Popponem* 39) *Luipoldi* marchionis filium, et tunc Ba- A. S.
uenbergensis ecclesiae praepositum Treverensi praefecerat urbi; et cum is ab *Erkan-
baldo* Magociacensi archiepiscopo, iussu Caesaris et licentia Virdunensis episcopi, qui
primus horum in ordine fuit confratrum, consecrari debuisset, a *Thiederico* Metensi
antistite, eo quod a se iustius haec ordinatio fieri deberet, assidua acclamatione et hu-
mili petitione id incassum prohibebatur. Nam Imperator hunc scripta demonstrantem
et banno id interdicentem non exaudivit, sed unctionem compleri praecepit. In his
diebus vice *Eidi* praesulis *Eiluuardus*, *Thietmari* marchionis 40) capellanus, hortatu
Herimanni confratris a Caesare constituitur, et in dominica die ante palmas in Merse-
burg a Gerone archiepiscopo nobis faventibus benedicitur. Proximam palmarum iu-
cunditatem Imperator cum *Heinrico* venerabili Uuirciburgiensis ecclesiae episcopo com-
407 plens, IIIIa feria ad Bavanberg venit, ibique coenam Domini et passionem cum pa-
schali tripudio honorabiliter peregit. Et quia *Rothulfus* Burgundiorum rex, avunculus
eius, sicut vocatus erat, huc venire non potuit, nepotem sibi dilectum obviam sibi
pergere rogavit. Fit eorundem conventio in urbe Argentina, et mutuae caritatis invi-
cem larga benignitas consociis arrisit utrisque. Fuit quoque ibidem Rothulfi regis in-
clita coniunx, quae familiaritatis huius adiutrix filios suimet duos, senioris autem sui
privignos, Caesari commendavit et dilectis sibi militibus; hoc totum dedit in benefi-
cium, quod sibi ab avunculo suimet tunc est concessum, et quod *Uuillehelmus* Picta-
viensis 41) hactenus habuit regio munere praestitum. Imperator sapienti usus consilio
hoc voluit cum his id sibi firmius subdere, quod longe prius rex praedictus ei sacra-
mentis post mortem suam sancierat. Omnem namque Burgundiae regionis primatum
per manus ab avunculo suimet accepit, et de maximis rebus sine eius consilio non
fiendis securitatem firmam. 42) Episcopatum in hac regione cuidam nobili viro dedit,
de quo postea vix securus evasit. Namque *Uuillehelmus* praepotens vir in his parti-
bus, ut hoc omne comperit, eundem persequi et ad ultimum fugientem solum canibus
praecepit inquiri; quos cum antistes iam defatigatus latrantes audiret, quod unicum
tunc

39) *Popponem.* Hic Poppo et ille Danorum apostolus maxime inter se diversi. *Urs.*

40) *Thietmari marchionis.* Lusatiae, sive Marchiae orientalis. *Urs.*

41) *Uuillehelmus Pictaviensis.* Est is Comes Wilhelmus I. Adelberti, Italiae regis et Gerbergae Burgundicae filius, a quo antiqui Comites Burgundiae descendunt. Mascov. p. 139. *Urs.*

42) *firmam.* Editiones *firmavit.* Consonat nostrae lectioni Ann. Saxo, et Leibnitius e Cod. suo dedit *firmum.* *Urs.*

Digitized by Google

tunc habuit solatium signo sanctae crucis sua post signans vestigia, quasi mortuus iacuit et ad praedam paratus fuit: et ecce! canes rapidi loca eminus olfacientes signata ut grandi turbine retroacti reversi sunt, et sic verus Dei famulus per incognita nemoris loca ad amicos perrexit fines. Caesar autem regi et contectali eius cunctisque suimet principibus ineffabilem pecuniam dedit, et firmata iterum antiqua traditione eos abire permisit, ipse exercitu congregato ad *Basulam* urbem profectus. Sed cum ibi Uuillehelmum munitis urbibus resistentem, et introitum sibi prohibere cupientem audiret, parva multitudine diffisus, amicam manum undique secus colligit, et provincias sibi rebellare praesumentes incendio late flagranti securus desolavit. Cumque se nullam urbium earundem expugnare pro certo sciret, reversus est tristis, quod nec hic nec in parte orientali nocituram hostibus suis intulit molestiam.

An. 1016. A. S. Interim Imperatrix in nostris commorata provinciis defensionem patriae cum nostris principibus meditatur. Hostis autem noster Bolizlauus inter haec nil nostra laesit, sed sua munit, et certus de eventu Caesaris effectus laetatur, et nimis extollitur. Namque multi, quibus hoc cognitum erat, veraciter asserebant, si Caesar ad eum tunc 43) turmatim veniret, timore, quod eundem de nostris respiceret, restituere, et eum ad servitutem suam, pace tantum concessa, promtum et fidelem habere potuisset. Sed Burgundiorum rex mollis et effeminatus bona, quae nepoti suimet promisit, impedire eorum instinctu voluit, quibus relaxato iustitiae freno velut infelici vitulo per latum 44) liberos currere placuit. Cum vero iterum coeptis persistere studuit, eorum conflatione et pessima reluctatione non potuit. Nullus enim, ut audio, qui sic praesit in regno; nomen tantum et coronam habet, et episcopatus his dat, qui a principibus suis eliguntur, ad suam vero utilitatem pauca tenens ex impensis antistitum vivit, et hos vel alios in aliquo extrinsecus laborantes eripere nequit. Unde hi manibus complicatis cunctis primatibus velut regi suo serviunt, et sic pace fruuntur. Ob hoc solum talis rector inter eos dominatur, ut eo liberius malignorum furor invicem vagetur, et ne lex nova alterius regis ibi adveniat, quae inolitam consuetudinem rumpat. *Uuillehelmus* comes, de quo praedixi, miles est regis in nomine, et dominus terrae 45), et in his partibus nullus vocatur comes, nisi is, qui ducis honorem possidet; et ne illius potestas in hac regione paulo minus minueretur, consilio et actu imperatoriae maiestati sicut praedixi reluctatur.

In

43) *eum tunc.* Cod. Brux. interserit: *cum exercitu. Urs.*

44) *per latum*, sc. campum. Paullo post *ut audio*, ubi Cod. Brux. addit: *rex est. Urs.*

45) *dominus terrae.* Apte Reineccius addit *re*, sed ex ingenio. Codices ignorant, non autem Ann. Saxo, qui p. 439. sic habet: *miles eius nomine, sed dominus erat in re.* Urs.

Digitized by Google

In praecedenti aeſtate *Bernharius* 46), ſanctae Ferdenſis eccleſiae pius pater et antiſtes, cum ſe iam ad occaſum 47) huius vitae vidiſſet inclinare, cunctos debitores ſuos ad ſe dulciter vocans, in Deum et in eccleſiam ſibi commiſſam humanitus deliquiſſe admonuit, et confitentibus cunctis miſericorditer indulſit. Omnes autem qui ſe aliquo contra eum fore culpabiles negabant, ſic arguebat: *Ne quaeſo, filii, ſic faciatis! non concupiſco vos ex mea vel ſucceſſoris mei parte ullatenus decipi, ſed nunc vos volo a talibus exſolvi, et pace ſincera a vobis ſegregari.* Is eccleſiam ſuimet CCC. manſis iuſte acquiſitis adauxit, Imperatorem ſuum et omnes Chriſto fideles ex corde dilexit, et maxime ſibi ſubditos ſummi paſtoris exemplo amavit. Sedebat ille vir venerabilis XXIIII. annos, et turrim unam de lapidibus, qui in hac terra pauci habentur, iuxta Ferdenſem eccleſiam fabricari incipit, et exin ſubtractus eſt a noſtris aſpectibus lucifer ille VIII. Kal. Auguſti. Quod cum Imperator comperiret, ut filius abſentiam patris, ſic flevit mortem tanti ſenioris. In cuius vice *Vidzerum* 48), Colonienſis eccleſiae quondam praepoſitum, ſed tunc ab *Heriberto* archipraeſule depoſitum, VIIII. Kal. Septembris diu renitentem poſuit, et ab *Erkanbaldo* archiantiſtite conſecratum ad ſedem propriam cum honore magno remiſit. Notandum quoque eſt
408 et non abſque ſingultu gravi proferendum, quod monaſterium in *Miminlevo* conſtitutum a libertate diu corroborata in ſervitutem redactum eſt. Depoſito namque eiusdem coenobii *Reinoldo* 49), diſperſiſque late confratribus his, *Heresfeldenſi* eccleſiae, eiusque tunc proviſori *Arnoldo* illud ſubditum eſt.

46) *Bernharius.* Ditmarum ſi ſequamur, hic Verdenſis episcopus d. 25. Iulii 1015. mortuus eſſet; tum vero non 24 ſed ad ſummum 22. annos ſediſſe dicendus foret. *Chronic. Quedlinb.* p. 289. mortem eius ponit in annum 1014. *Adamus Bremenſ.* Lib. II. c. 52. eodem, quo Archiepiscopus Libentius I. anno nempe 1013. ex hac vita disceſſiſſe dicit. Revera iamiam 24. April. 1014. ſucceſſor eius Wiggerus in conventu principum Gronae habito, *vita Meinwerci* p. 525. et in *Cod. Abdinghov.* ap. *Schatenium Annal. Paderborn.* I, 404. anno adeo 1013. occurrit; quos ſi audiamus, nonniſi 20. annos Bernhardus obtinuiſſe ſedem episcopalem dicendus eſſet. Nec difficultatem tolleret, ſi quis forte aliquot annis ante Bernhardum reſignaſſe coniiciat. Ut paucis dicam, Ditmaro tam multa contrariantur, ut non uno errore abreptus eſſe videatur. *Wed.*

47) *ad occaſum.* Librarius Cod. Dr. aperta calami aberratione ſcripſit *occaſionem*, contra omnem Latinitatis naturam. Miror, editiones tamen ſervaſſe. *Urs.*

48) *Vidzerum.* A *Kranzio* in Metropoli Lib. IV. c. 12. vocatur *Wiggerus*, uti et ab Ann. Saxone et in Annal. Hildeſ. p. 726. Chron. Verdenſe ap. Leibnit. T. II. p. 215. eum appellat *Wiigerum.* Urs. — — *Vidzierum*, *Wikkir*, *Wicerum*, *Wiggerum* et *Wicherum* nominant. In necrologio noſtro ad 16 Auguſti (1031.) *Vuilcgerus.* *Chron. epp. Verdenſ.* ap. Leibnit. II, 215. annum 1028. decimum quintum Pontificatus eius nominat, quod et ipſum faceret ad firmandum, quod modo demonſtravimus, anteceſſorem nempe eius non ultra annum 1013. ſediſſe. *Wed.*

49) *Reinoldo.* Sic Cod. Dresd. *Wa.* — In Necrol. ad 17. Maii: *Reinaldus abbas.* *Wed.*

Digitized by Google

An. 1016. A. S. In quadam provincia Sueviae regionis, et in comitatu *Becilini* comitis accidit res una mirabilis et admodum terribilis. Una mulier maritata subitaneae mortis nexibus depressa obiit. Huius corpus post lavationem et debitam procurationem ad ecclesiam a moerentibus sociis delatum est. Haec a feretro se ex improviso erigens, ac praesentes cunctos fugans, evocat ad se virum suimet cum familiaribus caeteris, ac his specialiter munus singulare ascripsit, verbis consolata dulcibus; ac post haec in pace quievit. Mirum est, quod dico; sed mirabilis domini haec solum opera cognosco: et ne quis haec vera esse diffidat, testimonium his haud vituperabile profero. Praedictus comes hoc Imperatori pro vero retulit, et ille mihi coram multis confratribus id intimavit. Saepe contigit, quod in imagine mortuorum callidus homini apparet inimicus, hunc modis tentans deludere variis, et stulti quique sic esse autumant. Ego autem veraciter innotesco cunctis fidelibus, quod post commendationem animae ac debitum sepeliendi officium, more christiano diligenter completum, corpus illud exanime nunquam ante universae carnis resurrectionem, absque omni ambiguitate complendam, resurgit, nisi meritis iustorum ad tempus fiat, quod tunc solum accidit. Cum mundus ista eorum inclita conversatione floruit, puto praedictam mulierem multum 50) valuisse, cui post mortem gustatam iustum complere desiderium, et tunc sine gemitu denuo licuit somno pacis obdormire. Beatus ille est, qui opus bonum acceleratione continuata perficit, nec moras prolongatione diutina suspendit. Contra autem ille miserorum loco assignatur, qui aut iusta prorsus spernere, aut haec, ut non possint compleri, differre conatur. In utrisque ego saepe culpabilis duas tantum res nunc profero, in quibus memetipsam graviter accuso. Post decretum in *Throtmanni* peractum *Richarius* Magadaburgiensis ecclesiae presbiter et spiritualis frater meus infirmatur, et ego, quia non eram ibi, eundem non visitavi. Cum autem pridie, quam ille vir iustus abierit, venirem, ad eum non accessi, sed in posteram distuli diem, et tunc is sine mea caritate mortuus est. Corpus eiusdem ad ecclesiam delatum de confratribus nostris, et quia vigilias sustinere non potui, a vicario meo custoditum est. Hic non longe post sepulturam eius in somnis apparens mihi, *quare*, dixit, *non visitastis me, et psalterium non cantastis, neque memoriam in Throtmanni inventam* 51) *fecistis?* Qui cum excusationem meam audiret, respondit, *male haec dereliquistis.* 52) Et tunc interrogabam eum, *quomodo valeret?* et ille, *ut in sabbato*, infit, *obdormivi, in alia ad requiei dulcis gaudia transivi.* Cumque ego sciscitarer ab eo, qualiter se patris mei atque matris res haberet? *bene*, retulit, sic prosequutus: *genetrix tua per me tibi indi-*

50) *mulierem multum valuisse*, Ann. Saxo addit: *apud Deum. Urs.*

51) *Throtmanni inventam.* Locum hunc editiones omnino depravatum et sensu destitutum exhibuerunt, ita: *neque memor avi in Trotmanni inventam.* Madero et Leibnitio placuit *inventam*, Leibnitius tamen in Emendatt. p. 1006. meliorem lectionem nostroque Codici fere consonam attulit: *neque memoriam Trutmanni inventam.* Respicit vero Ditmarus ad ea, quae libro antec. de Synodo Tremoniensi dixerat. *Urs.*

52) *dereliquistis.* Cod. Brux. habet *omisistis. Urs.*

Digitized by Google

indixit, in II. aut I. in feria eam 53) *affecuturum;* et haec ingemiscendo evigilavi, pro certo fciens, communem iuftorum inftitutionem fanctam effe ac falubrem, fi cuftoditur; fin autem, grande periculum. Etfi in hoc nullum accufo praeter me, vereor tamen maximam multitudinem huius pacti alteriusque effe praevaricatricem; et quanto plus fpernimus mandata praepofitorum, tanto culpabiles fumus in examine eorum. Infuper in altero deliqui crimine, quod me unquam feciffe poenitet ex corde. *Redingus*, Parthenopolitanae congregationis praepofitus, in quadragefima, quae finem fuum praeceſſerat, me huc venientem caritative fuscipiens, loqui fecum in fecreto poftulat, et obortis mox lacrimis fic exorfus eft: *Subitanea me deprimi morte multum timeo, et praecedentes caufas vobis aperio. In Arnaburgenfi civitate femel, et in ifta bis fic mihi ex improvifo accidit, ut nec videre, vel aliquid potuiffem audire, exuperans hoc celeri auxilio Chrifti. Ex hoc tempore nimis follicitus fui, et confratribus meis ad hoc, ut fpero, idoneis, vulnus iniquitatis meae retexi; et quia vos mihi fideles femper agnovi, ad teftimonium meae confeffionis fupplex voco; quia me non diu victurum exiftimo.* 54) Hanc petitionem devotus fuscepi, ac me in omnibus eidem fatisfacere promifi. Poft haec idem me de talibus admonuit; et quia tunc tempus congruum non fuit, laudabilis defiderii fatietatem a me non percepit. Quamvis alicuius converfi plagam ob infatigabilem confcientiae meimet peccatricis foetorem libenter non infpiciam, et curare defperem, tamen huius confratris onus libenter fubirem, fi opportunitatem aliquam nobis ad haec refpondere vidiffem. In proxima parafceve *Rotmannus* presbyter, et archiepiscopi praepofitus Geronis, improvifae necis impetu nocte deprimitur et in lecto mortuus invenitur. Hoc admirabile et nimis terribile cunctis audientibus videbatur; fed Deo gratias! pridie elemofynam largitur, et confeffionem fuam communiter et non fine fletu magno fecit. In fabbato fancto 55) huc veni, et fanctam hanc folemnitatem cum archipraefule meo celebriter peregi. Ibi tunc Redingus prudens homo, ac per omnia cautus fratri fuo ac dilectae forori fuam dividens fubftantiam: *habete haec*, infit, *vobis, ut cum me cito corporaliter perda-*
409 *tis, in hac caritate vobis me fidelem fuiffe agnoscatis.* In nativitate vero fancti Iohannis Baptiftae cum fratre meo abbate *Sigifrido* 56) fui, et ibi praepofito faepe memorato ultima falutatione valedicens, nil me ad accipiendam reconciliationem fibi, proh dolor! exhibui, nec hunc me amplius expetere fenfi, et cum eundem, ficut praedixi, poft mortuum comperirem, tunc fero hoc ingemui, ad quod prius refpicere neglexi. An. 1018.

53) *I. in feria eam*, fc. requiem vel matrem. Reineccius fupplevit *te* — affecuturum. Sed abeft a Cod. Dresdenfi. *Urs.* — Poffis etiam in Codice legere *III. II. et I. feria. Wa.* — Haec maxime vellem cum Msto conferri: fuspecta enim mihi funt talia fomnia. *Vignoles.*

54) *existimo.* Sic recte Cod. Dresd. non *exiftimabo*, quod antea textum obfederat. *Wa.*

55) *In fabbato fancto.* Intellige illud, quod diem feftum refurrectionis Domini noftri I. C. praecedit. *Urs.*

56) *abbate Sigifrido.* Affuit Cod. Bruxell. *novae Corbeiae monacho*, de quo in Cod. Dresd. nullum veftigium. Haec appendicula denuo nobis perfuadet, fcribam Cod. Bruxell. monachum Corbeienfem fuiffe, uti iam fupra coniecimus. *Urs.*

Digitized by Google

glexi. Praefuit autem confratribus suis tres annos et VI. hebdomadas, vir pius et sapiens, ac nimium fidelis, sepultus in porticu australi iuxta monasterium. Huic in sequenti successerat anno *Geddo* venerabilis pater, quondam scholae magister, sed tunc ecclesiae custos in festivitate apostolorum Petri et Pauli; in quorum vigilia pius obiit *Esico* inclusus, qui multa ob Christi amorem mutaverat loca. Zelus dominicae domus, quae est in Christo mater nostra spiritualis, etsi raro, tamen interdum comedit me; ideoque, quod modo 57) sum locutus, me praeposito intermiscere operi compellit.

Audivi saepius numero *Anglos* ab angelica facie, id est pulcra, sive quod in an-
An. 1016. A. S. gulo istius terrae siti sunt, dictos 58), ineffabilem miseriam a *Sueino, Haraldi* filio, immiti Danorum rege perpessos esse, et ad id coactos, ut qui prius tributarii erant principis apostolorum Petri, ac sancti patris eorum Gregorii spirituales filii, immundis canibus impositum sibi censum quotannis 59) solverent, et maximam regni suimet partem capto ac interempto habitatore, tunc hosti fiducialiter inhabitandam inviti relinquerent. Consentiente hoc Domino et ob castigandas quorundam suimet fidelium culpas, hostes praedictos ad hoc instigante, tantum insaevit persecutor, qui nec suis parcere unquam didicit. Ille inquam supra memoratus non rector sed destructor, post mortem patris sui a *Norhmannis* insurgentibus captus, cum a populo sibi tunc subdito cum ingenti pretio solveretur, quia ab occulta pessimorum susurratione se ab his servum nominari comperiret, quod salubriter in paucis ulcisci potuit, hoc impatiens communi damno, et si voluisset scire, sibi maxime nocenti, meditatur vindicare. Potestatem namque suam hostibus extraneis tunc relinquens securitatem vagatione, pacem bello, regnum exilio, Deum coeli et terrae diabolo mutavit, et habitata quaeque vastando, sic se suorum non emtitium neque volentem dominum, sed spontaneum crebro se iactavit inimicum late proh dolor! regnantem. Iste autem cum grandi labore sui et contemporalium inter pios impius diu conversatus, respectu divino mors multorum morte tarda deprimitur 60), et fugientibus mox sociis ibidem sepelitur. Quod cum *Athelrad* rex Anglorum multo tempore ab eodem fugatus, pro certo comperiret, gratias agens Deo patriam laetus revisit, et collectis in unum cunctis militibus suis corpus inimicum exterminare conatur; et ut hoc non fieret, quaedam matrona prius per fami-

57) *quod modo.* Sic reposui, iubente Cod. Dresd. non quod editores, ipseque Ursinus exscripseran: : *quemadmodum.* Paullo post idem Cod. habet *saepius numero*, non saepe numero. *Wa.*

58) *Anglos — dictos.* Rectius ab Anglis, natione pervetusta inter Saxones et Giotos s. Iutas ad mare Balthicum considente, denominatur. Eorum mentio iamiam fit apud Tacitum de mor. Germanor. c. 40. Hi una cum Saxonibus seculo V. Britanniam occuparunt, cui postea Sec. VIII. commune nomen *Englaland* dederunt. cf. Cluveri German. antiqu. Lib. III. c. 27. p. 695. *Urs.*

59) *quotannis.* Leibnitius e cod. Bruxell. legit: *multis annis.* Eodem modo Annal. Saxo, qui modo sub anno 1016. quo *Ethelredus* rex Angliae obiit, has res iampridem gestas narrat. cf. Gobelinum Personam p. 259. *Urs.*

60) *morte tarda deprimitur.* Sueno, Danorum rex obiit an. 1014. *Urs.*

Digitized by Google

familiares suos admonita servatum pignus a terra elevans, etsi indigena, tamen ad patrias navigio direxerat Arctos 61), id est, septentrionalem plagam; quae hoc nomen ab arcturis duabus, hoc est, ab ursis minoribus et maioribus sortitur, quas serpens unus, ut astrologi afferunt, circumdat et dividit. Pars terrae illius tantum frigida est, quantum a solis calore aliena, et mentes incolarum caritatis geminae expertes ibi sunt *Scythae* 62), qui domos suas secum vehentes feris et equino lacte pascuntur. In his partibus est unus rex, *Gulring* 63) nomine, qui in monasterio Ferdensi sub episcopo eiusdem loci *Erpone* in clericatu educatus, ad diaconatus gradum pervenit indignus. Sed postquam praedictus antistes obiit, iste elapsus nomen et ordinem, alter *Iulianus* 64), abiecit, et vocabulum Christianitatis solum professus in multis invenitur longe alienus. Is a suis primo ut est agnitus, illico suscipitur, et haereditario honore sublimatur. Quod Deo displicet, nemo laudet, nullus imitetur, praesens fructus ob terrorem futurum spernatur. Et ille rex servus peccati, filius mortis, non, ut putat, dominatur, sed cotidiano 65) pondere aggravatur; de quo Dominus per Isaiam clamat: *filios enutrivi, exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Pro cuius consociorumque eius conversatione, et digna emendatione ac perseverantia omnis Christianitas oret, et ne tale quid in membris suis amplius patiatur, Deum imploret. Quamvis de illo hoc solum dicerem, sed proh dolor! alii, qui similem subiere sententiam, illud Pauli 66) non attendentes: *Quia melius est viam veritatis non cognoscere, quam post notitiam declinare.* Sed quia nullus ad comprehendendas aquilonaris regionis varietates 67), quas natura prae caeteris mirabiles ibidem operatur, et crudeles populi istius executiones sufficit, omitto 68) et de geniminis viperarum 69), id est filiis Svenni persequutoris

61) *Arctos.* Leibn. e Cod. Brux. *ad terram Arstoam,* quibus iisdem verbis usus est Ann. Saxo. *Urs.*

62) *Scythae.* Scythiam Asiaticam intelligit, scil. septentrionalem partem Asiae, quae per montem Imaum dividitur. A mari Caspio incipit et in extremum septentrionem, sed ignotum veteribus protenditur. v. Cellarii orbem antiquum. T. II. p. 230. *Urs.*

63) *Gulring.* Annal. Saxo *Goltrin.* *Urs.* — — Hunc iuventutis principem in septentrionalibus terris natum verisimile est vixisse in coenobio Benedictinorum S. Michaelis Luneburgi, ad dioecesin Verdensem pertinente, ubi Obotritarum principes et Slavorum missionarii solebant educari. *Allgem. Welthist. Fortsetz.* Th. 33. S. 342–357. *Wed.*

64) *alter Iulianus.* Variat Cod. Brux. *ut ille, daemonis exemplar, Iulianus, Apostata Caesar.* *Urs.* — Est hexameter, a glossatoris manu intrusus. *Wa.*

65) *cotidiano.* Sic Dresd. pro *quotidiano.* Inserit Brux. iniquitatis. *Urs.*

66) *Pauli.* Rectius Petri Ep. II. cap. 2. v. 21. *Urs.*

67) *varietates.* Cod. Brux. *varietatum habitudines.* *Urs.*

68) *omitto.* Sic refragantibus ante me editoribus omnibus, ne Ursino quidem excepto, sed iubente Cod. Dresd. reposui pro *merito.* *Quia nullus sufficit — omitto.* *Wa.*

69) *de geniminis viperarum.* Debebat esse *geniminibus*, sed desumtum ex Vulgata Matth. XXIII, 33. nec aliter ap. Hieronymum ad Ies. XXX. *Wa.*

Digitized by Google

toris pauca ediſſero. Hos peperit ei Miſeconis filia ducis, ſoror Bolizlavi, ſucceſſoris eius et nati; quae a viro ſuimet diu depulſa non minimam cum caeteris perpeſſa eſt controverſiam. Huius proles multum in omnibus patriſſantes, dilecti genitoris corpus 410 delatum flebiliter ſuscipiunt et tumulant, et quicquid dedecoris patri ſuimet ingeri ab Anglis propoſitum eſt, paratis navibus ulciſci ſtudebant. Eorum facinora, quae his intulere plurima, me quia latent, praeteriens, illud ſtilo breviter aperio, quod mihi quidam pro veritate ſibi cognitum intimavit. *Athelred* rex Anglorum obiit 70) anno dominicae incarnationis M°. XVI°. et in menſe Iulio praedicti fratres *Harald* et *Cnuit*, ac cum duce ſuimet, cumque CCC. et XL. navibus, *Thurguto* 71) egreſſi, urbem quandam nomine *Lundunam*, ubi regina triſtis nece viri ſuimet et defenſoris, cum filiis *Etheſſteno* ac *Ethmundo* et duobus episcopis caeterisque primatibus praeſidio ſedebat, circumdant, et naves ſingulas LXXX. viros habentes, per flumen, quod *Timiſi* vocatur, ducentes, VI. menſes eandem impugnant. Regina autem tunc bello defatigata aſſiduo nuncios miſit, qui ab eis pacem peterent, et quid ab ea expoſcerent, diligenter inquirerent. Reſpondetur protinus his ab inexplendis hoſtibus, *ſi regina voluiſſet dare* 72) *filios ſuos in mortem, ſeque cum XV. m̄. argenti ponderibus, et episcopos cum XII. m̄. et omnibus loricis, quarum m̄. XXIIII. numerus incredibilis erat, redimere, et ad haec ſperanda CCC. obſides electos dare voluiſſet, ſibi tantum ſociiſque ſuimet pacem cum vita adipiſci potuiſſet; ſin autem, omnes tum clamabant eos una gladio perituros.* Venerabilis vero regina cum ſuis hac legatione admodum turbata, poſt longam aeſtuantis animi deliberationem, ſe ſic facturam ſpoſpondit, et id cum praenominatis firmat militibus. Interim confratres H°. noctis ſilentio, *Etmundus* et *Edelſtenus* reges 73) in navicula promiſſum evadentes periculum, quoscunque poterant ad defenſionem patriae et ereptionem matris hoſte adhuc hoc ignorante congregabant. Sed cum in una dierum *Thurgut* piratarum dux ad depopulandos fines proximos cum multitudine egrederetur, ex improviſo hoſtibus occurrens eos offendit, et ut eosdem eminus adſpexit, ſocios exhortans viriliter hos adiit, et ceciderunt utrique, Etmundus rex et dux Thurgut cum maxima ſociorum multitudine, et nec his neque aliis ulla ſpes optatae venit victoriae; ſed vulnerati ſponte disceſſerunt, hoc ſolum gementes, quod ſic fortuitis id accidit caſibus: nobis autem ſcriptura prohibet, credere fatum, vel caſum aliquid eſſe. *Dani* tunc quamvis imbecilles, ſocias tamen naves viſitant, et intelligentes urbi ſolatium ab *Æthelſteno* ſuperſtite et Britannis venientibus afferri; truncatis obſidibus fugiunt, et deſtruat eos atque disperdat protector in ſe ſperantium Deus, ne unquam ſolito his vel aliis noceant fidelibus! In ereptione civitatis illius gaudeamus, et in caetero lugeamus. Percepi quoque a relatu praedicti hominis *Sevualdi* factum miſerabile, ac idcirco memorabile, quod perfida

70) *Athelred — obiit.* Abſunt haec ab editionibus, habet Cod. Dresd. *Urs.*

71) *Thurguto*, pertinet ad praecedens *duce.* Paullo poſt: Thurgut, piratarum *dux. Wa.*

72) *voluiſſet dare.* Editiones non habent, habet Ann. Saxo. *Urs.*

73) *Etmundus et Edelſtenus reges.* Nomina ignorant editores, et Ann. Saxo. Codici Dr. adſcripſit alia, ſed antiqua manus. *Urs.*

Digitized by Google

fida *Northmannorum* manus duce adhuc *Thurkilo* Cantuariae civitatis egregium antistitem, *Dunstan* nomine, cum caeteris caperent, et vinculis et inedia ac ineffabili poena, more suo nefando, constringerent. Hic humana motus fragilitate pecuniam eis promittit, et ad hanc impetrandam inducias posuit 74), ut si in his acceptabili redemtione mortem momentaneam evadere nequivisset, semetipsum gemitibus crebris interim purgaret, hostiam Domino vivam ad immolandam. Transactis tunc omnibus designatis temporibus vorax piratarum charybdis Dei famulum evocat, et sibi promissum celeriter persolvi tributum minaciter postulat. Et ille ut mitis agnus: *praesto sum*, inquit, *paratus ad omnia, quae in me nunc praesumitis facere, ac Christi amore, ut suorum merear fieri exemplum servorum, non sum hodie turbatus. Quod vobis mendax videor, non mea voluntas, sed dira efficit mihi egestas. Corpus hoc meum, quod in hoc exilio supra modum dilexi, vobis culpabile offero, et quod de eo faciatis, in vestra esse potestate cognosco; animam autem meimet peccatricem creatori omnium, vos non respicientem, supplex committo.* Talia loquentem profanorum agmen vallavit, et diversa hunc ad interficiendum arma congerit. Quod cum eorum dux *Thurkil* 75) a longe vidisset, celeriter accurrens, *ne quaeso sic faciatis*, infit, *aurum et argentum, et omne quod hic habeo, vel ullo modo acquirere possum, excepta navi sola, ne in Christum Domini peccetis, libenti animo vobis omnibus trado.* Tam dulci affatu infrenata sociorum ira, ferro et saxis durior, non mollitur, sed effuso innocenti sanguine placatur, quem communiter capitibus boum et imbribus lapidum atque lignorum infusione protinus effundunt. Inter tot frementium impetus, potitus 76) est coelesti iucunditate, ut signi sequentis efficacia protinus testatur. Unus namque inter primicerios 77) membris effectus debilis, agnovit in semetipso quod deliquit in Christi electo, sicut scriptum est: mihi vindicta et ego retribuam, dicit Dominus. In hoc Christi athletae triumpho miseri eiusdem persecutores devicti, Deum et pecuniam a duce suimet sibi exhibitam, et ad ultimum, nisi resipiscant, satisfacientes perdiderunt animam, et ille cum stola, innocentia mentis et corporis hactenus dealbata, et tum rubro intincta sanguine, divinum placavit obtutum. Hunc intercessorem nos peccatores precibus assiduis acquiramus, et apud maiestatem divinam plurimum valere credamus.

In

74) *posuit.* Cod. Brux. sine dubio rectius *poscit.* — Paullo post pro *piratarum*, Cod. Dresd. ridicule: *picarum.* *Wa.*

75) *Thurkil.* Cod. Dr. proprie habet *Thurtil.* Illud rectius, nam etiamnum Danis hoc praenomen est. *Wa.*

76) *potitus.* Scriptura Cod. difficulter legi potest, quam ob causam Reineccius hiatum asterisco notaverat. Ursinus scripserat *praeditus.* Quod ego reposui, *potitus* melius videbatur. *Wa.*

77) *primicerios.* Vox serioris aevi est dignitatis nomen, militibus et monachis commune. *Urs.*

Digitized by Google

An. 1016. A. S. In fupra memorati circuitu anni, quae mala Chrifticolis peccati vindex bisfextus 78) 411 intulerit, non fine gravi moerore edissero. [Magadaburg a Bernhardo marchione 79) cum magna multitudine appetitur in nocte, et ibi miles archiepiscopi innocens capitur et alter vulneratur.] 80) Quarta Id. Febr. et in VI. feria fubfequuturae figna miferiae, in ipfo noctis crepusculo 81) tonitrua cum fulminibus et magnis tempeftatibus in diverfis nocentia locis terribiliter intonuere. Quidam namque confractis a tali impetu domibus obierunt, alii autem vulnerati vix mortem evafere. In fylvis cadentibus 82) magnum quoque accidit damnum. Palatinus comes Bernhardus paralyfi percutitur. 83) In provincia quae *Haffegun* 84) dicitur, IIII. confratres, quorum haec funt nomina: *Oelli* 85), *Burchard*, *Thiedric* et *Poppo* 86), a quodam libero, qui *Bern* dicebatur, milite bono, faepe contemti, collectis agminibus irruentes in eum, non minus quam viros C. fcutatos habentem peremerunt, nonnullis utrinque oppetientibus. 87)

In Longobardia *Saraceni* navigio venientes *Lunam* 88) civitatem fugato paftore 89) invadunt, et cum potentia ac fecuritate fines illius regionis inhabitant, et uxoribus incolarum abutuntur. Quod cum domino Apoftolico, nomine *Benedicto* fama deferret, omnes fanctae matris ecclefiae tam rectores, quam defenfores congregans rogat ac praecipit, ut inimicos Chrifti talia praefumentes viriliter fecum irrumperent 90), et

78) *bisfextus.* Sic Cod. Brux. annum definit. In Cod. Dresd. vox leviter erafa, ita tamen, ut commode adhuc legi poffit. Ditmarus id genus annorum in infelicibus pofuiffe videtur. Idem dicit de hoc anno Annal. Saxo. *Urs.* cf. Ammianus XXVI, 1.

79) *marchione*, i. e. Aquilonali. *Urs.*

80) *Magadaburg — vulneratur.* Haec uncis inclufa in margine Cod. Dresd. leguntur, habet etiam Leibnitius e Brux. et Ann. Saxo. *Urs.*

81) *noctis crepusculo* Cod. Brux. *noctis exortu.* *Urs.*

82) *in fylvis cadentibus.* Cod. Br. *in delectione fylvarum.* Ann. Saxo: *in delectione arborum.* *Urs.*

83) Bernhardus *percutitur.* (Sic Dresd. non perculfus eft, uti Urf. perperam viderat.) Totum locum editiones non habent, Leibnitius tamen fub textu notavit. *Urs.*

84) *Haffegun.* Vide, quae fupra Lib. VI. de hoc pago diximus. His adde *Dreyhaupt Saalkreis* T. I. p. 12. *Paullini* de pagis p. 87. Ann. Saxo corrupte legit *Hessen*, fed pagus *Heffi* five *Haffi* Franconicus ab illo eft diverfus. *Urs.*

85) *Oelli.* Nifi oculi fefellerint, Cod. Dr. habet *Aelli.* Cuias vero fuerit hic vel Oelli, vel Aelli, nescire me fateor lubens. *Wa.*

86) *Burchard, Thiedric et Poppo* etc. Sine dubio haec pugna accidit 15. Ianuar. 1016. ubi in Necrolog. *Brun et Burcherd et Ippo occifi* adfcriptum legitur. *Wed.*

87) *oppetientibus.* Cod. Brux. et Ann. Sax. *occumbentibus.* *Urs.*

88) *Lunam.* Pagius ad hunc annum num. 10. *Lucam* intelligit civitatem, fed rectius *Lunam* retineas, e cuius ruderibus furrexit *Sarzana.* *Urs.*

89) *paftore.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *episcopo.* *Urs.*

90) *irrumperent.* Iidem *appeterent.*

Digitized by Google

et adiuvante Domino occiderent. Inſuper ineffabilem navium multitudinem tacito praemiſit, quae eis redeundi poſſibilitatem interciperet. Hoc rex Saracenus animadvertens primo indignatur, et tandem paucis comitatus navicula periculum imminens evaſit; ſui vero omnes conveniunt, et adventantes prius irruunt hoſtes, eosque mox fugientes, miſerabile dictu, III. dies et noctes proſternunt. Reſpexit tandem Deus, gemitu piorum placatus, et odientes ſe fugavit, et in tantum devicit, ut nec uno de his relicto, interfectorum et eorundem ſpoliorum multitudinem victores numerare nequirent. Tunc regina eorum capta, ob audaciam viri 91) capite plectitur. Aurum, capitale eiusdem ornamentum invicem gemmatum, papa ſibi prae caeteris vendicavit, poſtque Imperatori ſuam transmiſit partem, quae mille libris computabatur. Diviſa omni praeda victrix turba laeta mente ad propria revertitur, et triumphanti Chriſto dignas perſolverat 92) odas. Rex autem praedictus morte coniugis et ſociorum admodum turbatus, ſummo pontifici ſaccum caſtaneis refertum remiſit, et per hunc portitorem *tot ſe in proxima aeſtate milites ſibi eſſe laturos* intimavit. Percepta hac legatione papa marſupium eidem milio plenum internuncio talibus dictis reddidit: *Si non ſufficiat ſibi Apoſtolicam ſatis laeſiſſe dotem* 93), *ſecundo veniat; et tot loricatos vel plus ſe hic inventurum pro certo ſciat.* Homo cogitat et loquitur, Deus iudicat, quem ſuppliciter quisque fidelis oret, ut talem plagam miſericorditer amoveat, et neceſſariam optatae pacis ſecuritatem pius indulgeat.

In inſula quae dicitur *Augia* XVII. Kal. Novembris 94) VIIII. naves hominibus An. 1016.
promiscui ſexus tunc impletae mari immerguntur. In occidente *Lambertus* Reinherii A. S.
filius cum ſuis victus ab hoſte *Godefrido*, multorum inimicus occubuit. 95) Non fuit enim in terra hac tunc deterior illo, qui multos in eccleſiis cum ſune campanarum ſtrangulavit. Quot homines hic exhaereditaret vel occideret, nullus explicare valet. Nunquam is de perpetrato facinore poenitentiam ſuscipere curavit. Ille cum fratre ſuo *Reingerio Uuirinharium* et eius germanum *Reinzonem* pariter occidit. Huius pater ad

91) *ob audaciam viri.* Cod. Dr. voculam *ob* non habet, quae tamen abeſſe non poteſt. Editiones habent: *ob audaciam iure*, quod, quamquam non omni caret ſenſu, *viri* tamen, i. e. *mariti* praeferendum eſt, et Codice Brux. comprobatur. *Wa.*

92) *et — perſolverat.* Sic Dresd. non uti et Urſinus cum reliquis: *ut — perſolveret.* *Wa.*

93) *laeſiſſe dotem.* Cod. Dr. proprie habet *letis — ſedotem*, quod nihil eſt. Cod. Brux. legit *laeſiſſe ſedem*, poſſis tamen Apoſtolicam *dotem* tueri, ſi intelligas patrimonium Petri. *Wa.*

94) *XVII. Kal. Novemb.* Necrologium biduo ante, nempe 14. Octobr. hoc factum eſſe teſtatur: *Runtagus et Tandilo, qui in aqua perierunt.* *Wed.* — Ceterum Dresd. non octo, ſed *novem* naves merſas habet. *Wa.*

95) *Lambertus occubuit.* Discedit a Cod. noſtro Ann. Saxo: *Godefridus dux comitatum Ragineri Montenſis depopulatur; quem Raginerus cum patruo ſuo, Lamberto Lovanienſi inſecutus apud caſtrum Florinis pugnam conſerit, ubi Lambertus multorum inimicus occubuit.* *Urs.* — — *Chr. Butkens Trophées de Brabant* T. I. p. 73. proelium ad Florennas, in quo *Lambertus* Comes Brabantiae et Lovanii occidit, 12. Sept. 1015. accidiſſe tradit. In Necrol. noſtro ad 22. Sept. *Lambertus laic. occiſus.* *Wed.*

Digitized by Google

ad Boëmiam ab Ottone 96) in exilium miſſus ibidem moritur. Ipſa eorundem patris viventes doluit, amiſſos gaudet. Hoc duntaxat conqueri debemus, quod eo die propter nocentem ex utraque parte congredientium tot inculpabiles ceciderunt. Caeterae vero in his partibus ſtrages proh dolor! in illis temporibus evenere. In regno namque pacifici et per omnia venerabilis *Roberti* regis 97), comprovinciales hi mutuo confligentes, interfecti ſunt plusquam tria hominum millia. Nec eſt a me praetereundum, quod poſt haec accidit inexuperabile damnum. Namque avunculus meus comes *Heinricus* 98), in Chriſto et in hoc ſeculo multum valens, gratulabundus iuſta ſenectute et
An. 1016. bono ſine, utriusque debitum perſolvit naturae VI. Non. Octobr. Inſuper *Uuigmannus*
A. S. comes utilis in omnibus patriae, hortatu ſecundae Herodiadis miſerabiliter ſervili praeſumtione corruit. 99) Sed unde hoc evenerit lugubri ſermone aperiam. Inter praedictum et comitem *Baldricum* longa fuit contentio, quae Baldricum ſaepe in proelio devictum mutuo in tantum humiliavit, ut inter caeteros primates cum magno verſaretur dedecore. Omnem ſuimet prosperitatem Uuigmannus aequo ferens animo, et divinae aſcribens clementiae, pacis foedere diſcordiam inſanientem ſedare meditatur, et hoſtem amicabili petitione ad domum ſuam vocans, convivio et munere accepto placat, et ab eodem ad confirmandum inceptae dilectionis vinculum invitatur, inſibilante hoc per uxorem ſuam antiquo ſerpente, ut qui per vim nun- 412
quam capi potuit, doloſi ſaltem retibus ingenii vinceretur. Tunc connivebat laudanda ſimplicitas herilis animi, quod poposcerat ſimulata aequitas ſallentis amici. In primis optime ſuscipitur, et illico infecta veneno potione turbatur. Poſt haec nimio dolore protinus ingravescente, ſequentem ibi vix expectabat diem, et ut bene remuneratus et charitative ſalutatus abiit. Militibus ſuis ibidem doloſe tardatis a quodam ſervo ſurtive proſternitur, praeſente eiusdem ſeniore Baldrico, et hoc nullatenus ulciscente. Tunc unus ex ſuis comitibus 100), ut nefandi ſceleris auctorem occidit, mox interfectus oppetiit. Fugiente tum Baldrico et conſcientiam in hoc manifeſtante, miſeria talis ſama vulgante dilatatur, et *Thiedricus* ſanctae *Mirmingerdenſis* eccleſiae

96) *ab Ottone.* Ann. Saxo: *Ottone Magno. Urs.*

97) *Roberti regis.* Scil. Francogalliae, filii et ſucceſſoris Hugonis Capeti. vide Ann. Saxonem p. 442. *Urs.*

98) *Heinricus.* Ann. Saxo: *filius Heinrici de Stathe. Urs.*

99) *Uuigmannus — corruit.* Wichmannus, comes Zutphaniae ſ. in pago Hameland, filius erat Wichmanni eiusdem comitatus comitis, fraterque Adelae, feminae ſceleratiſſimae, cuius inſtinctu occiſus eſt ab huius marito Balderico comite Cliviae. Contentio inter eos, ut opinor, orta eſt ob bona paterna, quae tam Wichmannus, utpote Wichmanni ſenioris filius, quam Baldericus, utpote Wichmanni ſororius, ſibi vindicabant. Ea ipſa Adela erat mater Meinwerci, episcopi Paderbornenſis ex Immodo Comite, primo illius marito. Egregie haec omnia illuſtravit Falkius in Cod. Trad. Corbeienſ. p. 456 ſſ. *Urs.* — — Wichmannus II. ex ſtirpe Billingorum, qui in Chron. Quedlinb. p. 291. ob poſſeſſiones Belgicas *comes occidentalis Saxoniae* nominatur, ſubornante ſorore Adela ad urbem Weſtphaliae Uplage die 9. Oct. 1016. trucidatus eſt. Sic Necrolog. S. Michaelis Matum. *Wed.*

100) *unus ex ſuis comitibus.* Ita habent et Dresd. et Brux. Codd. non *militibus* uti editiones. Ann. Saxo: *Unus militum Wigmanni. Urs.*

ecclesiae praesul, materterae meae iuxta qui expectabat 1), primus advenit, ac dilecti obitum amici moerore questus insolabili, corpus ad *Fretheni* 2) civitatem comitatur, et hoc ad patres suos collocare summopere studuit. Dehinc missis per omnem hanc regionem suimet nunciis, ipse comprovinciales et affines haec ad vindicanda excitat, et cum valida manu urbem praedictam hostis, nomine *Upplan* 3), possedit 4), contigua devastans loca et igne consumens. Advenit tandem Bernhardus dux 5), nepos meus, qui iure filii praefati comitis adhuc parvuli et totius haereditatis tutor 6) et nefandi criminis ultor extiterat; et hic tristes, quantum valuit, milites solatus, cum caeteris fautoribus urbanos nocte dieque lacessit. Interim Imperator a Burgundia, ubi magnam aestatis partem morabatur, digressus, ut primum omnem rei eventum comperit, navigio illuc pergere festinavit, et in illo itinere *Gevehardus*, Heriberti comitis filius, nepos meus, regiaeque maiestati tunc multum acceptus, ac omni probitate praecipuus, obiit, Imperatorem et omnes in his partibus constitutos tristes post se relinquens. Archiepiscopus autem Coloniensis *Heribertus* multum ex parte sui militis *Baldrici* sollicitus, Imperatorem saepe interpellat, quo urbem diu possessam suae vellet subdere potestati; cuius assidua petitione Imperator devictus consensit. Hoste iam tunc Caesaris abeunte urbs Upplan dicta omnino destruitur, et cometissa ibidem diutius turbata cum omnibus quae habebat, proh dolor! servatur. Omnis maledictio, quam sibi beatus Iob imprecatus est, huic talem promerenti eveniat. In praesenti tempore tantum mali percipiat, ut in futuro veniam saltem sperare liceat. Quicunque in auxilium eius in hoc unquam aspiret, convertatur ad Deum, et se vehementer peccasse

1) *materterae meae iuxta qui expectabat.* Corrupta ac vitiosa lectio, indiligentia librarii admissa. Quae Leibnitius in Emendatt. p. 1006. proponit: *materterae meae* scil. *filius* etc. genealogiae quidem Ditmarianae respondent, sed obscuritatem non discutiunt. Periculum emendationis, quod ipse in vers. Germ. p. 491. feceram, quia nodum non expedit, nunc ipse improbo, et sic locum emendandum puto: *materterae meae* (numero plurali) *iuxta quem* (sc. praesulem) *expectabant*, vel: *matertera mea iuxta quem expectabat. Urs.* — Mihi vero plana omnia et expedita videntur, si legas *iussa. Wa.*

2) *Fretheni.* Ni fallor, oppidum *Vreeden* in territorio Monasteriensi ad fluv. Berkelam. *Urs.*

3) *Upplan, Uplan, Uflahun*, in pago Hamalant, ubi nunc comitatus Zutphaniae est, iuxta abbatiam Eltene olim sita, nunc desolata est. Vide biographum Meinwerci c. 34. p. 540. Chron. Gottwic. T. I. p. 619. Alpertum de diversitate temporum in Eccardi corpore hist. T. I. p. 113 f. *Urs.*

4) *possedit*, i. e. obsedit. *Urs.*

5) *Bernhardus dux.* Saxoniae, ducis Hermanni Billingi nepos, Bernhardi f. Bennonis, ducis Saxoniae, qui ann. 1011. obiit, filius. *Urs.*

6) *Comitis adhuc parvuli — tutor.* Nomen parvuli huius comitis Ditmarus non magis, quam alius illius aetatis scriptor, *Alpertus* de diversit. temp. ap. Eccardum I, 116. affert, eam sine dubio ob causam, quod satis notum esset, filium Wichmanni III. receptum per tres generationes nomen continuasse. In Necrologio nostro revera *quarti* nomine ad 12. Maii occurrit. Quo fundamento autem nitatur, quod tradit *Ioh. Adrian. Bolten* in *Ditmarsisch. Gesch. Th. II. Taf. S.* 49. anno adhuc 1057. eius mentionem fieri, equidem fateor me ignorare. *Wed.*

Digitized by Google

cesse confessus, ad emendationem condignam festinet; quia sibilo venenosae aspidis caret ecclesia tanti defensoris. In hoc autem anno *Thiedricus* antistes 7) et *Hirimannus* comes, Gerbergae filius, de inani re mutuo certantes, sua vastabant. Dehinc amicis persuadentibus, ac maxime iussu imperatorio sedati, praesentiam Caesaris utrinque praestolantur.

An. 1017. A. S. Anno dominicae incarnationis M°. XVII°. Kal. Ianuarii [*Gero* archiepiscopus 8) iussu Imperatoris *Bernhardum* marchionem nudis pedibus emendationem sibi promittentem suscepit et ecclesiae praesentavit, solutis omnibus bannis ab eo impositis]. Imperator 9) a Palithi, ubi celebravit natale Domini, exiens, in *Altstidi* Epiphaniam Domini solemniter peregit, et in sacra nocte eadem *Fritherious* comes 10), fidelis Christo et seniori suo, obiit in civitate sua *Ilburg* dicta. Hic quia sapiens erat, et sibi finem huius vitae iam appropinquare cernebat, praedictam civitatem fratris suimet filio, nomine *Thiedrico*, ea ratione dedit, ut cum laude sua, quia haeres suimet fuit, et aliter hoc legitime fieri non potuit, liceret sibi tribus suis filiabus praedium omne, quod remansit, tradere. 11) Huius comitatum et super *Siusili* 12) pagum potestatem ille Thiedricus Imperatoris munere post suscepit. Fit publicus principum in Altstidi conventus; inter Bernhardum marchionem et patrui meimet filios litigium cum emendatione sibi accepta et iuramento pacificatum est. Inter *Thiedricum* antistitem et *Hirimannum* comitem inimicitiae diu exortae, et odium, quod erat inter *Eggihardum* et confratres *Udonis* filios senioris usque in III. Kal. Octobris 13), ab Imperatore sedatum

7) *Thiedricus antistes.* Scil. Monasteriensis. *Urs.*

8) *Gero archiepiscopus — impositis.* Quae hic de absolutione Bernhardi sequuntur, in margine Cod. Dresd. adscripta Reineccius plane neglexit, hiatum vero asterisco notavit. Leibnitius inseruit. Chronogr. Saxo qui Ditmarum exscripsit, haec et sequentia minus recte ad ann. 1018. refert. *Urs.*

9) *Imperator* (non *Caesar) a Palithi.* Falsus hic est Urs. p. 493. vers. Germ. Imperator festum nativitatis Christi celebravit 1016. Poeldae, unde profectus Kal. Ianuarii 1017. *Wed.*

10) *Fritherius Comes.* Frater Dedonis a Wirinhario occisi. Ann. Saxo. *Urs.*

11) *tradere.* Dubia et obscura huius loci illustravit *Ritterus* in hist. antiquiss. Saxon. p. 135. Nomina trium filiarum comitis Friderici, quae Fabricius, Faustus, Simon aliique in scriptis suis recensent, mere ficta esse probavit *Eccardus* in hist. geneal. princ. Saxon. super. p. 57. Pari iure fabulam a monachis excogitatam de lege per Hiddam, eiusdem Comitis filiam sancita in contumeliam viduarum Ileburgensium, secundas nuptias ambientium, explosit *Hornius* in *Sächs. Handbibl.* p. 271 f. cf. *Dondorf* Diss. *de lege Hiddae, s. de sacco sine futura a viduis Ileburgicae ditionis solvendo. Lips.* 1719. *Urs.*

12) *Siusili.* Pagus antiquus Sorabicus in tractu Delitiensi et Ilenburgensi ad utramque Muldae ripam positus, ad Albim Torgaviam usque patebat. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 773. Distinguendus est ab alio eiusdem fere nominis pago *Suisli, Suisilli* etc. dicto, de quo vide *Kreysig diplom. Nachlese* P. I. p. 421 f. *Urs.*

13) *usque in III. Kal. Oct.* Haec non habent editiones, exstant autem in Cod. Dresd. quamquam uno tenore scripta, ideoque difficiliora ad legendum, nempe sic: *usq; inicia socths.* Nescio, quid acciderit Ursino meo, qui inde exsculpserat: *interiora societatis*, quae ego non intelligo.

Digitized by Google

datum est. Ibi etiam promisit Geroni archiepiscopo Bernhardus marchio D. argenti talenta pro damni recompensatione inlati. Optima quaeque Imperator ibi diu conversatus fecit. Fit pax inter *Geuehardum* et *Uuillehelmum* comites. Nuncii de Italia huc venientes gratulabundi ad sua redeunt. Iter Imperatoris ad occidentem dispositum ob viae asperitatem dilatum est. Imperator hoc, quod ex parte Bolizlavi rogatum est laudat, convenisse ad eum principes suos et si quid boni vellet sibi exhibere, cum eorum consilio libenter acciperet. Mittuntur invicem nuncii, et induciae ponuntur. Caesar interim ad Merseburg veniens, certitudinem rei huius expectabat. Ibi tune multi latrones a gladiatoribus singulari certamine devicti, suspendio perierunt; et archiepiscopi duo *Erkinbaldus* et *Gero*, et *Arnulfus* antistes cum comitibus *Sigifrido* ac *Bernhardo* caeterisque principibus iuxta Mildam fluvium quatuordecim dies sedebant, Bolizlavum per internuncios suimet ad Albim venire rogantes ad colloquium a
413 se diu desideratum. Et hic tunc erat *Sciciani* 14), et ut legationem audivit, *se ob timorem hostium suimet illo venire*, dixit, *nullatenus audere*. Et nuncii, *quid si*, inquiunt, *seniores nostri ad nigram veniunt Elstram, quid facis?* et ille, *nec pontem hunc*, infit, *praeterire volo*. Talibus dictis reversi sunt, dominisque haec omnia intimabant suis. Imperator autem purificationem sanctae Dei genitricis nobiscum celebrat. Post hanc episcopi et comites ob contemtum Bolizlavi se fallentis tristes adveniebant, et Imperatoris mentem apertis legationibus incendunt. Ibi tunc de futura expeditione tractatur, et fidelis quisque ad hanc praeparari monetur, et ut ullus intra nos et publicum hostem deinceps mitteretur nuncius vel susciperetur, firmiter ab Augusto prohibetur, et quis hoc hactenus agere praesumeret, diligenter inquiritur. Dehinc Imperator a nobis proficiscens ad Magadaburg venit, magno ibidem susceptus honore. Postera luce idem dominica die, quia septuagesima tunc instabat, carnem deposuit 15), et in II. feria archiepiscopus capellam septentrionalem benedixit praesente Imperatore. In proxima autem die oritur commotio inter socios archiantistitis et Bernhardi marchionis, quae sine periculo sedatur, et episcopo honorifice finitur. Conveniunt ibidem fures, iussu Imperatoris, et a congredientibus devicti, laqueo traduntur. Multa salutem patriae respicientia ibidem finiuntur. Inde *Gunterus* 16) conversus

intelligo. Lectio Cod. Dresd. est a secunda manu, quae tamen in eo erravit, quod *Kalendas* posuerit post *Oct.* debebat enim esse *Kal. Oct.* Folio sequenti 165. in Cod. Dr. eadem scribendi compendia occurrunt: *Fcia die — III. Kal. Marc.* Scrupulum omnem eximit Ann. Saxo, qui p. 446. aperte exhibet: *usque in III. Kal. Octobris. Wa.*

14) *Et hinc tunc erant Sciciani.* Voculam *et* inserui ex Cod. *Dr. Wa.* — de loco Sciciani v. supra Lib. VI. *Urs.*

15) *carnem deposuit.* i. e. carne vesci desiit, ieiunare coepit. *Urs.*

16) *Gunterus — ivit.* Haec de Gunteri apostolatu ad Luiticios praetermiserant Reineccius et Maderus, Leibnitius e Cod. suo restituit. Plura de hoc Gunthero dixit Balbinus in Misc. Bohem. Lib. IV. Dec. I. P. I. §. XX. p. 32. — Fabricius in Orig. Sax. Lib. II. p. 303. istam missionem ad Luiticios, i. e. Pomeranos minus recte in ann. 1019. ponit, et Venedos Lulatiae cum Pomeranis aperte confundit. — *Vir erat nobilis ac potens de Thuringia, qui consilio Godehardi Abbatis renuntians omnibus, quae possedit, in Altaha monachus factus est.* Ann. Saxo p. 404.

Digitized by Google

ſus cauſa *Luiticios* praedicandi ivit. Sed cum ego multa ſaepe queſtus ſim Imperatori de parte meimet parochiae ab eccleſia Misnenſi iniuſte ablata et ſcriptis reſtituta, cumque bona inde mihi profutura ſperarem, aliter quam ratus ſim, hoc evenire cognoscebam. Namque in cathedra ſancti Petri, quae eſt VIII. Kal. Marcii, cum ſederet Imperator et praeſentes episcopi adeſſent, *Gero, Meinuuercus, Uuigo* 17) et *Ericus* et *Eiluuardus*, ſurrexi et lamentationem meam feci. Tunc Imperator et archiantiſtes 18), a quibus ſperabam auxilium, iuſſerunt mihi, Deus ſcit, invito, qui his reſiſtere non praeſumſi, ut parochiam in orientali parte Mildae fluminis iacentem, id eſt in burguuardis *Bichni* et *Uurcin* 19) Eiluuardo concederem, et quam ille in occidentali ripa tunc teneret, mihi hoc nunquam deſideranti relinqueret. Id concambium baculis firmavimus mutuis. Teſtificor coram Deo et omnibus ſanctis eius, id quod reſiduum fuit, tunc nullo modo dereliqui. Iuſſit quoque Imperator, ut villas tres, quae ſub praedicto erant episcopo 20), Hirimannus marchio aut Misnenſi eccleſiae ſacramento retineret, aut mihi redderet. 21) Eodem die Imperator et contectalis ſua a Gero-

404. 408. *Urs.* — — Filius fuit *Eckardi* I. Marchionis Misniae, et *Suanehildis*, filiae *Hermanni*, Ducis Saxoniae. Iamiam anno 1006. monachus fuit Hersfeldiae, unde in monaſterium Alt-Aich abiit, 1008. Eremita factus, et, uti Ditmarus narrat, miſſionarium egit inter Venedos Lutisios. Inde factum, ut in tabulis domus ſuae genealogicis vix uspiam reperiatur. Anno 1040. conciliator pacis fuit inter Henricum III. et Bohemos, et obiit 9. Oct. 1045. Necrolog. S. Michaelis Matum, ubi *Gunthartí ſolitarii* nomine legitur. *Wed.*

17) *Vuigo.* Niſi fallor, in Necrologio ad 14. Ianuar. adſcriptus *Wiga episcopus*, qui episc. Brandenburgenſis circa annum 1018. deceſſit. *Wed.*

18) *archiantiſtites.* Gero Magdeburgenſis, cum Meinwerco Paderbornenſi, Wigone Brandeburgenſi, Erico Havelbergenſi et Eilwardo Misnenſi episcopis. *Urs.*

19) *Bichni et Uurcin.* Hodie *Pichen* et *Wurzen.* *Pichen*, rectius *Bichen* olim oppidum cum burgo in pago Chutici, inter urbes Eilenburg et Wurzen fere medium, ad fl. Muldam poſitum nunc in vicum redactum eſt. Praedium ibi nobile eſt Comitum Buenavienſium. Iura et privilegia civitatis ab Henrico I. Imp. impetrabat, teſte ipſo Ditmaro Lib. I. quicquid etiam Abelius ad Chron. Walbecc. p. 58. opponat. *Urs.*

20) *praedicto episcopo*, ſcil. Eilwardo Misnenſi. *Urs.*

21) *aut mihi redderet.* Planum hic locus facit *ius et officium Advocatiae Marchionum Misnenſ. circa bona, iura et privilegia episcopatus Misnenſis* a prima eius conſtitutione. Patet id ex ipſo Ottonis I. diplomate ſuper ordinatione trium novorum episcoporum, Mersburgi, Cizae et Misnae ann. 968. evulgato ap. Leukfeld in Antt. Halberſt. p. 656. ſ. cuius verba memorabilia ideo etiam appoſui, quia Guentherum eo ipſo anno ſuperſtitem marchionem Misnenſem fuiſſe indubitanter probant: *Tres ab illo* (Adalberto, Archiepiscopo Magdeb.) *episcopos, unum Mersburgenſem, alterum Cizae, tertium Misne in praeſentia legatorum Domni Papae et veſtra volumus ordinari. — — Vos autem Marchiones noſtros, Wigbertum ſcilicet* (reſpectu Mersburgenſis) *Wiggerum* (reſp. Cizenſis) *et Guntherum* (reſp. Misnenſis episcopi) *fidelitate nobis debita obteſtamur et admonemus, ne quid in hac ordinatione Archiepiscopo noſtro in vobis obſiſtat. — Ne vero iidem episcopi, qui ordinandi erunt, pauperes et villanis ſimiles aeſtimentur, volumus caveatis, et conſilio Archiepiscopi et eorum, qui cum illo in Natali Domini erunt, Episcoporum et Comitum, qualiter ſuſtententur, inveniatis. Urs.*

Digitized by Google

Gerone archiepiscopo magnis honorantur muneribus; craſtinoque inde pergentes, tertia die, id eſt dominica, ad Halverſtidi pervenerunt. Quos ibi *Arnulfus* praeſul magnifice ſuscepit, et duas noctes ſecum habuit; III. feria ad Quidilingiburg perfecti, ab *Ethelhida* 22) venerabili abbatiſſa non minori gloria ornantur. 23) Quarta die monaſterium in occidentali monte 24) ſitum, ubi ſponſo coeleſti ſanctimoniales monachico habitu ſerviunt, ab Arnulfo antiſtite 25) praeſente Auguſto dedicatum eſt III. Kal. Marcii, auxiliante eum ad hoc Gerone archiepiscopo caeterisque confratribus. Ibi tunc Imperator talentum auri dedit ad altare. Inde tunc percepta a nepte ſua caritate magna ad Goslariam tendens villam 26), ibidem IIII. ſedebat hebdomadas; hanc enim tunc multum excoluit, quam et aedificaverat. Et quia tunc quadrageſima fuit, quae Chriſto oportebant, et ſeculo in multis neceſſaria erant, operari ſtuduit. Poſthaec *Bertholdus* Luitharii filius cum ſuis fautoribus urbem *Munnam* 27) Kalend. Aprilis conducto 28) cuſtode diluculo intrans, *Baldricum*, Uuigmanni comitis inclitum ſatellitem cum conſociis diu repugnantem, occidit, victorque inſedit. 29)

Pridie ego ad Misni praeſidio veniebam. In hac hebdomada principes noſtri edictu Caeſaris ad *Gosleri* conveniunt, ibique tunc avunculo meimet *Sigifrido* comitatus fratris Heinrici commendatur, et expeditio in noſtris partibus ordinatur, caeteraque patriae periclitantis proficua et admodum neceſſaria disputantur. Imperator inde progreſſus, hoc malum, quod praedixi, primitus comperiens, de futura perturbatione ſollicitus fuit. In illo vernali tempore et in Bernhardi Marchionis poteſtate 30), naſcitur ovis cum V. cruribus. [In menſe Aprili 31) VI. Idus eiusdem cum iam plenilunium eſſet,

22) *Ethelhida.* Haec Ottonis II. filia ann. 1039. Abbatiſſa Gandershemii electa eſt. In Necrolog. ad 14. Ianuar. *Ethelheih abbatiſſa. Wed.*

23) *ornantur.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *honorantur. Urs.*

24) *occidentali monte.* Vocabatur mons Sionis, *der Munſenberg. Urs.*

25) *Arnulfo antiſtite.* ſcil. Halberſtadienſi. *Urs.*

26) *villam.* i. e. civitatem. v. Adelung Gloſſar. T. VI. p. 816. De Goslaria vide Ann. Sax. p. 418. coll. p. 247. *Urs.*

27) *Munnam.* Annal. Saxo p. 436. hanc urbem nominat *Mundam.* Dingelſtadius Munnam eſſe oppidulum *Muinder* principatus Calenbergenſis ad fl. Hamelam autumat. Ego quidem malim accedere ſententiae Abelii, qui eam *Munderberg* eſſe in ducatu Clivienſi non longe ab oppido Calcar exiſtimat. v. Meibomii Chron. Walbecc. ab Abelio editum p. 101 ſ. Alperti relatio de Munna clam tradita et deſtructa in libro eius de diverſitate temporum p. 116 ſ. facile cum Ditmariana conciliari poteſt. *Urs.*

28) *conducto.* Leibnitius in Emendatt. p. 1006. ſubſtituit: *corrupto. Urs.*

29) *inſedit.* Sic Dresd. fortaſſe tamen rectius Brux. *in ea ſedit. Urs.*

30) *poteſtate*, h. e. iurisdictione territoriali. *Urs.*

31) *In menſe Aprili — rutilans.* Reinecc. et Maderus omiſerunt, Leibnitius e Cod. ſuo reſtituit, Cod. Dresd. habet in margine, exſtant etiam apud Ann. Saxonem. *Urs.* — — de Vignoles haec ſuo exemplari adſcripſit: Dignus vindice nodus. Talia verba ſolent quidem eclipſes lunares

Digitized by Google

esset, luna a multis visa est ut nova, hora diei tertia diu rutilans.] Palmas Rex celebrat Magoncia et in *Ingelnenen* 32) pascha, et in his partibus magis honorifice ac potestative nunquam fuit. Et quia ob tantam solemnitatem maxima ibidem finiri non poterant, ad *Aquasgrani* ponitur conventus, et tunc illic cum consilio *Hiriberti* archipraesulis *Thiedricum* Metensem episcopum et *Heinricum* fratrem eius placavit. Regina autem Cunigundis a *Froncanavordi* a Caesare discedens, cum ad locum, qui *Capungun* 33) dicitur, veniret, infirmatur, et ibi tunc Deo promisit, se ad laudem eius unum facturam monasterium [Canonicarum, quod postmodum perfectum et vocatum est Consugiensis ecclesia.] 34) Sed quod inter haec accidit, his annecti haud incongruum est.

An. 1016. A. S. In urbe Parthenopolitana duae consorores 35) fuere, quarum prior *Aluured*, et iunior *Irmingerd* dicebatur, ambae admodum laudabilis vitae, non cum caeteris sanctimonialibus conversando, sed singulariter in ecclesia, quae rotunda dicebatur, Christo eiusque delectae genitrici sedulum exhibebant obsequium. Iunior autem exteriorum lumen oculorum perdens, interiori acie aeterno fruitur splendore, et non longe post 414
ad patriam semper optatam VII. Id. Febr. transiit. Huius senior germana nepti suae innixa *Fritherunae*, et crebro amissae sororis et assiduae infirmitatis dolore deficiens, nil nisi XIIII. hebdomadas et tres dies supervixit. Haec pridie quam carnis debitum persolveret, in excessu mentis effecta in praesentiam sanctae Dei genitricis delata est, ubi Taginonem et Uualtherdum archiepiscopos, (Magdeburgenses) et AEidum praesulem (Misnensem) venerandum, magno lucentes honore sibi indulgere promeruit. Cognovit quoque ibidem materteras Geronis archiepiscopi, *Mirisuidam* ac *Emnildam* et *Eddilam* 36) nomine, quae abbatiam relinquens suam, Christi amore iuxta monasterium doctoris gentium Pauli Romae includitur, et aliam, quae *Odel* 37) dicebatur, omnes

nares denotare. Verum, quantum ego assequi possum, nec 6. Id. April. fuit plenilunium hoc anno, nec plenilunium Aprilis fuit eclipticum nec eclipsis lunaria visa est in Germania ante aut post plures menses. Contigit quidem eclipsis lunaris 3. Id. Maii, sed videnda in Asia aut Oriente, non in occiduis regionibus. Partialis etiam eclipsis facta est nocte inter 8. Id. et 7. Idus Novembris, cuius meminit Chronogr. Saxo.

32) *Ingelnenen. Ingelheim*, civitas in Palatinatu Rhenano sita inter Moguntiam et Bingium, ubi adhuc antiqui palatii regii rudera supersunt, de quo pluribus egit Mabillonius de re diplom. Lib. IV. p. 287. *Urs.*

33) *Capungun.* De hoc monasterio *Kirchkaufungen* v. supra, hoc libro. In hoc monasterio Cunegundis diem obiit supremum. *Urs.*

34) *Canonicarum — ecclesia.* Nusquam reperiuntur, nisi in margine Codicis Dresd. Non Ditmari ipsius, sed glossatoris sunt. *Urs.*

35) *consorores.* propiori cognatione cum Ditmaro coniunctae fuisse videntur. *Urs.*

36) *Mirisvidam ac Emnildam et Eddilam.* In Necrologio *Mirisuit abbatissa* ad 18. Martii, *Emnildd. abb.* ad 9. Iulii et *Edde* abb. ad 16. April. inscriptae leguntur. Ipse *Gero* archiepiscopus, cuius amitae h. l. dicuntur fuisse, ad diem 22. Oct. (1023.) adscriptus. *Wed.*

37) *Odel.* Ann. Saxo *Oda.* *Urs.*

Digitized by Google

omnes illud psalmographi canentes: placebo Domino in regione vivorum. Interim praesentibus cunctis haec mortua videbatur; tandem expergiscens et oculos elevans, quod vidit omnibus innotuit: *Hactenus*, inquiens, *vobiscum libenter commorabar, nunc consideratis multo melioribus his, piget in hac lutea me amplius manere casa. Dicam vobis in veritate, quod eras vos relictura, locum mihi praeordinatum munere divino possidere debeo;* sicque factum est. Transiit autem anima eiusdem in Christo felix XI. Kal. Iunii. Hoc verum esse fratres in Christo mihi credite, et has ecclesiae adiutrices nostrae admodum utiles esse pro certo scitote. In suas orationes sanctas me peccatorem hae susceperunt, et nil unquam boni ex mea parte proh dolor! receperunt.

Imperator autem audiens contectalem suam levius habere et votum Domino fecisse, grates Christo persolvit ex animo, et Pentecosten in *Uuirthunu* 58), quam primo sanctus Dei sacerdos *Luidigerus* suis construxit impensis, (ecclesiam), venerabiliter celebravit, abbate *Haithenrico* sibi pleniter ibidem serviente. Postera die, id est IIII. Id. Iunii *Thieddegus* Pragensis antistes ac martyris Christi successor *Athelberti*, viam universae carnis fideliter adiit. Hic in nova educatus Corbeia, medicinali arte optime instructus est. Quem Bolizlauus senior ob inobedientiam Christi praeconis paralysi percussus, licentia *Thietmari* abbatis vocavit, eiusque magisterio levius habere coepit. Sed lampas ardens Uuortegus cum ex huius mundi caligine, ut praedixi, subtraheretur, auxilio praefati ducis sedem suam is a tertio Ottone ad regendum suscepit, de qua post mortem Bolizlaui senioris ab aequivoco eius et filio saepe expulsus, toties a marchione *Ekkihardo* reducitur, et magnas patitur iniurias. Hic hospites, ut sanctus iubet Gregorius, non solum ad se invitavit, sed etiam traxit, hoc maximum habens vitium, quod ob morbum sibi nocentem bibebat supra modum. Paralyticus enim 39) erat, manuum tremore assiduo sine adstantium auxilio presbiterorum missam canere non potuit; sicque usque ad finem languescens, bonis, ut spero, animam curabat medicaminibus. An. 1017. A. S.

Interea *Mararenses* 40) Bolizlaui milites magnam Beuuariorum catervam dolo circumvenientes incautam occidunt, damnum sibi ab eis illatum prius ad partem haud exiguam ulciscentes. Caesar vero ad orientem tendens, Imperatricem ad se in loco, qui *Pathebrunnum* dicitur, venire iubet. Inde ambo usque ad Magadaburg profecti a Gerone archiepiscopo honorifice suscepti sunt. In sequenti vero nocte, id est dominica, et Non. Iulii tempestas ingruit horrida, homines cum pecoribus simul et aedificiis ac frugibus late consumens. Immensus quoque fragor sylvas concutiens, vias omnes nimis occupabat. Postera die imperator cum coniuge et exercitu Albiam transiens ad

58) *Uuirthunu.* Ann. Saxo *Wirtina.* *Urs.*

39) *enim.* Sic Cod. Dresd. editores *autem.* *Wa.*

40) *Mararenses*, i. e. Moravi. *Urs.*

Digitized by Google

Liesca 41), curtem quondam *Uigonis* episcopi et tunc feris innumerabilibus habitatam venit, duasque ibidem noctes in castris sedens tardantem turbam expectavit. Et post haec regressa Imperatrice caeterisque compluribus, ipse turmatim processit. Ipsa vero die *Heinricus* 42), quondam Bauuariorum dux, a Bolizlauo, quo pacis firmandae gratia perrexit, cum nunciis eiusdem rediit, quem Imperator audita referentem sua iterum legatione remisit, nilque ibi proficientem, ad dominam et sororem suam abire sinit.

An. 1017. A. S. Interea in monte sancti Iohannis Baptistae, qui iuxta Parthenopolim positus, eidem est cum appertinentibus universis subditus, res admodum miserabilis XII. Kal. Augusti et dominica nocte accidit. Horum in dormitorio confratrum lucerna quaedam ardens maior solito illuxit, et proxima occupans hoc, ibidem quiescentibus id sero intelligentibus, voraci flamma consumsit; et cum tale periculum omnes evaderent, unum ex his causa sacerdotalem eripiendi apparatum subito regressum, et in medio ignis peccata suimet confitentem perdiderunt. Huius nomen erat *Hemico.* 43) Dehinc monasterium ab eiusdem loci abbate *Sigifrido* VIII. annis optime elaboratum ardens praesentium posteaque advenientium corda turbavit. Insuper duas eiusdem capellas cum refectorio caeterisque adhaerentibus officinis ignis late flagrans absorbuit; de cuius avaris faucibus divina pietas et confluentium summa devotio omnes sanctorum reliquias et maximam thesauri partem eripuit. Facto autem mane urbis praedictae habitatores et qui ibidem praesidio ab Imperatore relicti fuerant, conveniunt, detrimentum tale nimio moerore conquesti. Corporis autem perusti tenues favillas mane confratres summopere colligentes suis apposuere praedecessoribus abbatique suo tunc 415
absenti per nuncium suimet eventum miserabilem indixere. Qui ut haec comperit, suis specialiter accidisse peccatis cognoscens, quia emendare nequivit, honesta gravitate tulit.

Dum haec aguntur, *Miseco* Bolizlaui filius Boëmiam absentia *Othelrici* ducis sui minus solito repugnantem cum X. legionibus invadens, duos dies praedatur eandem, et cum innumerabili captivorum multitudine reversus patrem gaudiis implevit immensis. Caesar vero cum exercitu suo, et Boëmiorum atque Luiticiorum comitatu immenso 44) obvia quaeque devastans V. Id. Aug. ad urbem *Glaguam*, ubi Bolizlavus cum suis eos praestolatur, sollicitus venit, et provocantem inter sagittarios latitantes hostem nostros perse-

41) *Liesca. Liesca*, iam vicus in ducatu Magdeburg. quem ad Marchiam mediam referunt. Illo tempore Luiticii eum incendio deleverant, teste Adamo Bremensi p. 137. *Urs.*

42) *Heinricus*, Luxemburgicus, frater Imperatricis Cunegundis. *Urs.*

43) *Hemico.* Sic Cod. Dresd. Chronogr. Saxo Ditmarum fere ad verbum exscribens ad ann. 1018. p. 232. *Hennico.* Editores falso *Henricus. Urs* — Recte sine dubio Dresdensis, nam in nostro etiam Necrologio sic. *XII. Kal. Aug. Hemmo presbr. et mon. Wed.*

44) *immenso.* In Cod. Dresd. est per compendium scribendi. Editores ignorant. *Wa.*

Digitized by Google

persequi prohibuit. Inde electas ab exercitu valido XII. legiones ad urbem *Nemzi* 45) dictam, ea quod a nostris olim sit condita, praemisit, quae habitatoribus his venturum praeoccuparent auxilium. Quibus castrametatis hostes adventare rumor indixit, et in nocte tenebrosa ac in magna imbrium effusione hos laedere nequaquam valentes, quosdam effugarunt, nonnullosque civitatem intrare inviti patiebantur. Posita autem est haec in pago *Silensi* 46), vocabulo hoc a quodam monte nimis excelso et grandi olim sibi indito; et hic ob qualitatem suam et quantitatem, cum execranda gentilitas ibi veneraretur, ab incolis omnibus nimis honorabatur. Imperator autem post tres dies ad eandem cum exercitu valido veniens, castris eandem undique secus circumdari 47) iubet, sperans sic omnem hosti suo claudere accessum. Sapiens eiusdem consilium et in omnibus bona voluntas multum ibi prodesset, si in efficiendis rebus auxiliantium sibi affectus hunc adiuvaret; nunc autem per omnes custodias praesidium urbi in noctis silentio advenerat magnum. Tunc omnigenorum species instrumentorum a nostris parari iubentur, et mox ex parte contraria his admodum similia videntur. Nunquam audivi aliquos, qui meliori patientia ac prudentiori consilio se unquam defendere niterentur. Ex parte gentili crucem sanctam erigebant, eiusdemque auxilio hos vinci sperabant. Si quid his prosperi accidit, nunquam exclamabant, nec adversitatem aliquo gemitu ingravescente aperiebant. Interim *Mararenses* Boëmiam ingressi, urbem quandam expugnant, et cum praeda ingenti incolumes exibant. Quod cum marchio *Heinricus* hos petere cum exercitu conatus audiret, festinus insequitur, et occisis ex eorum numero plus quam mille viris, fugientibusque caeteris captivitatem hanc omnem solutam domum remisit. 48) Neque tacendum est, quod alii milites Bolizlavi urbem *Belegori* 49) dictam, XVIII. Kal. Septbr. aggressi, et bello eam impugnantes diutino, Deo gratia! nil proficiebant. *Luiticiorum* autem magna multitudo, quae domi fuerant 50), quandam civitatem praefati ducis petierunt. Ibi plus quam C. socios perdentes

45) *Nemzi. Nimptsch, Nimitium*, urbs non inelegans in principatu Briegensi ad fl. Loham. Biographus Ottonis, episcopi Bambergensis Lib. II. c. 8. in Ludewigii Scriptt. Bamberg. T. I. p. 654. nominat *Nemetiam, ducis Polonorum.* Conditores eius, teste ipso Ditmaro, Germani fuere, hinc Poloni et Slavi nomen illi dederunt *Niemez, Niemiecz, Nemzi* i. e. *die Deutsche.* v. Danvillii Geogr. medii aevi ed. Germ. p. 257 f. *Urs.*

46) *pago Silensi.* Primus inter omnes Ditmarus hunc pagorum maximum nominavit, a cuius denominatione Silesiae nomen indubitanter ortum est. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 771 f. Illo aevo erat in potestate Polonorum. Nomen traxit ex nomine montis eius regionis altissimi, quem vocant *Silensem, Zotensem, Zobtensem, Zabothum vel Sabothum*, de quo *Franc. Fabri* vulgo *Koeckritz* poema latinum lectione dignum scripsit, quod *Nic. Reusnerus* Itinerario orbis ed. Bas. 1592. 8. sub Auctuarii nomine adiunxit, et ob raritatem recudendum curavit Q. A. T. A. V. A. Lips. 1725. sub titulo *Primitiarum Silesiacarum. Urs.*

47) *circumdari.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *obsideri. Urs.*

48) *domum remisit.* Hic fol. 169. Cod. Dresd. episcopus Wernherus undecima vice nomen aeternitati commendavit. *Urs.*

49) *Belegori.* Belgern, urbs ad Albim sita. *Urs.*

50) *domi fuerant.* Cod. Brux. *resederant. Urs.*

Digitized by Google

dentes cum ingenti tristitia remeabant, posteaque eiusdem bona multum vastabant. His quoque adiiciam mortiferum *Godefridi* ducis et *Gerardi* comitis congressum. 51) Illi namque diu invicem discordes certam condixere diem, qua cum suis fautoribus haec certo duelli iudicio discernerent. Mense Augusto ac VI. Kal. Septembr. in quadam prati florentis condicta planicie confligebant. Sed superbiam Gerardi humilitas Christi molliens, ac socios eius in fugam subito vertens, non minus ex his quam CCC. prostravit viros, ex quibus fuit unus *Uualteri* a pulvere 52), vel eo nomine, quod in favillam sibi contraria redegisset, vocatus, habitu clericus sed re latro eximius. Hic centurio lacu cum suis clauditur uno, et tunc satiatus 53) iacuit in proelio, cui nunquam suffecit sanguinis effusio. Nam perhibent populi, hunc duntaxat cum laetitia duxisse diem, quo hastam suimet humano cruore aspersam, et domus Domini, quibus alii pepercere maligni, incensas ruere vidit. Hic Burgundia genitus, et a praedicto comite quondam captus, non prius ab eo potuit absolvi, quam se eidem semper auxiliaturum, ac loco devoti militis ei serviturum sacramentis sancivit. Ergo huc vocatus venit, sed ad perpetrandum soliti facinoris augmentum, divina tardatus miseratione rediit. Capti sunt autem tunc ex parte senioris sui *Sigifridus*, eiusdem filius, nepos autem Imperatricis nostrae, cum *Balderico* aliisque quampluribus. Sauciatus est ibi *Cono* 54), cui iam illicite nupsit neptis sua, *Ernasti* ducis vidua. Praedictus vero dux nil nisi XXX. milites perdidit, et hos elegantes. Interea perfectis omnibus instrumentis, cum iam ibi tres sederet hebdomadas Caesar, ad urbem 55) pugnare iussit, et haec omnia iniecto a propugnaculis igne celeriter ardere vidit. Post haec *Othelricus* cum suis urbem ascendere tentans nil profecit. Tunc Luitici similia aggressi deficiuntur. Caesar autem videns exercitum infirmitate depressum in urbe capienda in vanum laborare, iter suum nimis arduum ad Boemiam direxit; ibique ab eiusdem provinciae iusto duce 56) Othelrico susceptus, decenti munere honoratur. Interim marchio *Heinricus* 57), amitae meae filius, longa aegrotatione vexatus XIIII. Kal. Octobr. Orientalium decus Francorum obiit, et in septentrionali parte monasterii in *Suinuordi*, civitate sua, positi, ab episcopis tribus, *Heinrico*, *Euuerhardo* et venerabili *Riculfo*, extra ecclesiam, ut ipse petiit, iuxta ianuam sepultus est. Hoc Caesar in Misni comperiens multum doluit. Bolizlavus vero in *Uuortizlaua* civitate eventum rei sollicitus 416
expe-

51) *Godofridi et Gerardi congressum.* Proelii huius meminit Guichenon in charta quadam, quam edidit in Biblioth. Sepus. p. 164. et 395. *Urs.*

52) *Uualteri a pulvere.* En manifestum vestigium cognominum iam Sec. XI. usitatorum. Editiones habent *pulvereo nomine.* *Urs.*

53) *satiatus.* Editiones legunt *sauciatus.* Vnice vera est lectio Dresdensis, quae verbis sequentibus: *nunquam suffecit*, corroboratur. *Urs.*

54) *Cono.* *Qui et Conradus.* Ann. Saxo. *Salicus* nimirum, qui hoc cognomine postmodum Imperator inclaruit. *Urs.*

55) *ad urbem* sc. Nemzi. *Urs.*

56) *iusto duce.* Cod. Brux. *iniusto duce.* *Urs.*

57) *Heinricus.* Suinfurtensis, cognomine parvus. *Urs.*

Digitized by Google

expectans, cum Imperatorem abisse, urbemque suam incolumem stare audiret, laetatur, militibusque congaudet. 58) Pedites autem illius plusquam sexcenti Boëmiam clanculum petentes, praedamque sibi more solito inde sperantes, quem hostibus laqueum extendêre, paucis excedentibus incurrêre. Sed Luitici redeuntes irati dedecus deae suimet illatum queruntur. Nam haec in vexillis formata a quodam Herimanni marchionis socio lapide uno traiecta est; et dum hoc ministri eius Imperatori dolenter retulissent, ad emendationem XII. talenta perceperunt. Et cum iuxta *Uurcin* civitatem Mildam nimis effusam transire voluissent, deam cum egregio L. militum comitatu alteram perdidere. Tam malo omine residui domum venientes, a servitio Caesaris se malorum instinctu abalienare nituntur; sed habito post communi suimet placito a prioribus suis convertuntur. Laborem istius itineris et commune detrimentum quis unquam valet explicare? Inexuperabilis Boëmiae regionis introitus, sed multo deterior eiusdem fuit exitus. Facta est haec expeditio ad perniciem hostis; sed crimine nostro multum laesit victoribus nostris. Quod enim tunc in nobis non licuit inimicis, peractum est postea criminibus nostris. Defleam quoque quod Bolizlavi satellites inter An. 1017.
Albim et Mildam facinus perpetrabant. Namque hi iussu Senioris sui velociter egressi A. S.
XIIII. Kal. Octobr. plus quam mille mancipia in his partibus sumserunt, plurimaque incendio late consumentes prospero itinere revertuntur. Imperator autem Kal. Octobr. Merseburg venit ibique *Ekkihardum*, novae civitatis abbatem 59), et huic XXIIII. annos et V. menses praesidentem, *Pragensi* praefecit ecclesiae, eundem II. Non. Novembr. 60) ab *Erkanbaldo* archipraesule consensu meo consecrari praecipiens. Ibi tunc Bolizlavi nuncius *Luidulfum* iuvenem diu captivum remitti promisit, suosque milites apud nos firma detentos custodia pro eius liberatione relaxari petiit; et si aliquem Imperatori nuncium de acquirenda eiusdem gratia mittere licuisset, diligenter inquirit. Assiduo principum suimet interventu Caesar his omnibus assensum praebuit, et tunc primo comperit, *Ruszorum* regem, ut sibi per internuncium promisit suum, Bolizlavum petiisse, nilque ibi ad urbem possessam profecisse. Huius regnum praefatus dux postea cum exercitu invadens, generum suimet et fratrem eius diu expulsum inthroni-

58) *congaudet.* Cod. Brux. *laetatur in Domino, militibusque congaudet in secundis.* In Cod. Dresd. erasa sunt verba *in Domino* et *in secundis*, quam ob causam, non exputo. *Urs.*

59) *novae civitatis abbatem. Münchnaumburg.* Sic explicat Meibomius in Chronico Bergensi. p. 5. Plura de Eccardo abbate habet Becmannus in hist. Anhaltina T. I. p. 431. *Urs.*

60) *II. Non. Novembr.* Sic perspicue Cod. Dresd. suffragante Ann. Saxone p. 448. Editores habent V. Non. quod Latinorum fasti non admittunt. At in ipso tamen Codice errorem odoror. Nam si Caesar ipsis Kal. Octobris Merseburgi advenit, si Alstedi festum omnium Sanctorum, quod in Kal. Novembr. incidit, celebravit, ibidemque III. Non. Nov. Merseburgensem episcopatum nova bonorum donatione auxit, sequitur, discessum Caesaris ab urbe Merseburg sub exitum demum mensis Octobris evenisse. De consecratione vero recens electi episcopi Pragensis Merseburgi facta ipse Ditmarus testatur; hinc efficitur, eam non II. Non. Novemb. sed II. Non. Octob. factam esse. *Urs.* — — forte: V. *Kal.* Nov. *Vignoles.*

Digitized by Google

thronizavit et hilaris rediit. Imperator a nobis exiens tria dedit *dorsalia* 61) et urceum argenteum. 62) Inde ad Alstidi venit, ibique omnium memoriam Sanctorum digna veneratione celebravit, et tunc in eodem die *Herdingus*, novae civitatis 63) ab Imperatore ibidem constitutus abbas, a Gerone archiepiscopo consecratur. In sequenti dominica die, id est tertia Nonas Novembris Caesar quoddam praedium *Rogalici* 64) vocatum, quod tunc ab *Hatholdo* milite sibi placito acquisivit concambio, confratribus nostris in Merseburg Christo famulantibus dedit, et lucum quendam ab *Hagero*, praedicti senioris germano, X. talentis argenti comparatum, eorundem utilitatibus accommodavit, praeceptisque suimet firmari praecepit. Tres quoque ecclesias in *Libzi*, et in *Olscuizi*, ac in *Gusua* positas 65) mihi concessit. In hoc vernali 66) tempore idem aureum altare ad decus ecclesiae fabricari iusserat nostrae, ad quod ego ex antiqui altaris nostri sumptu auri VI. libras dedi. Sed cum in praedicta civitate Caesar V. hebdomadas et IIII. dies sederet, dilectum sibi locum Bauenberg visitat, ubi tunc mense Decembri et in prima nocte, quae Caesaris adventum subsequuta est, *Guncelinus* in custodia diu tentus solvitur, catena, de pedibus divina maiestate constrictis leniter cadente, integraque permanente. 67) *Heinricum* etiam quondam Bauuariorum ducem, et tunc VIII. annos et pene tot menses sua depositum culpa, pristinis Imperator restituit honoribus die dominica; sicut ei firmatum est prius a *Poppone* Treverensi Archiepiscopo. 68) Sed antequam huius conclusionem anni faciam, quaedam in hoc dicenda interseram.

Thiet-

61) *dorsalia.* Dorsale est pannus, seu aulaeum, e parietibus suspensum, sic dictum, quod clero in choro sedenti ad dorsum appensum est. *Urs.*

62) *urceum argenteum.* Addit Cod. Brux. *ecclesiae nostrae* sc. Merseburgensi. *Urs.*

63) *novae civitatis.* Monachonumburgum, Münchennienburg, explicante Meibomio in hist. monast. Bergensis T. III. p. 293. *Urs.*

64) *Rogalici*, est pagus in episcopatu Merseburgensi prope Schkeudiz. v. *Leonhardi Erdbeschr.* T. II. p. 533. Fabricius Lib. II. Orig. Saxon. p. 309. Lib. II. rer. Saxon. p. 154. urbem Rochlis intelligi vult; sed Ditmarus ipse villam *Roclizi*, quam paullo post nominat, a praedio hoc *Rogalici* bene distinguit. cf. Graun Diss. de antiquit. oppidi Rochliciensis Cap. III. p. 14. *Urs.*

65) *Libzi*, *Olscuizi*, *Gusua.* Libzi est *Lipsia.* *Olscuizi* in vita Ditmari vocatur *Olsnice*, rectius *Olsvice*, quo nomine minime urbs *Oschatz*, uti Fabricio videtur, sed pagus *Oelzschau* in praefectura Lipsiensi. *Gusua* est pagus Geusa prope Merseburgum. Diploma Henrici II. Imp. ea de re Alstedi d. III. Nov. 1017. datum legitur in Wiedeburgii tr. de pagis vet. Misniae p. 142. *Urs.*

66) *vernali tempore.* Imo *autumnali.* Vignoles.

67) *permanente.* Haec de liberatione Guncelini, Marchionis olim Misnensis ap. Reineccium et Maderum desiderantur. Leibnitius inseruit quidem e Codice suo, sed loco minus idoneo, quem nunc meliorem e Cod. Dr. assignavimus. Consentit Ann. Saxo ad ann. 1017. et Albinus in Chron. terrae Misn. p. 403. Guncelinum in vinculis decessisse contendens ex hoc loco corrigendus est. *Urs.*

68) *Poppone Trevirensi archiepiscopo.* Poppo hic erat filius Leopoldi, Marchionis Franconiae Orientalis. v. Falk Cod. Traditt. Corbeiens. p. 389. *Urs.*

Digitized by Google

Thietmarus 69), venerabilis ſanctae *Aſenbrunnenſis* eccleſiae episcopus, ſervus ſancti Mauricii in Magadaburg et prius utilis Magontiae et Aquisgrani praepoſitus, caligine quadam obfuscante lumen hoc viſibile in priori perdidit anno, ac interiori oculo eo lucidius radiante fomitem totius lucis, Chriſtum, indefeſſo labore iam contemplatur. Hic a rege Heinrico ſucceſſit anteceſſori ſuo *Nonnoni* 70), qui *Othilulfus* dicebatur. Obierunt in hoc anno antiſtites praeclui 71) *Amalricus, Fermundus* et *Bezelinus*, An. 1017.
et paucas ſedens hebdomadas *Altmannus*. 72) Hic monachus fuit ſancti Iohannis Ba- A. S.
ptiſtae in Magadaburg indeque ab *Hathelheida* abbatiſſa, eo quod de ſua eſſet familia, *Arnulfo*, regis germano et nunc archiepiscopo Ravennatis eccleſiae ad ſervitium ab ea datus eſt, a quo poſtea conſecratus, a ſuis toxicata potione laeſus eſt. In mea vicinitate 73) et in oppido *Silivellun* 74) dicto miraculum quoddam accidit in ſecunda Decembris hebdomada. Fuit ibi quaedam mulier, quae cum virum ſuimet domi non haberet, ſuper ſe et ſuper filios hospitium obſerabat ſuum, et ecce! ante gallicinium ſonitus ab ea immenſus auditur. Haec talibus obſtupefacta, vicinos clamore continuo evocans, neceſſitatem ſuam indicat. Qui volentes eidem ſuccurrere, crebra iactatione
417 repelluntur. Tandem ianuam frangentes, gladiisque intrantes evaginatis, quid matrifamilias vel ipſis tantum rebellaverit, diligenter inquirunt; et quia monſtrum erat, hoſtem non invenientes egreſſi ſunt triſtes. Mulier autem praedicta diem expectans ſollicite craſtinum, proximum accerſivit presbiterum, qui omnem hanc domum reliquiis ſanctorum et aqua luſtravit benedicta. In ſequenti vero nocte parum de ſupradicto terrore concutitur, et Deo gratias! crebra presbiteri viſitatione liberatur. Tale aliquid, ubicunque evenit, novum aliquid praetendit. Unusquisque fidelium non ſibi timeat terrorem illum; ſe peccatorem ex corde cognoscat, et ſigno ſanctae crucis iugiter

69) *Thietmarus — Aſenbrunnenſis.* Plura de hoc Osnabrugenſi episcopo habet Chron. Osnabrug. ap. Meibomium T. II. p. 205 ſ. *Urs.*

70) *Nonnoni.* In modo citato Chronico dicitur *Wannonus* et *Wacholphus.* *Urs.*

71) *antiſtites praeclui.* Haec duo verba adſunt in Cod. Dr. deſunt in editionibus. *Urs.*

72) *Amalricus, Farmundus, Bezelinus* et *Altmannus.* Inter Germaniae episcopos vix invenias. Nomina ſecundi et tertii in illius aetatis ſcriptoribus nusquam memini legere. *Amalricus* fortaſſe episcopus Aquenſis (Aix) vel Arelatenſis (Arles) fuit. In Necrologio ad diem 5. Febr. inſcriptus eſt, qui dies viam aliquando monſtrabit certiorem ad virum indagandum. Quartus in Necrol. ad 16. Sept. *Atahlmanus occiſus* occurrit. Forſan in diplomatis coenobii Bergenſis, ibi enim antea monachus fuit, vel inter ſuffraganeos inveniatur Arnoldi Archiepiscopi Ravennatis, qui eum conſecraverat. Catalogi tamen iſtorum episcoporum multas habent lacunas. Quid? ſi filius adhuc incognitus *Ludolfi*, Ducis Sueviae fuerit? *Wed.*

73) *vicinitate.* Sic Cod. Dr. recte. Alii omnes, quos et Urſinus ſecutus, legerant *civitate.* *Wa.*

74) *Silivellun.* Forte *Silliveldum.* Civitas haec incerti ſitus, et nomen eius, quod tempus edax rerum ſine dubio delevit, vel mutavit, explicatu difficillimum eſt. Veſtigia eius Iunkerus in Geographia medii aevi p. 661. in nomine *Siebenlehn* quaeſivit; ſed illo aevo oppidulum hoc circuli metalliferi Misnici nondum erat conditum, praetereaque intervallo locorum procul a dioeceſi Merſeburgenſi diſtaret. Chron. Gottwicenſe nihil mihi in indagando loco auxilii attulit, et hodiernum nomen ignoratur. *Urs.*

Digitized by Google

giter se muniens omnem adversariam potestatem prorsus excludat. Hostis incautos quosque sic illudit, et in se aliquid credentes ad ultimum decipit. Ubi desolatio tunc est, aut facinus subsecuturum est, vel aliqua mutatio, talis res praecedit indicio. 75) Quia nobis adhaerere Deo, et spem nostram ponere in eo, bonum est, praeoccupemus sanctam faciem eius assiduis precibus, ut, sive aliquid nobis praesignetur vel celetur, ne misericordissima pietate sua in nobis peccatoribus hoc compleatur. Non est admirandum, quod in his partibus tale ostentatur prodigium. Nam habitatores illi raro ad ecclesiam venientes de suorum visitatione custodum nil curant. Domesticos colunt Deos, multumque sibi prodesse eosdem sperantes, his immolant. Audivi de quodam baculo, in cuius summitate manus erat, unum in se ferreum tenens circulum, quod cum pastore illius villae, in quo is fuerat, per omnes domos has singulariter ductus, in primo introitu a portitore suo sic salutaretur: *vigila, Hennil, vigila!* sic enim rustica vocabatur lingua, et epulantes ibi delicate de eiusdem se tueri custodia stulti autumabant 76), ignorantes illud Davidicum: *simulacra gentium opera hominum etcetera, similes illis fiant facientes ea, et confidentes his.* Quia vero omne rarum est utique admirandum, ac persaepe ut portenta stupendum, ideo quandam rem, quae in nostris evenit temporibus, explano.

Serenissimo Rege Heinrico tunc dominante, ac *Uuigberto* antecessore meo vigente, in villa quadam *Roclisi* 77) dicta, quam a matrona venerabili *Ida* 78), nuru primi

75) *talis rei praecedit indicio.* Sic Dresd. et editiones. Obscure. Fortasse: *indicium* vel *indictio. Urs.*

76) *autumabant.* Quae hic de baculo, tanquam idolo quodam Slavorum domestico commemorat Ditmarus, fando ad aures eius pervenerunt; quod autem rumore vulgi malevoli et mendacis plerumque accepimus, pro veritate accipi non potest. Ego vero longe aliam rem sub hoc baculi ritu arbitror latere, uti scilicet genius rusticorum illius aetatis tulit. Baculus iste, ut ego quidem reor, signum erat, quod pro convocanda concione pagana ostiatim mittebant. Nomine *Hennil* non Penates intellexerunt, sed quilibet proximum sibi vicinum allocutus est familiariter, ut excubiarum vigiliarumque vices in pago servaret; hinc acclamatio: *vigila, Hennil, vigila! (auf die Wache, Nachbar, auf die Wache!)* Conservant passim consuetudinem hanc incolae pagorum nostrorum ad hunc usque diem, ut, quando praetor paganus convocare velit, hastam, vel baculum, vel malleum ostiatim mittat, quo incola vicini cuiusque fores pulsat, donec ex ultimi manu ad praetorem redeat. In quibusdam pagis ad concionem convocandam ex ordine in unum annum eligitur paganus, quem vocant *Heimbürgen.* Ditmari aetate istud convocationis symbolum pastori pecoris tuendum tradebant. Ceterum negari nequit, Slavos suos lares habuisse, mox hominis, mox vituli, mox draconis vel alius animantis figuram praeferentes, quos pro conservanda valetudine et rei familiaris prosperitate adornarent. *Urs.*

77) *Roclisi.* Haec vero est urbs Rochlis, quam more scriptorum medii aevi Francorum lingua *villam* dicit. v. Adelung Glossar. T. VI. p. 816. *Urs.* — Prima manus in Cod. Dr. dederat: *Rotlizi. Wa.*

78) *Ida.* filia Hermanni, Sueviae Ducis, connubio iuncta Luidolpho, Ottonis I. Imp. ex Editha filio, Duci Sueviae, de qua vide supra initio Libri II. — *Nuru* priores editt. falso *nutu. Urs.*

Digitized by Google

primi Ottonis noſtrae traditam eccleſiae, Gero praepoſitus tunc in beneficium tenuit, ſicut ab eo veraciter comperi, accidit in meſſe laborioſa, cum in una dierum operarii eiusdem iam laſſi ſe voluiſſent reficere, panem primitus inciſum ſanguinem viderunt effundere, idque admirantes ſeniori ſuo concivibusque oſtendunt, et ut reor, hoc prodigium futuri exitum belli, ac in eo multorum cruorem hominum praeſignavit emanaturum. Alteram quoque rem, quamvis multo laudabiliorem, tamen mirabilem memo- An. 1013.
riaque dignam deſcribo. In arce Romulea, quae omnium eſt caput urbium, ob di- A. S.
verſarum qualitatem cauſarum, in una eccleſia et in dextera parte altaris, ab uno pavimenti foramine per integrum diem, multis hoc cernentibus atque ſtupentibus, oleum emanavit. Huius partem Iohannes Creſcentii filius in ampulla quadam Heinrico ſeniori ſuo et tunc Regi noſtro transmiſit, et quia oleum nunc pro miſericordia ponitur, ut eſt illud: *oleum de capite tuo non deficiet;* nunc pro adulatione, ut hoc eſt: *oleum peccatoris non impinguet caput meum;* in hoc ſigno clementiam rectoris noſtri abundantem, et illius patricii laſciviam latentem perpendo. Namque is apoſtolicae ſedis deſtructor, muneribus ſuis et promiſſionibus phaleratis regem a Deo conſtitutum propalam ſaepe honorificavit, ſed imperatoriae dignitatis faſtigium hunc adſcendere multum timuit, omnimodisque id prohibere clam tentavit. Quia ſicut beatus aſſerit Gregorius: *Terrena altitudo confunditur, cum celſitudo coeleſtis aperitur.* Rex etenim noſter, quamvis homo eſſet, zelum Dei habuit, et ſanctarum violentas praedationes eccleſiarum fortis armatus vindicavit; hancque benignitatem niſi coelitus ſibi praeſtitam, non habuit iſte, terrenus et naturae et actibus 79), voragine coenulenta traxit in praedam, quod multorum devota manus ad aram Apoſtolorum pro peccatis congeſſit in hoſtiam: qui cum non longe poſt obiret, duplici ultione, ut vereor, confunditur, et domino papae ſecuritas, regique noſtro amplior poteſtas aperitur.

Amplius progrediar diſputando, regisque *Ruſcorum Uulodemiri* actionem ini- An. 1013.
quam perſtringendo. Hic a Graecia ducens uxorem *Helenam* nomine, Tertio Ottoni A. S.
deſponſatam 80), ſed ei fraudulenta calliditate ſubtractam, Chriſtianitatis ſanctae fidem eius hortatu ſuſcepit, quam iuſtis operibus non ornavit. Erat enim fornicator immenſus et crudelis, magnamque vim Danais mollibus 81) ingeſſit. Hic tres habens filios, uni

79) *terrenus et naturae et actibus.* Hoc ego non intelligo. Librarius fortaſſe ſcribere voluit vel debuit: *natura et artibus. Wa.*

80) *Ottoni deſponſatam.* Ottoni III. Imperatori coniugem patris exemplo in domo imperiali Byzantina quaerere viſum eſt, miſitque anno 995. Conſtantinopolin epiſcopos, Placentinum et Wirciburgenſem, qui filiam Conſtantini in matrimonium peterent, quae tamen legatio, incertum, qua de cauſa, optato caruit effectu. v. Annal. Hildeſ. ad h. a. Huc pertinere videntur ea, quae h. l. Ditmarus de Vlodemiro, Ruſſorum rege dicit. Sed manifeſtus eſt error, neque enim Helenam, ſed Annam, Baſilii et Conſtantini ſororem in matrimonio habuit Vlodemirus; idque connubium iam ann. 998. adeoque diu ante illam legationem contractum notavit *Pagius* ad ann. 987. num. 6. *Urs.*

81) *mollibus.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *imbellibus. Urs.*

Digitized by Google

uni eorum Bolizlani ducis nostrique persecutoris filiam in matrimonium duxit, cum qua missus est a Polenis *Reinbernus* praesul *salsae Cholbergiensis.* 82) Ille in pago *Hassegun* dicto natus liberalique scientia a prudentibus magistris educatus 83), gradum episcopalem ascendit, ut spero dignus. Quantum autem in cura sibi commissa laboraverit idem, non meae sufficit scientiae, nec etiam facundiae. Fana idolorum destruens incendit, et mare daemonibus cultum immissis quatuor lapidibus sacro chrismate perunctis, et aqua purgans 84) benedicta, novam Domino omnipotenti propaginem in infructuosa arbore, id est, in populo nimis insulso sanctae praedicationis plantationem eduxit. Vigiliarum et abstinentiae ac silentii assiduitate corpus suum affligens, cor ad 418
speculum divinae contemplationis infixit. Quem praedictus Rex audiens, filium suimet hortatu Bolizlavi tacito relucturum sibi, cepit cum eodem et uxorem, et in singulari custodia claudit. In qua pater venerabilis, quod in aperto fieri non potuit, in secreto studiosus in divina laude peregit. Hic cum se lacrimis assiduaeque orationis ex corde contrito prolatae hostia, summo sacerdoti reconciliaret, ex arto corporis carcere solutus ad libertatem perennis gloriae gaudens transiit. Praefati vero regis nomine potestas pacis iniuste interpretatur, quia non illa, quam aut impii invicem tenent, vel habitatores huius mundi possident, quae semper nutat, pax vera dicitur; sed ille solum ea specialiter utitur, qui omnem animi suimet motum componens, regnum Dei patientiae vincentis angustiâ solatio promeretur. In coelesti securitate sedens episcopus ille ridet viri minas iniusti, et castitate gemina potitur, ac fornicatoris illius ultrices flammas speculatur; quia nostro doctore Paulo teste, adulteros iudicat Deus. Bolizlauus autem haec omnia comperiens, in quantum potuit vindicare non desistit. Post haec rex ille plenus dierum obiit, integritatem haereditatis suae duobus relinquens filiis, tertio adhuc in carcere posito, qui postea elapsus coniuge ibidem relicta ad socerum fugit. Rex praedictus habuit lumbare venereum, innatae fragilitatis maius augmentum; sed magister nostrae salutis Christus cum lumbos, luxuriae nocentis abundantia refertos praecingi iuberet nostros, continentiam, et non aliquod provocamen 85), innotuit. Et quia de lucerna ardente a praedicatoribus suis rex praefatus audivit, peccati maculam peracti assidua elemosynarum largitate detersit. Scriptum est enim: *facite elemosynam, ac omnia sunt vobis munda.* Hic cum iam decrepitae aetatis esset, regnumque diu haberet praedictum, obiit, sepultus in Cuieuoa 86), civitate magna, et in ecclesia Christi martyris et Papae Clementis iuxta praedictam coniugem suam, sarcophagis

82) *salsae Cholbergiensis.* Ann. Saxo: *Salsecolbergensis.* v. supra ad Lib. IV. *Urs.*

83) *educatus.* Cod. Brux. *edoctus.* — Paulo post *cultum.* Cod. Br. et Ann. Saxo *sacratum.* *Urs.*

84) *aqua purgans.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *spargens aquam benedictam.* *Urs.*

85) *provocamen, innotuit.* Obscuraverat Reineccius: *ne aliquid provocamur.* Provocamen ponitur pro illecebris et lenociniis cupiditatum vel vitiorum. Ann. Saxo habet etiam provocamen. *Urs.*

86) *Cuieuoa. Kiovia, Kiew, Kiow* urbs in Moscovia occidentali cum amplo territorio ad amnem *Dnipr* sita. *Urs.*

Digitized by Google

gis eorundem, in medio templi palam ſtantibus. Cuius poteſtas 87) inter filios dividitur, Chriſtique eloquium in omnibus affirmatur. Namque vereor id ſubſequi, quod vox veritatis pronuntiat compleri, dicit enim: *omne regnum in ſe ipſum diviſum deſolabitur* etcetera; quam ut mutare in his partibus velit Deus ſententiam, omnis Chriſtianitas oret. Quia nunc paululum declinavi, redeam, quae in praedicto evenerint anno, ſuperius indiscuſſa ſuccincte aperiens.

Curtis pars maxima imperialis in Palithi, et in Traiectenſi civitate maior eccleſia An. 1017.
cum omnibus *Ethelbaldi* praeſulis manſionibus, ac cum *Ilburg Thiedrici* comitis urbe, A. S.
caſu accidente, combuſta eſt. Imperator autem a Bavanberg discedens ad Uuirciburg primo, deindeque 88) ad *Froncanuordi* venit, ibidemque nativitatem dominicam feſti- An. 1018.
vis peregit gaudiis. Sed ne huius nominis autoritas te lectorem amplius lateat, ſicut A. S.
a credibilibus viris audivi, ſic adnunciare cupio tibi. Regnante Karolo Imperatore magno, Pippini regis filio, bellum fit 89) inter ſuos et praedeceſſores noſtros, in quo certamine Franci a noſtris devicti, cum flumen, *Moin* dictum, ſine aliqua vadi certitudine palantes transire cogerentur, cervam praecedentem, et divina miſeratione quaſi viam eis demonſtrantem, ſubſequuti, optati littoris ſecuritate potiuntur laeti. Inde locus hic Francorum dictus eſt vadum. 90) In illa expeditione Caeſar cum ſe iam ab hoſtibus ſuperatum eſſe cognosceret, praeceſſit talia fatus: *Carius mihi eſt, ut populi exprobrantes dicant, me hinc fugiſſe, quam hic occidiſſe; quia, dum vivo, iniuriae pondus illatae vindicaturum me ſpero.* Anno dominicae incarnationis DCCC. 91) praedictus Caeſar Karolus ad ſuae virtutis et bonae operationis deaurationem in una die VIII. episcopatus in Saxonia Chriſto ſubdita diſpoſitis ſingularibus parochiis conſtituit. 92)

Qua-

87) *poteſtas.* Cod. Brux. *regnum.* *Urs.*

88) *deindeque.* Sic recte Cod. Dresd. non uti ante me viderat perperam Urſinus: *denique.* *Wa.*

89) *bellum fit.* Editores haud recte *fuit.* *Urs.*

90) *Francorum dictus eſt vadum.* Casp. Sagittarius in hiſt. Francofurti e Msto edita a F. C. Moſero Vol. 6. *der diplomat. und historischen Belustig.* p. 7. his adiecit teſtimonia Ottonis Friſingenſis, Guentheri Ligurini et Gobelini Perſonae. „Verum, addit, uti certum eſt Francofurti etymon, ita incertum eſſe reor, quando primum hoc nomen uſurpari coeperit. Mihi „valde fit veriſimile, et nomen urbis et ipſam urbem Carolo M. vetuſtiora eſſe." Quam ſententiam argumentis corroborat non contemnendis. *Urs.*

91) *DCCC.* in Cod. Dresd. h. l. nonnulla verba penitus eraſa ſunt. Annal. Saxo fundationem horum episcopatuum ad ann. 782. refert p. 151. *Urs.*

92) *conſtituit.* Leibnitius editioni ſuae e Cod. Brux. h. l. multa inſeruit, quae fundationem, donationes et alia coenobii Corbeienſis concernunt, quae tamen in Dresd. fruſtra quaeras. Libet tamen et haec apponere: *cuius* (Caroli) *filius, dominus Ludovicus electis probatiſſimis monachis de Gallia cum venerabili viro Adelhardo datis reliquiis Sancti Stephani protomartyris Corbeienſe coenobium ipſe conſtruxit, et dedicari fecit. Ipſe vero Caeſar ad ipſum coenobium tradidit donationes, abbatias, ſcil. Eresburg, Meppiam et multa praedia in aquilone. Villam quoque Huxeri cum omnibus terminis ſuis. Huius quoque filius Ludovicus*

Digitized by Google

An. 1017. A. S. Quatuor naves Venetorum magnae diversisque pigmentis 93) refertae naufragium sunt in praedicto anno perpessae, et, ut praedixi, in occiduis partibus, raro antea quiescentibus, pacifica, Deo gratias! manebant cuncta. Et *Ekkihardus* confrater meus, sancti Iohannis baptistae monachus in Magadaburg paralitico depressus morbo loquelam perdidit. In Bauuariorum confinio atque Mararensium quidam peregrinus, nomine *Colomannus*, ab incolis, quasi speculator esset, capitur, et ad professionem culpae, quam non meruit, diris castigationibus compellitur. Ille cum se nimis excusaret, 419 pauperemque Christi se sic vagari affirmaret, in arbore diu arida innocens suspensus est. 94) Nam caro eius a quodam postea paululum incisa sanguinem fudit, ungues ac capilli crescebant. Ipsa quoque arbor floruit, et hunc Christi martyrem esse monstravit. Hoc marchio Heinricus 95) ut comperit, corpus eiusdem in *Mezilecun* 96) sepelivit.

Incipit libellus II. Heinrici Imperatoris secundi. 97)

Chro-

cus iunior tradidit abbatiam Fisbeke, decimas quoque cum decimalibus ecclesiis in episcopatu Osnabrugensi, et piscationem in Wesera, quae dicitur Hocwar, quae iam superius dicta sunt. In hoc coenobio primo monasterica disciplina in Saxonia floruit, et postmodum pluribus in locis patriae, quorum omnium Corbeia non immerito caput et mater, et quodammodo totius patriae decus cum Sancto Vito habetur, qui ex quo venit in hanc patriam, ex eo Saxonia in Teutonico regno principatur, quia eius precibus apud Deum et meritis in omnibus, ut speramus, adiuvatur. Accurate cum his concordat Ann. Saxo ad ann. 822. p. 186. *Urs.*

93) *pigmentis.* Vocem hanc *Fischerus in Gesch. des deutschen Handels* Th. I. p. 174. ex Petri Mauritii statutis monasterii Cluniacensis Lib. IV. c. 10. bene illustravit: *Statutum est, ut ab omni mellis ac specierum* (Spezereyen) *cum vino confectione, quod vulgari nomine pigmentum vocatur, omnes Cluniacensis ordinis fratres abstineant. Urs.* — cf. Eccardum in Francia Orientali T. II. p. 517. Bernhardus de vita et moribus religiosor. c. c. scribit: *vina delibuta melle, pigmentorum respersa pulveribus. Kind.*

94) *Suspensus est.* Librarius Cod. Bruxell. h. l. multa variat et propria admiscet. Variant quoque auctores de Colomanni morte. Breviarium Mellicense Metum et Baronius eam ad ann. 1012. referunt, sed Aventinus Lib. V. Annal. Boiorum in ann. 1014. posuit. *Urs.* — Pergit in textu Vrsinus vocula *Sed*, cuius loco ego, iubente Cod. Dresd. reposui *Nam*, quod referendum ad praecedens *innocens. Wa.*

95) *Heinricus*, qui Marchiam inter Ungaros et Bavaros tenebat. Ann. Saxo p. 448. Marchio Bavariae Orientalis. f. Austriae. *Urs.*

96) *Mezilecun.* Nisi omnia me fallunt, Mezilecun est nomen vetustum urbis, nunc vici, quem vocant *Melicium*, *Moelk*, in circulo Austriae supra nemus Viennense. Colomannum ibi a Marchione Henrico secundum Cod. Brux. *honorifice* sepultum, Scotum atque ex regia stirpe procreatum fuisse perhibent, inter Sanctos referunt, eiusque diem emortualem festum habent XIII. Octob. *Urs.*

97) *Incipit — secundi.* Ita Cod. noster in ultima linea pag. prior. 176.

Digitized by Google

Chronici Dithmari
Episcopi Merfepurgii
Liber octavus et ultimus.
De
Heinrico Imp. II.

Anno dominicae incarnationis millefimo XVIII°. indictione II. anno autem Domini Heinrici Imp. Augufti XVI°. Imperii autem IIII°. circumcifio Domini et Theophania in praedicta civitate (Francofurtenfi) ab eodem venerabiliter colebatur. 98) *Ecelinus* Longobardus quadrienni cuftodia VIII. Kal. Febr. folvitur; pofteaque iuffu fuo et affidua Bolizlavi ducis fupplicatione in quadam urbe *Budufin* dicta a Gerone et Arnulfo episcopis, et a comitibus Hirimanno atque Thiedrico pax facramentis firmata eft, et a *Fritherico* fuimet camerario, III. Kal. Februarii, non ut decuit fed ficut tunc fieri potuit, electisque obfidibus 99) acceptis, praefati feniores reverfi funt. Transactis autem quatuor diebus, *Oda*, Ekkihardi marchionis filia 100), a Bolizlauo diu iam defiderata, et per filium fuimet Ottonem tunc vocata, Cziczani 1) venit; et quia tunc nox erat, multis luminaribus accenfis, ab immenfa utriusque fexus multitudine fuscepta eft, ac nupfit duci praedicto poft Septuagefimam absque canonica auctoritate, quae vivebat hactenus fine matrimoniali 2) confuetudine, admodum digna tanto foedere.

In huius fponfi regno funt multae confuetudines variae, et quamvis dirae, tamen funt interdum laudabiles. Populus enim fuus more bovis eft pascendus, et tardi ritu afini

98) *colebatur.* Cod. Brux. *celebratur.* Tum pergit: *Ibi Ezelinus* etc. fed diem liberationis in Cod. Dresd. notatum defideramus in Bruxellenfi. Ceterum ea, quae Codices de Ezelino afferunt, Reineccius et Maderus neglexerunt, Leibnitius fub contexto allegavit, Dresd. habet in inferiori margine. *Urs.*

99) *obfidibus.* Cod. Brux. et Ann. Saxo addunt: *ab invicem.* Praeter Ditmarum nemo alius hanc pacis compofitionem notavit. *Urs.*

100) *filia.* fcil. Eccardi I. Marchionis Misnenfis e Suanehildi pregenita. *Urs.*

1) *Cziczani.* Priores editiones habent *Zizam.* In Cod. Dr. perfpicue legitur *Czizani.* Ann. Saxo *Zlcezane*, ab illo, quem Ditmarus fupra Lib. VI. et Lib. VII. Scicîani appellaverat, diverfum effe, et forfitan in nomine pagi *Zitzen* in circulo Luccavienfi Lufatiae inferioris reftat. *Urs.*

2) *matronali.* fic aperte Cod. Dr. Legerat Urfinus: *matrimoniali*, fortaffe rectius et ufitatius, fed et illud ferri poteft. *Wa.*

Digitized by Google

asini castigandus, et sinē poena gravi non potest cum salute principis tractari. Si quis in hoc alienis abuti uxoribus, vel sic fornicari praesumit, hanc vindictae subsequentis poenam protinus sentit. In pontem mercati is ductus per follem testiculi clavo affigitur, et novacula prope posita, hic moriendi, sive de his absolvendi dura electio sibi datur. Et quicunque post Septuagesimam carnem manducasse invenitur, abscisis dentibus graviter punitur. Lex namque divina in his regionibus noviter exorta, potestate tali melius quam ieiunio ab episcopis instituto corroboratur. Sunt etiam illi 3) mores alii his multo inferiores, qui nec Deo placent, nec indigenis, nil nisi ad terrorem prosunt, quos in superioribus ex quadam parte comprehendi, nec opus esse autumo, de hoc amplius disserere, cuius nomen et conversatio, si Deus omnipotens vellet, satius nobis lateret. Omne hoc, quod pater suus et iste nobis in coniugio ac familiaritate magna copulati sunt, plus damni subsequentis quam boni praecedentis attulit, ac in futuro infert; quia etsi pace simulata nos ad tempus diligat, tamen per secretas tentationum varietates nos a charitate mutua, a libertate innata deducere, et si quando tempus ei ac locus contigit, in perniciem apertam assurgere non desistit. In tempore patris sui, cum is gentilis esset, unaquaeque mulier post viri exequias sui igne cremati, decollata subsequitur; et si qua 4) meretrix inveniebatur, in genitali suo turpi et poena miserabili circumcidebatur, idque, si hic dici licet, praeputium in foribus suspenditur, ut intrantis oculus in hoc offendens in futuris rebus eo magis sollicitus esset et prudens. Lex dominica huiusmodi praecepit lapidari, et parentum nostrimet carnalium institutio tales hortatur decollari. 5) Apud modernos autem, quia libertas peccandi plus iusto atque solito ubique dominatur, plusquam compressa ancillarum multitudo, quaedam pars matronarum, cupidine venerea pruritui noxio sub scalpente, marito vivente nunc moechatur, et in hoc eis non sufficit, sed hunc per adulterum morti furtiva consiliorum conspiratione 6) tradit, et posthaec, malum caeteris exemplum, eodem post publice sumto, proh dolor! potestative abutitur. Legalis earundem senior abominabilis repudiatur, et miles eiusdem ab his, ut *Abo* 7) dulcis et *Iason* mitis praeponitur. Hoc quia nunc poena gravis non ulciscitur, de die in diem pro consuetudine nova 8), ut vereor, a multis excolitur. O! vos sacerdotes Domini, viriliter assurgi-

3) *illi.* scil. Poloniae Duci Bolislavo. *Urs.*

4) *Si qua.* Vocula quam editt. non habent, non deest in Dresd. *Wa.*

5) *decollari.* Quocirca paena adulterii capitalis, quam Elector Saxoniae Augustus sanxit, teste Ditmaro legibus Saxonum antiquissimis nititur. cf. Leyseri Meditatt. ad Pandectas spec. 576. *Urs.*

6) *consiliorum conspiratione.* Cod. Dresd. habet *consilium spiratione*, cum compendio tamen scribendi. Editores *consilium* plane omiserunt, et poterat abesse. *Spiratione* nihili est, et recte Urs. fecisse videtur, qui consiliorum conspiratione reposuit. *Wa.*

7) *Abo.* Cod. Brux. habet *Absalon*, minus accurate. Nomen *Abo* in Cod. Dresd. rasuram habet; (antea enim adfuit *amabo*, quod sine sensu est) menti vero Ditmari obversatus est *Abro*, Graecus libidinosus, cuius vita dissoluta in proverbium abiit. v. Erasmi Adagia p. 1176. edit. Wechelianae 1599. *Urs.*

8) *consuetudine nova.* Cod. Brux. *mala.*

Digitized by Google

ſurgite, et hanc nuper exortam filicem, nulla re id impediente, ſaepius acuto vomere radicitus extirpate. Vos quoque, Laici 9), nolite talibus auxiliari. Liceat Chriſto coniugatis innocenter vivere, erutisque ſupplantatoribus his indeficienti pudore in perpetuum gemere. Deſtruat illos adiutor noſter Chriſtus potenti ſpiritu ſancti oris ſui, niſi reſipiscant, et dispergat magna illuſtratione ſecundi adventus ſui. Et nunc de his iſta dixiſſe mihi ſufficiat, quia de praeſati Ducis infortunio res quaedam narranda reſtat.

Habuit hic quandam urbem in confinio regni ſuimet et Ungariorum ſitam, cuius erat cuſtos *Procui* ſenior, avunculus regis Pannonici, a ſuis ſedibus ab eodem, ut modo antea, expulſus. Qui cum uxorem ſuam a captivitate non poſſet abſolvere, gratuito 10) nepotis ſui, quamvis inimici, ſuscepit eam ex munere. Nunquam audivi aliquem, qui tantum parceret victis, et ob hoc in civitate ſuperius memorata, ſicut in caeteris, ſedulam Deus eidem conceſſit victoriam. Huius pater erat *Deuiux* nomine admodum crudelis et multos ob ſubitum furorem ſuum occidens; qui cum Chriſtianus efficeretur, ad corroborandam hanc fidem contra reluctantes ſubditos ſaeviit, et antiquum facinus zelo Dei exaeſtuans abluit. Hic Deo omnipotenti, variisque Deorum illuſionibus immolans, cum ab antiſtite ſuo ob hoc accuſaretur 11), divitem ſe et ad haec facienda ſatis potentem affirmavit. Uxor autem eius *Beleknegini*, id eſt, *pulchra domina* Sclavonice dicta, ſupra modum bibebat, et in equo more militis iter agens, quendam virum iracundiae nimio fervore occidit. Manus haec polluta fuſum melius tangeret, et mentem veſanam patientia refrenaret. 12)

In illo tempore Luitici in malo ſemper unanimes *Miſtizlauum* 13) ſeniorem, ſibi in priori anno ad expeditionem imperatoriam nil auxiliantem, turmatim petunt, plurimamque regni ſuimet partem devaſtantes, uxorem ſuam et nurum effugare, ac ſemetipſum intra *Zuarinae* civitatis munitionem cum militibus electis colligere cogunt. Deindeque maleſuaſa ſuimet calliditate per indigenas, Chriſto ſeniorique proprio rebelles, a paterna haereditate vix evadere hunc compellunt. 14) Haec abominabilis praeſumtio fit menſe Februario, qui a gentilibus luſtratione et muneris debiti exhibitione venerandus, ab infernali deo Plutone, qui Februus dicitur, hoc nomen accepit. Tunc

9) *Laici.* Cod. Br. Religioſi. Statim poſt pro *auxiliari* idem Cod. *ſovere*, et paucis verſiculis interiectis, pro *deſtruat illos* idem exhibet: *deſtruat has peſtes.* *Urs.*

10) *gratuito.* Vitioſam et non latinam Cod. Dresd. lectionem *gratuitu* delevi, ſuadente Cod. Brux. qui habet *gratuito — munere.* *Wa.*

11) *accuſaretur.* Leibnitius e Cod. ſuo *argueretur.* *Urs.*

12) *refrenaret.* Variatur haec ſententia in Cod. Brux. non inepte: *Haec inceſta manus fila de fuſo melius traheret, quam gladium e vagina traheret* etc. *Urs.*

13) *Miſtizlavum.* Errorem h. l. commiſit Ditmarus, princeps enim Obotritarum *Miſtevoi.* Io. Lud. Levin. Gebhardi Orig. duc. Meclenburg. p. 18. *Wed.*

14) *compellunt.* Miſtizlaus Bardovicum in Saxoniam confugit, in quo exilio et mortuus, teſte Helmoldo Lib. I. c. 16. *Urs.*

Digitized by Google

Tunc omnes ecclesiae ad honorem et famulatum Christi in his partibus erectae, incendiis et destructionibus aliis cecidere, et quod miserabillimum fuit 15), imago Crucifixi truncata est, cultusque idolorum Deo praepositus erigitur, et mens populi istius, qui *Abotriti* et *Uuari* 16) vocantur, ut cor Faraonis ad haec induratur; libertatem sibi more Luiticio nota fraude vendicabant, sed cervicem suam suavi iugo Christi excussam oneroso diabolicae dominationis ponderi sua sponte subdiderant, meliori prius patre ac nobiliori domino in omnibus usi. Hanc debilitatem suam membra Christi defleant, et hoc capiti conquerantur suo, assidua voce mentis hoc in melius mutari poscentes, et ex parte sua in quantum fieri possit, haec perdurare non patientes. *Bernardus* 17) confrater Parthenopolitanus, et apostatae 18) istius gentis tunc episcopus, id ut primo comperit, non secularis suimet damni, sed potius spiritualis, immenso dolore commotus, Imperatori nostro id nunciare non desistit. Hac legatione audita Caesar graviter suspirat, sed de talibus respondere ad pascha differt, ut cum prudenti consilio hoc annulletur, quod infausta conspiratione conglutinatur. Hoc votum et salutare secretum 19) Deus omnipotens secundet. Nullius fidelis cor ob hanc infelicitatem in aliquam. desperationem veniat, vel diem iudicii appropinquare dicat, quia secundum veridici admonitionem Pauli ante dissensionem 20), et Antichristi execrabilem adventum non debet e talibus aliquis oriri sermo, nec inter Christicolas subita venire commotio, cum eorundem unanimitas esse debeat in summis stabilitas. Nutet, in quantum velit, mortalis diversitas, et morum eiusdem multiformis inaequalitas. Omnis homo flos agri debet a matre ecclesia prius renasci in innocentiam salvatoris Christi, et tunc timenda est improvisa importunitas, cum ubique nunciatur pax firma ac tranquillitas. Et propter hoc semper admonemur, ut simus solliciti ac pervigiles, cum non valemus esse certi de futuris, ac in nostra fragilitate durabiles. Nemo ultimae diei adventum aut venire diffidat, aut celeriter contingere exoptet; quia timendus est iustis, ac multo magis corrigibilibus 21) cunctis.

Iam

15) *miserabillimum fuit.* Cod. Brux. *et quod maxime miserandum est — detruncatur.* Haec de imagine Christi in editt. Reinecciana et Maderiana desunt. *Urs.*

16) *Uuari.* In Cod. Dresd. legimus non *Wagri* sed *Uuari.* Est enim utraque gens Slavica, maxime tamen inter se diversa; *Wagri* s. *Warini* et apud Helmoldum *Warnavi*, terras circa Gustroviam, Buzoviam, Rostochium cet. incolebant. cf. Chron. Gottwic. T. I. p. 843. et Grupenii Orig. Germaniae P. II. p. 252. *Urs.*

17) *Bernhardus. Bernardus episcopus in Slavis*, ut est in Necrologio vel episcopus Meclenburg: mortuus 13. Aug. 1023. *Wed.*

18) *apostatae.* Corrupte Reinecc. et Maderus, et ipse Leibnitius: *a potestate istius gentis. Urs.*

19) *secretum.* Cod. Brux. *decretum.*

20) *dissensionem.* Loco eius in Cod. Brux. haec arguta lectio exstat: *ante discessionem Romani imperii*, quae sine dubio clariss. abbatis Ioachimi vaticinia respicit, de quibus Wolfii Lectt. memorab. T. I. plura dabit. *Urs.*

21) *corrigibilibus*, i. e. qui correctione adhuc indigent. *Urs.*

Digitized by Google

Iam declinabo ab his, et loquar Imperatoris nostri prosperitatem nuper sibi exortam. Avunculus namque suus Burgundiorum Rex *Rothulfus* coronam suimet et sceptrum cum uxore sua et privignis ac optimatibus universis sibi concessit, reiteraturque sacramenti confirmatio, actumque est illud Magonciae; et in praedicto mense prodigium fit in *Malacin* XIII. Kal. Marcii 22): mense autem eodem et XVII. Kal. Aprilis magna fit in *Niumagun* synodus, et nepos meus *Oddo* 23) et uxor eius *Irmirgerd*, consanguinitate proxima iniuste diu coniuncti, ob inobedientiam continuae vocationis excommunicati sunt; cooperatores vero eorum ab episcopis vocantur suis ad satisfactionem. Ibi constitutum est antiquo exemplari perlecto, ut corpus Dominicum ad sinistram, ad dextram partem (sacerdotis) calix poneretur. 24) In tempore illo Mediolanensis archiepiscopus obiit, et praepositus eiusdem ecclesiae *Hiribertus* successit. In Anglis triginta navium habitatores piratae a rege eorum, *Suenni* regis filio Deo gratias! occisi sunt; et qui prius cum patre huius erat invasor et assiduus destructor pro-
421 vinciae, nunc solus sedit defensor, ut in Libycis basiliscus arenis cultore vacuis. In hac quadragesima et in episcopatu meo quidam fratrem suum, proh dolor! occidit. Imperator autem in praedicto loco [Niumagun] palmas et sanctum pascha celebravit; quia *Baldricum* de nece Uuigmanni comitis nil se excusantem legitime cum suis conspiratoribus recalcitrare comperit. [*Uuolkmarus* abbas *Fuldensis* et *Larsemensis* obiit.] 25) In diebus illis sol ante suimet occasum nonnullis dimidius prodigiose apparuit. Interim dum fama velox aliquid novi ad scribendum deferat, mihi hominum vitam piorum, quam ego culpabilis et obliviosus nimis superius dicendam praeterivi, explanare nunc ardeo.

In temporibus regis Heinrici 26) fuit quaedam solitaria *Sisu* 27) vocata, in loco *Thrubizi* dicto 28), immensae pietatis, ac per hoc mihi ineffabilis. Quae iam adulta cum a quodam desponsaretur, tempore maximi Ottonis, ad Christum, quem inprimis fidei speciale signaculum in corde prae omnibus infixit, concito cursu properavit, ac in praedictae secreto civitatis annos sexaginta IIII. coelesti sponso se virginem castam conatur offerre, ac immaculatam se plus quam fragilitas humana permisit, custodire studuit.

22) *Malacin.* Supra Lib. VI. teutonico nomine *Eglsdorf* s. *Eisdorf* nominatur. Pro XIII. Kal. *Marcii* editiones perperam: XIII. Kal. *Aprilis*. *Urs.*

23) *Oddo.* Ann. Saxo: quidam de primoribus Francorum.

24) *calix poneretur.* Reinecciana haec ex perantiquo quodam rituali Romano, a manu secunda in margine scripta, nescio quare, omisit. Cod. Brux. eadem refert, quae tamen emendatione in nonnullis egent. Ann. Saxo conspirat cum Cod. Dresd. Causas antiqui huius statuti notavit Gobelinus Persona p. 259. *Urs.*

25) *Uuolkmarus — obiit.* Codex Dr. huius viri obitum nonnisi in margine narrat. *Wa.*

26) *Henrici*, sc. Primi, vulgo Aucupis nominati. *Urs.*

27) *solitaria Sisu.* In Necrologio uno die prius: *XIIII. Kal. Martii Sizu inclusa.* *Wed.*

28) *Thrubizi.* Ditmari aetate hic locus oppidum fuit in tractu episcopatus Cizensis, nunc in pagum redactus *Traubis* Ann. Saxo p. 444. nominat *Trabike.* *Urs.*

studuit. In tanto namque spatio nunquam foco durum frigus resolvebat aliquo, sed hoc maximum eidem erat temperamentum, quod lapide paululum calido pedes vel manus pene tunc deficientes refocillaret. Haec assiduis orationibus et intermixtis fletibus cellam suimet interius ornavit, exterius autem populo confluenti crebra institutione et necessaria consolatione multum profuit. Vermes se iugiter comedentes non abiecit, sed cadentes reposuit 29), vice monachi Simeonis in columna diu stantis. Quicquid illa de oblatione populi continua suscepit, sibi subtrahens Christique pauperibus largiter impertiens, peccata offerentium redemit. Pia fuit haec matri meae, et memoriam sui firmiter promisit proli subsequuturae. In agone huius titubantis seculi haec contendens, ab illicitis omnibus abstinuit, non pro recipienda corruptibili gloria, sed pro florigera coelestis bravii corona, quam XIII. Kal. Marcii promeruit divinitus indui. In nocte illa, qua Christo amabilis lampas stelliferum locata est in axem, dormivi peccator in dormitorio in Magadaburg, et testis mihi sit Deus, quia non mentior, vidi per somnium ante matutinam, quod duo pueri de antiquo, quod adhuc ibidem stabat, aerario procederent cantantes antiphonam hanc: Martinus Abrahae sinu laetus recipitur etc. Infantes hi geminam eiusdem innocentiam et praemium pronunciabant; in pietate sua et paupertate spiritus ac humilitate hoc totum fuit, et quod sequitur, promeruit. 30) Et hoc tunc fratribus nunciavi meis, pro certo, inquiens, scitote, quod anima Deo cara de hac luce nunc est separata. Post dies sex intimatum est nobis, quod sicut visum est mihi, vere Dei famula transiret e carcere carnis. Confratris mei memoriam *Bernarii* modo aggrediar, qui familiaritate sua mihi exhibita, apud me caritatem bonam, et si aliquatenus ei profuisset, mentionem promeruisset sedulam. Hic carnis propinquitate consanguineus, et quod nunc est maximum, amicitia fuit mihi coniunctus. Tertio Ottoni valde charus erat, quia sibi et amitae eius venerabili Matildi abbatissae fideliter serviebat 31); quicquid in *Salbozi* 32) villa in beneficium habuit, in praedium ab his acquisivit. Athelberto archiantistiti suisque successoribus usque in dominum Geronem servivit; et apud eosdem dignam retributionem suscepit. Tandem infirmitate gravatur et Deo omnipotenti, quem semper prae omnibus amavit, coniungitur. In cuius amore ac venerando honore ecclesiam in acquisita proprietate praedicta construxit, et hanc ad benedicendam me indignum vocavit. Ante cuius consecrationem volumen longum facinoribus suis inscriptum, ac prius caeteris confessoribus

29) *cadentes reposuit.* Ita inde a voce *Vermes* uterque Codex, et Brux. et Dresd. sordidam hanc sanctitatem celebrant. Taeduit, puduitque Reineccium, qui eam ex editione sua proscripsit. Sed memoriam eius servavit etiam Ann. Saxo, nec omisit Leibnitius. *Urs.*

30) *promeruit.* Haec in Cod. Brux. sic leguntur: *Infantes geminam eius innocentiam et primum pronuntiabant, scil. pietatem in paupertate spiritus, et humilitatem cordis, et quam promeruit armoniam coelestem.* Reineccius etiam haec, ut multa, margini adscripta, quae sibi displicerent, omisit. *Urs.*

31) *serviebat.* Corrupta est lectio editionum: Matildi fideliter abbas serviebat. *Urs.*

32) *Salbozi.* Forte *Salza* non adeo longe a Magdeburgo dissita. Sed probabilius Meibomius in Chron. Walbecc. p. 36. villam *Salbke* ad Albim inter Magdeburgum et Salzam sitam intelligit. *Urs.*

Digitized by Google

bus suis ostensum, mihi aperuit, et coram me gemens legit, et a me supplex indulgentiam postulavit. Hanc epistolam 33) sumsi, et absolutionem commissi divina potestate huic feci, cumque eodem die, id est, XVI. Kal. Aprilis, quia tunc erat annua dies sui patris, praedictam consecrarem ecclesiam, supra buxidem 34) reliquiis sanctorum refertam praenominatum posui breviarium, ut eorum assiduo interventu, vera flebiliter confitenti remissio fieret, et diu optata abolitio. Hoc nunquam vidi aliquem fecisse vel audivi; sed quia infirmitatem meam huic nil prodesse timui, ad sanctos intercessores confugi. Posthaec vixit pater venerabilis tredecim hebdomadas, XVI. Kalend. Iunii, exoptans resolvi. Insuper pii abbatis *Alfkeri* 35) quandam actionem egregiam in exemplum imitabile profero. Hic praeter caeteras virtutes suas hoc in usu habuit, quod nomen suum super altare quodlibet scripsit, et dum ipse missam caneret, in tantum flevit, ut maxima pars corporalis humectaretur, nil haesitans, quod sic scriptum est: lacrimae pro peccatis cordetenus effusae divinam non modo poscunt veniam, sed etiam impetrant; et ut eo liberius coeleste suffragium implorare sibi valuisset 36), cunctis debitoribus suis misericors fuit. Heu mihi indigno sacerdoti, hos praedictos fratres qui in nullo unquam assequutus fui! Bonorum exempla multorum legi ac persaepe vidi, sed menti meae haec non apposui; tentationibus vanis, quibus resistere de-
422 bui, voluntarie ac non fortiter reluctando succubui; quibus prodesse debui, proh dolor! plus nocui, et ut optimi arcanum thesauri crimen meum semper celavi. Non est opus, lector, vel mihi care successor, ut varii favore vulgi de mea proficuitate credas, sed assiduo oraminis ac elemosynarum medicamine mihi diu foetenti succurrens, de faucibus voracis lupi me dilaniatum eripias. Ego conscius mihi multo credibiliora tibi quam aliis indico. Sunt namque nonnulli, quos leniter iniuste tractavi; cumque hi pro meritis a te corripiuntur, quid mirum, si ex mea parte aliquid fraudulentum 37) sonant. Sis inter detractatores meos ac laudatores varios medius, et apud Deum suffragator assiduus. Scio, quod, sicut mos communis est, multum tibi ex me displicet, quod ut in melius vertatur, Deo et hominibus placet. Quicquid in permisso contraxi vel

33) *epistolam* — et lineis aliquot interiectis *breviarium:* Pro his Cod. Brux. bis ponit *paginam. Urs.*

34) *buxidem.* Buxis formata videtur a pyxis, quare Reineccius in eius locum substituit. Significat arculam sive capsulam nunc eburneam, nunc argenteam, nunc ex ligno confectam, in qua reliquiae Sanctorum ponebantur, quatuorque crucibus cum chrismate factis, in capella, s. sepulchro, quod proprie sic dictum foramen quadrangulum erat in mensa altaris lapidea incisum, recondebatur cum tribus granis thuris, schedulaque pergamena nomine consecratoris, interdum etiam fundatoris, dieque et anno consecrationis eius perscripta, et tandem sigillo altaris, i. e. parvo lapide claudebatur s. sigillabatur v. Durandi Rationar. Lib. I. c. 6. n. 34. *Urs.*

35) *Alfkeri.* Abbatis monasterii Bergensis ab ann. 1005. usque ad ann. 1009. v. Meibomii Chron. Bergense in T. III. Rer. German. p. 294. *Urs.*

36) *valuisset.* Reineccius a verbis apertis Codicis discedens: posuit *suffugium implorare sibi voluisset.* Leibnit. secutus est Reineccium, Cod. Brux. consentit cum Dresdensi. *Urs.*

37) *fraudulentum.* Sic Dresd. non *fraudulenter. Wa.*

Digitized by Google

vel feci tempore, scriptis affirmavi. Nec sis magni honoris tui elatior, cum sis in imposito pondere eo gravior. Rem commissi gregis cautus operator inspicias, et ut divina secularibus a te praeponantur, multum studeas. 38) Quae confratribus dedi meis spiritualibus, in quantum possis, auge, ac sub Christi testimonio rogatus nil minue. Hi sunt cooperatores sacri ordinis tui, et futurae adiutores spei. De laicis huc atque illuc titubare ac transferri volentibus pro possibilitate tua rogo in tantum sis sollicitus, ut non disperdatur clerus. Si diligenter tua custodis, Deum hominesque pios fautores habebis; sin autem, et subditos tibi perdis, et contrarietatem in hoc praesentem ac futuram contrahis. Audi me magistrum nimis indisciplinatum, et absque utili exemplo antecessorem tuum, libenter sustineas paupertatem in te 39), ut grex tuus dives fiat per te: sic fecit Christus nobis 40), ut ita faceremus ovibus suis. Noli erubescere de hac coram populo, ut fiducialiter stare possis coram Deo. Satis ingenuus erga hunc mundum fui, sed saepe propter meos; his, quibus ignotus eram, despectus apparui. Si quis nititur exaltari supra se turpi casu, ac sero dolenti, cadit infra se. Divites tuos cum honore, pauperes autem cum gratia tractes et bona caritate. Antiquum enim affirmat proverbium, quod hae cum magna semper incedant multitudine. Tuam pauperem familiam a summo pastore tibi commissam et a me vix congregatam custodi, et iniquis susurronibus de hac male persuadentibus piam non accommodes aurem. Tua res est parva, et vice maiorum nequaquam tractanda, ac multo satius est paulatim crescendo de die in diem ascendere, quam cum damno multorum te ad ultimum deficere. Tempora haec prioribus cunctis inferiora plus demunt, quam alicui addunt. Culpa gravi et paupertate dira 41) innatus honor et datus vilescit. Non rogo te, ut sis parcus, quia dedecus est; sed hoc ingemino, ne nimium largus [sis,] quia hoc nec consilium est, nec bene convenit. Cures etiam de peregrini anima *Godeberti*, multum nostrae utilis ecclesiae et de caeteris quam pluribus. Habes satis de libris, quos hic ab antecessoribus nostris collectos inveni, et insuper quos contraxi. In his magisterium salubre reperies, ac hos exaudi, et tunc potes salvari. Sanctorum reliquias et munda eorum receptacula cum aliis utilitatibus plurimis, tam in praediis, quam in mancipiis ego acquisivi; et ne te forsitan lateret, martyrologio inscripsi meo. Oportet autem tuam scire pietatem, regis nostri et Imperatoris Heinrici multiformem benevolentiam ecclesiae exhibitam nostrae, de qua partem quandam superius comprehendi, maiorem vero, quia indiscussam reliqui, nunc scribere tibi optimum duxi. Vide, ut in assidua recordatione tui sit renovator, et indeficiens auxiliator nostri. 42) Vae temporibus illis, in

38) *multum studeas.* Cod. Brux. *ubique fatage.* *Urs.*

39) *paupertatem in te.* Editiones habent *paupertatem vitae.* Sed Brux. uti Dresd. recte: Ditmarus enim sibi invicem opponit *in te* et *per te.* *Wa.*

40) *nobis.* Cod. Brux. addit *pastoribus.* Paullo post pro *erga hunc mundum* idem Cod. *secundum seculum fui.* *Urs.*

41) *dira.* Melius quam *dura* Codicis Brux. Aliquot versiculis interiectis: *cures de peregrini anima*, idem Cod. habet: *sit quoque commendata peregrini anima.* *Urs.*

42) *auxiliator nostri.* In margine fol. 182. duodecimum apparet Werneri episcopi nomen. *Urs.*

Digitized by Google

in quibus deest haec spes miseris et ecclesiae Merseburgensi! Nunc est maxime orandum, cui tunc est maxime plorandum. Haec etenim quae sequuntur ab eo percepit, et eo vivente multo his maiori gratuita augmentatione gaudebit. Iam enim disposuit in alta mente sua, qualiter eam sublimet dote varia. De antecedenti nunc dico, et perfectionem subsequuturam omnipotenti Deo, cui cuncta sunt praesentia, supplex committo. Et quia tempus non est, singulariter enarrare, quae praeceptis eiusdem confirmata poteris videre, haec sola assigno, quae auctoritate carentia in posterum forsitan peritura timeo. *Sanctae ac victorisissimae crucis partem cum caeteris sanctorum reliquiis, et altare aureum gemmis honorifice distinctum* 43), *et buxidem* 44) *auream lapidibus pretiosis ornatam, collectariumque cum impensis propriis et etiam nostris decoratum, cum duobus thuribulis ac argenteo bicario* 45), *larga manu Caesar nostrae dedit ecclesiae*, quod a nobis non modo est observandum, verum etiam augmentandum. Sed quia de melliflua eiusdem pietate satis dicere nequaquam sufficio, de sua conversatione, sicut proposui, ordinatim explicare studiosus anhelo. 46)

Ille annus, quo hunc attitulavi librum, nativitatis meae quadragesimus est, vel paulo amplius 47), in mense vero Aprili et V. Kal. Maii 48) decimus ordinationis meae introivit annus, et pridie in suburbio *Gnezni* archiepiscopi illius ecclesia cum mansionibus caeteris comburitur. 49) Et quia humana res omnis semper in dubio est, libet
423 evomere antidotum illud periculosum, quod miser dudum absorbui, et nimis mihi hacte-

43) *distinctum.* Iohanne Friderico Saxoniae Electore Lipsiam obsedente consiliarii eius bellici Vitus a Pappenheim et Fridericus a Thuenen circiter Kal. Ianuar. ann. 1547. tabulam hanc templi cathedralis Merseb. auream confregerunt, et secum Halam abstulerunt, teste Brotusio in Chron. Merseb. p. 581. *Urs.*

44) *buxidem.* Cod. Brux. *capsellam*, Reineccius *pyxidem.* *Urs.*

45) *bicario.* Bicarium est vas lavandis manibus. Post hanc vocem scriba Codicis spatium duorum fere versiculorum reliquit, fortasse, ut plura Imperatorum benefacta in Codicem referri possent. *Urs.*

46) *anhelo.* Iterum librarius Cod. Dresd. integram folii 184. paginam priorem reliquit vacuam et puram, quia in autographo Ditmari ita invenerat. Episcopus enim noster ultimis vitae annis Chronicon suum conscripsit, morte vero praeventus, quae de conversatione Henrici II. h. l. promittit, addere non potuit. *Urs.*

47) *quadragesimus vel paullo amplius.* Numerus aliquis hic excidit, et necessario legendum: *quadragesimus I. vel paullo amplius.* Dithmarus enim, uti ipse dicit, die 25. Iulii 976. natus, eodem die anni 1018. annum aetatis 42. agere coeperat. Quae alias de se vitaque sua narrat, ita accurate definita sunt, ut dicere non posset: *quadraginta et aliquot annos.* *Wed.*

48) *V. Kal. Maii.* Debet esse VIII. Kal. Maii, nam die 24. April. 1009. Dithmarus (cf. p. 356. Leibn.) Neoburgi in Palatinatu consecratus est. *Wed.*

49) *comburitur.* Haec a Reineccio omissa Cod. Brux. ita refert: *Pridie Kal. ipsius in suburbio Gnezini archiepiscopi illius ecclesia cum aedificiis caeteris exusta est.* Leibnitius textui inseruit. *Urs.*

Digitized by Google

hactenus id nocere perſenſi. In quadam curte mea *Heslinge* 50) vocata, nocte una cum requieſcerem, per ſomnum vidi turbam aſtare magnam, tunc de appoſita mihi telia aliquid manducare cogentem; et ego hos perſentiens eſſe inimicos, primitus contemſi, ad ultimum vero in nomine Dei patris me iſtud percipere reſpondi. Quod cum eis multum diſpliceret, et haec inviſa congregatio id aliter fieri non poſſe videret, quaſi gemens laudabat, quia me prorſus perdere conveniebat; et niſi tunc dominicum nomen invocarem, ſine perpetua ſalute manerem. Ex hac perceptione, ut mihi viſum eſt, omnigenarum ſpecie herbarum mixta 51), peſſimarum varietates cogitationum 52) ſumſi, quae etſi me in divinis laudibus maxime turbent, tamen auxiliante Deo, quem his praepoſui, ad opus infauſtum raro aut nunquam me perduxerunt. Sufficit autem iniquae eorum voluntati, quod aliquam putant in me portionem habere. Sic enim alio tempore iterum me ſignatum eminus hi vallantes 53): *Cuſtodiſti te,* inquiunt, *bene? et ego, me ita ſperare,* reſpondi, et ſubſequuntur: *ſed non ſic erit in fine.* Illorum minas nec timeo, nec blanditiis credo, quia haec cum auctoribus ſuis vanitas eſt. Commiſſi quantitatem mei admodum vereor, et veraciter id ſcio, quod talis fantaſia, quamvis corporaliter appareat, per ſe hominibus non noceat, ſed cum peccando faciem divinam a nobis avertimus, illorum veſanas manus nemini parcentes miſeri incidimus, et ab his protinus abſolvimur, cum aut ipſi convertimur, vel ab electis Dei viſitatione crebra fovemur. Si quis vero compos ſui meditatur in lege Dei, non hic a talibus appetitur, ſed potius timetur, non a ſe, ſed ex eius, quem is diligit, ſancta poteſtate; quia cuſtos eſt Deus omnium ſemet ex toto corde ſemper amantium. Ego peccator et fragilitatis meae per omnia conſcius, quia ſummis conſolationibus non innitor, quid mirum, ſi ab infimis quatior? Et haec idcirco dixi, ut tu lector mortalitate ac innata humanitate mihi conſimilis, in hoc conſenſu me graviter peccaſſe ſcias et adminiculis indeficientibus ſuccurras. Heu mihi miſero, qui in hoc ſeculo multos ſpiritualiter adiuvare debui, nec his proſum, nec me tueri poſſum! Unde autem praedicta tentatio mihi evenerit, fidelibus tuis auribus infundo. Multis hominibus a praedictorum vexatione hoſtium laborantibus ſubvenire ſtudui, et propter hoc ad inſidiandum mihi eosdem accendi vehementer, quamvis in malum proni ſint ſemper. Spero autem in Deum omnipotentem, ut non ad conſumendum me his tradat, ſed poſt purgationem diram clementer eripiat.

Menſe

50) *Heslinge.* Eſt vicus *Hesling*, iter unius horae ab abbatia Werden in comitatu Marcano ſeptentrionem verſus ſitus. *Urs.*

51) *mixta.* Editiones Reinecc. et Maderi habent eius loco asteriscum. Leibnit. ſub textu: *varia.* In Cod. Dr. charta pergamena perforata eſt, quo factum, ut librarius non ſatis perſpicue ſcriberet. Vocula, quam dedit, proxime accedit ad *muta*, quae cum ſenſu careat, quovis pignore contenderim, *mixta* eum in autographo iuveniſſe. *Wa.*

52) *cogitationum.* Corrupte Reinecc. et Leibnitius *congregationum.* *Urs.*

53) *vallantes.* Pravam Reineccii lectionem *nullantes* Leibnitius, Codice ſuo adiutus, exterminare debebat. *Urs.*

Digitized by Google

Menſe praedicto et XVIII. Kal. Maii *Gero* archiepiſcopus, et *Bernhardus* marchio in *Uuonclava* 54) reconciliati ſunt; et *Luidherdus* pater 55) obiit. *Godefridus* quoque dux et *Gerhardus* comes imperatoria poteſtate pacificati ſunt. *Bertoldus* autem *Munnae* civitatis invaſor imperatoriae poteſtati ſponte ſua cum ſuis fautoribus traditur, et eadem multorum poena protinus concrematur; et faciat dominus Rex pacificus, ut nunquam haec amplius elevetur. 56) Quam bene eſſet, ut habitatores regni illius ſemper unanimes in malo ad expletionem eius non haberent munimentum in aliquo! nunc autem ſunt proh dolor! horum ſitus locorum, ut expoſcunt mentes indigenarum. Imperator vero poſt longam inhabitationem a Niumagun diſcedens ſolemnes rogationum dies in Aquisgrani ſtudioſe celebrat; quibus transactis *Lambertus* ſanctae Conſtantienſis eccleſiae episcopus XVII. Kal. Iunii obiit. Hoc Caeſar cum pentecoſten in *Ingilenhem* ſummopere peregiſſet, comperiens, *Rotherdum* ſuimet capellanum praefecit; quibus expletis ſit magna in *Birgilun* 57) principum confluentia, ut ibi corrigeretur per iudicia, quod diu vitiatum eſt, populi iſtius negligentia et temeritas magna. Poſthaec *Oddo* comes praedictus in praeſentiam Imperatoris et *Ercanbaldi* archipraeſulis ſupplex veniens, iniuſtam uxorem ſuam tribus ſacramentis amiſit. *Baldericus* reconciliatur et promiſſio divina obliviscitur, et transactis diebus paucis, *Heinricus*, qui marcam inter Ungarios et Bauuarios poſitam tenuit, VIII. Kal. (Iulii) fortis armatus obiit. 58) Interea Caeſar ad *Baſulenſem* veniens civitatem, exercitu collecto in Burgundiam properat. Imperatrix autem ad dilectam ſibi *Capungam* veniens, monachicam ibi vitam ordinavit, indeque per Orientalem Franciam profecta, Bauuariam petiit, fratremque ſuum ducem *Heinricum* Ratisponae inthronizavit. 59) Menſe Iunio inaequalitas aëris hominibus multis eorumque utilitatibus diverſis admodum nocuit. Eadem tempeſtate eccleſia mihi indigno commiſſa, multum, mea id exigente culpa, ſuſtinuit damnum. Namque miſericors et patiens Deus noluit amplius inultum relinqui, quod crebra ſui caſtigatione nequivit prohiberi, percutiens eam in manſuetudine et non in ſuroris An. 1017. A. S.

54) *Uuonclava.* Oppidulum ducatus Magdeburgici *Wansleben*, hodie ſedes praefecti regii. Ann. Saxo p. 449. *Wanzleve. Urs.*

55) *Luidherdus pater.* Bernhardi Marchionis pater non Luidherdus, ſed Thiedericus Marchio fuit. Quisnam vero iſte Luidherdus ſit, nondum adhuc indagare potui. Nomen filii, uti arbitror, cuius pater hic nominatur, ipſum errori alicui deſcriptoris debetur. *Urs.*

56) *elevetur.* Cod. Brux. *aedificetur. Urs.*

57) *Birgilun. Burgelin, Buergeln* illo tempore civitas perantiqui Landgraviatus Thurgoviae, haud procul ab urbe Conſtantia, nunc pagus. *Urs.*

58) *Henricus — VIII. Kal. obiit.* Urſinus in verſ. Germ. p. 550. haud recte ſupplet *Iunii*, quod rationi temporum adverſatur, uti ex ipſis variantibus, quas Leibnitius attulit, lectionibus apparet. Henricus I. Marchio Auſtriae ex ſtirpe Bambergenſi obiit 23. Iunii (IX. Kal. Iulii) 1018. quem diem Necrol. Mellicenſe ap. Pezium T. I. p. 307. et Necrolog. Clauſtroneoburg. ib. p. 495. habent. *Wed.* — — Urſinus tamen vineta ſua ipſe caecidit in notula verſioni ſuae adiecta, ubi Henricum obiiſſe 24. Iun. (VIII. Kal. Iulii) 1018. didiciſſe ſe ait ex *Lud. Alb. Gebhardi geneal. Gesch. der erbl. Reichsſtände in Deutschland Th. 3. S. 159. Wa.*

59) *inthronizavit.* Annal. Saxo *in Ducatum reſtituit. Urs.*

furoris sui digna retributione; ministros utiles sibi haec perdidit, et facinus meum cotidie ingemiscit. In praedicto etenim mense dedecus magnum eidem ac mihi illatum 424
est ab hibrida *Athelberto*, qui curtem meam invadere, eamque frangere servili collectione praesumsit. Quid vero hos ad haec agenda inflammaverit, veraciter explicabo.

Secundi Ottonis larga benignitas cunctis pleniter arridens, quendam forestum inter Salam et Mildam fluvios, et *Siusili* ac *Plisni* pagos iacentem, nostrae concessit ecclesiae, temporibus *Gisileri* antistitis et *Gunteri* marchionis. 60) Post lugubrem vero nostrae sedis destructionem, regnante tunc tertio Ottone, *Ekkihardus* marchio *forestum* ad locum *Sumeringi* dictum acquisivit, et cum eodem nostrum commutavit. Renovator autem nostrae tunc dignitatis rex Heinricus cum maxima parte appertinentium, praesentibus cunctis optimatibus suis, et confratribus his *Herimanno* et *Ekkihardo*, id defendere non valentibus, iudiciaria lege hunc restituit. Cumque hic in nostro dominio ecclesiae plus quam duodecim annos staret, et hunc *Hirimannus* comes LX. mansis redimere ex mea potestate nullatenus valuisset, visum est ei, ut eum sibi et confratri super duorum proprietatem burguuardorum, *Rocheliti* ac *Titibutzien* 61), Imperatoris vendicarent praeceptis, sperans, antiquiorem nostram confirmationem diu esse abolitam. Quod cum mihi is aperiret, id nil proficere sensit. Namque in Magadaburg et in praesentia Imperatoris nostri praecepta utrisque 62) ostenduntur, et munera nostrimet in omnibus priora esse convincuntur. Tandem praedictus comes praesente suimet fratre ac id audiente, haec fatur: *quicquid hactenus in his fecimus, non ob temeritatem aliquam, sed quam habuisse speravimus iustitiam; nunc autem id omittamus.* Non longe post Ekkihardus iuvenis, ac ideo immaturus, in burgnuardo suimet Rochelezi dicto arduas munitiones ad capiendas ibidem feras instinctu Budizlavi militis sui parat. Hoc ego postea comperiens patienter tuli, et ne sic agere vellet, per

60) *Gunteri marchionis.* Diploma Ottonis II. Imp. de ea re anno 994. datum dedit Wideburg in tr. de pagis vet. Misniae p. 148 f. Fabricius hanc historiam contentionis inter Marchiones Misnenses et episcopum Merseburgensem miris confundit modis. Nam primo pro Ditmaro Brunonem praesulem substituit, violentas deinde inter episcopum et Eccardum actiones Magdeburgi per imperatorium edictum compositas tradit. Quae porro habet de Eccardo, adire Imperatorem recusante, sed per fratrem Hermannum ad id compulso, vel ingenio Fabricii, vel auctore nituntur non satis idoneo. *Urs.*

61) *Rocheliti ac Titibutzien.* Nomina horum burgwardiorum Cod. Bruxell. sic effert: *Rochlinze et Titibuzie.* Postremum in Reinecciana et Maderiana editione, quanquam in Cod. Dresd. perspicue legitur, desideratur. Reineccius asteriscum posuerat, quem tamen et ipsum Maderus et Leibnitius neglexere. Hinc mirae illae a Graunio, Heinio et aliis excogitatae interpretationes de altero burgwardio anonymo. Sed vana omnia. *Rocheliti* est *Rochlitz*, et de nomine *Titibuzien Kreysig* in *Beyträg. zur Sächs. Gesch. Th. VI. S.* 36. vestigia vidit in hodierna denominatione pagi *Teitzig*, Rochlicium et Colditium interiacentis. Omnium optime et solide historiam horum burgwardiorum illustravit, verumque eorum situm commonstravit *Calet. A. Iahnius* Fasc. I. *Journal für Sachsen* 1792. p. 193—212. *Urs.*

62) *utrisque.* Male legunt editiones *utriusque.* Cod. Dr. uti dedimus *utrisque* scil. fratribus Hermanno et Eccardo. *Urs.*

Digitized by Google

per internuntium meimet 63) postulavi. Herimanno quoque fatri suo haec cito questus, nil in his omnibus profeci, sicque stetit usque post pascha. Et quia tunc aëris serenitas et viae opportunitas conveniebant, et in has episcopatus mei partes nunquam veni, placuit mihi illuc pergere, hactenusque ignota diligenter inquirere. Mense Maio VI. Non. eiusdem ac VI. feria ad *Chorun* 64) veni, ibidemque populum confluentem confirmavi. Dehinc cum in ipso itinere praedictum opus laqueis et retibus magnis firmatum viderem, obstupui, ac quid inde facerem cogitavi. Tandem, quia haec instrumenta nullatenus mecum vehere potui, ex his partem incidi protinus iussi, rectoque itinere ad Rochelinzi tendens, paucos illic confirmavi, et decimationem ininste mihi abstractam, et forestum banno omnibus interdicens, haec nostrae assignavi ecclesiae, facta pace. Tunc redii ad curtem supra memoratam, ibidemque VII. dies cum manerem, audivi, quod milites Ekkihardi meis minarentur sociis. Ibi tunc cancellarius 65) pernoctavit mecum, et a me haec comperiens, bene respondit. Postea congregationes multae mihi ad nocendum a praedictis satellitibus factae, a nostris custodibus ad tempus bonum praeoccupatae sunt. Interim nuncium meimet ad Imperatorem Magontiam misi, pacemque eius supplex petii; quam cum Ekkihardus ex sua parte promitteret, et frater suus diu a me desideratus a Polenia veniens dextera manu sua pacifica promitteret, terque hanc non bene servavit. Namque homines VI. flagellati ac depilati cum aedificiis turpiter mutilatis approbant, qualiter tanti seniores ab aliis praecaveri debeant. Satellites eorum more solito in me non modo exarsere, verum etiam aliis melioribus nocuere. Archiepiscopum etenim Geronem in *Uuirbini* 66), et *Sifridum* comitem in *Nicici* 67) petierunt, et in quantum eis placuit abstulerunt. Superbia Seniorum 68) instigat furorem satellitum, et quia his sufficit, aequales sibi alios in his partibus esse non permittit. Si aliquis vicinus non sponte sua erga eos ex improviso delinquit, non est eis emendatio condigna acceptabilis, et post recompensatio invincibilis. Et per hoc flagellum vicini graviter concutiuntur, ut non contra se alii, sive

63) *meimet.* Cod. Brux. interserit *fratrem eius.* *Urs.*

64) *Chorun.* Hodie vocatur *Kohren*, parvum oppidum modico ab Rochlitio intervallo. Reineccius vitiose *Thorun*, quod et Leibnitius fecit. *Urs.*

65) *cancellarius.* Is erat Guentherus, Hermanni et Eccardi Marchionum germanus, ab ann. 1008. usque ad ann. 1024. munus Cancellarii Caesarei sustinuit, et postea archiepiscopatum Salisburgensem adeptus est. v. Ann. Saxo ad ann. 1029. p. 461. et Hansiz German. sacram T. II. p. 167. *Urs.*

66) *Uuirbini.* Oppidulum *Werben* in Marchia veteri haud procul ab Albi fluvio. *Urs.*

67) *Nicici.* Pagus antiquus in confinio praefecturae Ploeccaviensis in principatu Anhaltino, ubi Mulda Albi se insinuat, et a pago *Nice* Lusatiae superioris hodiernae bene distinguendus est. Nomen *Nicici* reconditum habere videtur vicus *Nischwiz*, in cuius locum sub exitum seculi XVII. nitida et culta civitas *Oranienbaum* successit. *Urs.*

68) *Seniorum.* Sic dedit Urs. quanquam Cod. Dr. diserte *servorum.* Illud tamen et mihi rectius videtur. *Wa.*

Digitized by Google

rectum habeant, sive non, nequaquam eleventur. Episcopatus in his partibus constituti ab eorum potentia sunt nimium depressi, et nos eorum procuratores, si contra Deum et iustitiam eius voluntati eorum in cunctis satisfacimus, honorem et aliquam utilitatem habemus, sin autem, contemnimur, et sic, ut nobis nullus aut regnet aut imperet dominus, depraedamur. Novus cornupeta antiquam legem bonamque consuetudinem hactenus florentem iam disrumpit, seque ceteris elatiorem esse, valenter ostendit, qui coelitus ni cito deprimitur, nimis insolentia intolerabilis solidatur. Davidicam is ignorat sententiam, eundem sic dulciter admonentem: Nolite extollere in altum cornu vestrum, etcetera. Orat pro talibus idem Spalmista sanctus: Auferes spiritum eorum, Domine, et deficient, et in pulverem suum revertentur, et emittes spiritum tuum et creabuntur, et reliqua. 69) Multum indiget memoriae, qui nullatenus cognoscit se, cum is, qui se iugiter considerat, sine famine bono nil valeat. Ergo peccatores quique resipiscant, et ut se custodiant, pauperibusque misereantur, summopere studeant. Ego in flagitiis miser, et in facultatibus pauper, quamvis in utroque eiusdem 425 ordinis viros praecellam 70) cunctos, tamen contumeliam superius memoratam non solus patior sine illis. De coëpiscopis in diversis huius mundi parte constitutis, ineffabileque detrimentum perpessis, nil ad haec exemplaria introduco, quia absque omni honore, sola benedictione excepta, eos esse, graviter ingemisco, et de his duntaxat disputare mihi nunc tempus est, qui apud modernos a concivibus suis similem vel, proh dolor! deteriorem subiere vindictam.

Bernuardus sanctae Hillenessemensis ecclesiae venerabilis pastor in tantum a *Brunone* exosus est comite, ut militem suum *Rim* 71) nomine videret crine et tergo depravatum, postque eundem secum iterantem ab Altmanno iuvene interfectum iacere. *Suuithgerus* autem almae *Mirmingerdensis* ecclesiae antistes egregius in sua curte a quodam tyrone ingenuo appetitur, et villici suimet cruore coram se occisi maculatur. Quid tales personae unquam promeruere? Hi patres ambo pii fuerunt, et tamen dedecus hoc immeriti pertulerunt. Sed quia in superioribus de Suuithgero praesule nil sum, id peste lethargica impediente, loquutus, nunc hoc emendare congruum est. Hic Saxonia genitus, et in Haluerstidi ac in Magadaburg a puero educatus, a tertio Ottone civitati praedictae praepositus est; quam cum omni diligentia rexisset, divino munere fultus, polluit in diversis virtutibus. 72) E quibus duas tantum res profero, quas

69) *et reliqua.* Quis tandem illius contentionis fuerit exitus, hodie ignoramus. In biographia Ditmari quam supra dedimus, nonnulla eo spectantia occurrunt, quae huc transscribere nihil attinet. *Urs.*

70) *in utroque eiusdem ordinis viros praecellam.* *In utroque*, scil. in flagitiis ac paupertate, *eiusdem ordinis* scil. episcopos praecello. Quae sequuntur *sine illis* abesse poterant, quoniam *solus* praecedit. Sed zelo abreptus bonus noster episcopus verbosior extitit iusto. *Wa.*

71) *Rim.* Sine dubio nomen contractum, pro Rimundo vel Rimberto. Reineccius inde fecit *Simri*, quem reliqui secuti. *Urs.*

72) *diversis virtutibus.* Ann. Saxo: *pollens multis virtutibus.* *Urs.*

Digitized by Google

quas testimoniis veracibus approbare valeo. Camerarius suimet cum pileum quendam An. 995.
furtive subtractum celare voluisset, diligenterque a pio seniore rogatus nil profiteretur, A. S.
cultellum super mensa positum et ex animo 73) benedictum sumere conatus, quasi
ignitum celeriter proiecit, reumque se nimis esse coram profitetur. Alio tempore quidam maligno abreptus spiritu, vi magna captus est, et in praesentiam praedicti patris adductus; quem solvi protinus iubens, baculoque solum se acriter inrumpentem viriliter amovens, facto sanctae crucis signo, divina potestate securum exire fecit. Talis vir haec non sibi, sed illi, qui per eum tantum est operatus, ascribens, vixit in Christo dies huic vitae concessos, ministrans illi fidelis servus omni studio. Sedebat ille XVI. annos, magna semper, quae virtutem omnigenam perficit, infirmitate gravatus, et tunc
obiit in quo deguit, XIII. Kal. Decembris, Heinrico Imperatore nostro tunc regnante An. 1011.
X. annos. Huius successor *Thiedricus* 74), materterae meimet filius, magnum dede- A. S.
cus ab *Heinrico*, *Hirimanni* comitis filio, ut praedixi, perpessus est. Sed in hoc an- An. 1018.
no eadem commotio ad tempus sedata elevatur. *Heribertus* Coloniensis archiepisco- A. S.
pus a praedicto comite multa diu sustinuit incommoda, nec mirum, cum is matrem suam diutina teneret custodia. Insuper *Meinuuercus* praesul a *Thietmaro* nepote meo, *Bernardi* ducis fratre, despoliatus est. 75) Sed cur hoc totum explico? cum in nullo horum nec exemplar bonum, nec levamen meum ullatenus agnosco? satius est mihi inceptis insistere meis, et dum hoc tracto, illam beati Iohannis visionem in mente habeo: Primum Vae! abiit, et ecce duo posthaec! Nimis enim est miserabile, quod in superioribus saepe locis revolvi. Sic in temporibus nostri rectoris ac invicti defensoris Heinrici, nil unquam tale accidit, quale modo detrimentum e nostro facinore emersit.
Namque in Iulio mense ac IIII. Kal. Augusti et in III. feria 76) Mars saevit in viscera, An. 1018.
quod A. S.

73) *ex animo.* Sic Cod. Dresd. Leibnitius in Emendationibus p. 1006. ex mera coniectura substituit *examini, sive exanimi;* sed ex animo est *herzlich, innig,* idemque habet Ann. Saxo. *Urs.*

74) *Thiedricus, materterae meimet filius.* Mater huius die 23. Ianuar. 1023. necrologio nostro teste, mortui episcopi Monasteriensis fuit *Gerburg*, ex stirpe Comitum Stadensium. v. *Allgem. Litterar. Anzeiger* 1798. n. 177. p. 1828. Cognomen ipsi dederant: *Bonus Are.* v. Vitam Meinwerci p. 525. Quem patrem habuerit, adhuc plane incognitum est. Si coniecturam facere liceat, fortasse supra ad V. p. 365. (Leibn.) memoratus Comes *Ricbertus*, familiae *Arneburgensis* ille fuit. *Wed.*

75) *despoliatus est.* Egregie hoc illustravit vetustus Meinwerci, episcopi Paderbornensis biographus, in monumentis Paderbornensibus p. 202. *Thietmarus ille, qui Meinwercum despoliavit — et ecclesiam Herivordensem invasione spoliavit — erat frater Bernhardi, ducis Saxoniae, vir in hoc mundo valde idoneus, sed tam vitiis plenus, quam rebus, superbia tumidus, in acquirendis rebus avaritiae facibus accensus. Contra ius et fas iter suum ad monasterium Hervordiae direxit — thesaurum ibi confregit et inde plus iusto pecuniae detraxit. — Postea ad synodum ab episcopo Meinwerco vocatus ad corrigendum commissa est admonitus. Quo salubriter compuncto et utiliter correcto — omne praedium, quod habuit in Brunichtorpe, ad dominium ecclesiae Patherbrun in proprium dedit. Urs.*

76) *IIII. Kal. Augusti et in III. feria.* Cod. Dr. aperte *IIII. Kal.* Reineccius et reliqui III. Kal. Anno autem 1018. quo diem resurrectionis Christi d. VI. Aprilis celebrabant, III. Kal. Aug.

Digitized by Google

quod in perpetuum plangit mater ecclesia. Petiit enim *Athelboldus*, Traiectensis episcopus cum *Godefritho* duce, auxilioque suimet sociorum atque amicorum, Imperatricis nostrae nepotem *Thiedricum*, saepius 77) in occisis militibus suis multum nocentem, et in insula quadam fit conventus collecti exercitus. Hic velociter ad pugnam praeparatus, mortem quam hosti minatur, proh dolor! patitur. Namque a Fresonibus ex insidiis undique erumpentibus, et a praedicti iuvenis satellitibus ex improviso is circumventus, dictu terribile, gladio et aqua, sine resistentium damno, vitam hanc finit; episcopus autem in navicula quadam vix fugit, ac dux ab hoste salvatus est, et ut veraces affirmant, plus quam tres legiones interfectorum sunt. Omnis haec regio defensore forti carens piratas advenientes timet 78), cottidie moerens. Godefridus comes occiditur, Iohannes autem optimus miles iacet, quem semper patria deflet. Huius 79) consocii nobiles et incliti hactenusque pugnantes dextra victrici, nunc pausant sorte infelici. Luit corpus eorum, quod promeruit macula nostrorum; sed ut spero, gaudebit eorum anima, tam gravi exacerbatione purgata. Sed ne stupeas, lector, talem casum, perpendas etiam ortum. Thiedricus ille infaustus praedicti antistitis satelles fuit; hic in quadam sylva *Miruuidu* 80) vocata, magnum habuit praedium, quod sibi ex eiusdem

Aug. minime in tertiam feriam hebdomadae eius incidere poterat, sed in quartam, dies ergo IIII. Kal. Aug. in Cod. Dresd. exhibitus cum tertia feria eius hebdomadae accuratissime convenit. *Urs.* — — Scribe vero IV. feria. Annal. Saxo falsum illum diem *Kal. Aug. III. feria* habet. Diem 29. Iulii ibidem praefert *Beka Chron. episc. Traiect. in Adr. Kluit hist. critica Com. Holl. et Zeel.* T. II. p. 66. sine dubio Feria III. ductus in errorem. In Necrologio ad 30. Iulii recte: *Godefrith comes.* Equidem, quanquam *necrologium Rhemense ap. du Chesne probat. Luxenburg.* p. 5. 14. *Cal. Novemb.* habeat, Gotfried Comitem Verduni et montium Ardennorum fuisse puto, qui *Mathildem*, ducis *Hermanni Billingii* filiam in matrimonio habuit. Nullus alius huius nominis Comes coenobio nostro propior fuit, nec raro in Belgicis necrologiis, vel Chronistis animadverti, diem solemnie sepulturae cum die mortis esse commutatum. Filius eius fuit memoratus hoc loco nostro *Goufried*, dux inferioris Lotharingiae, sequenti demum anno 1019. a Frisonibus e captivitate dimissus. *Sigib. Gemblacensis* h. a. *Wed.*

77) *saepius.* Sic Cod. Dr. non, uti editiones: *se prius.* *Wa.*

78) *piratas advenientes timet.* Cod. Brux. *piratis rapina est.* *Urs.*

79) *Huius.* Ita Dresd. non *horum*, quod editores dederunt. *Urs.*

80) *Miruuidu.* Differit de Thiedrico III. Comite Hollandiae, qui, ut testes habemus Annales Egmontanos, anno 1039. obiit. Praedium eius magnum, Miruuidu, quod ab Ann. Saxone p. 450. corrupte *Mirumde* vocatur, postea temporis nominatum est *Diedrichrechtum*, *Dortrechtum*, *Dordracum.* Nomen et situm sylvae *Miruuidu* praeclare illustravit Baldericus Noviomensis, scriptor seculi XI. in Chron. Lib. II. c. 19. ad hunc modum: „Erat locus quidam sylvis ac pa„ludibus inhabitabilis, qui ab incolis *Merewede* nomen accepit, ubi videlicet *Mosa* et *Wal* „fluvius de Rheno affluens pariter corrivantur. Nullusque ibi praeter venatores et piscatores „habitare antea consueverat, eratque episcoporum, Trevirensis videlicet et Coloniensis, sed et „aliquot abbatum in piscatione et venatione communis possessio. Huc nimirum *Theodoricus* „*Arnulphi Gandensis* filius, qui participium monarchiae Frisonum tenebat, (quia Frisones pro „morte patris, quem interfecerat, suspectos habebat) secesserat, factoque quodam *municipio*, „alienus invasor, ipsam terram praesumserat possidere. sed et negotiatores inibi navigantes „gravissimo censu constringere etc." — Boxhornius in Theatro Hollandiae p. 96. diploma ab Hen-

dem parte iniuste ablatum fore 81), cuncti conprovinciales Caesari in Niumagun queruntur. Unde cum consilio optimorum Imperator episcopo Traiectensi haec loca praecepit incendi, et conclamantibus 82) reddi; cumque seniorem suum iuvenis nefandus a
426 mandatis talibus compescere nequisset, licentiam abeundi petiit, et se id prohibiturum esse promisit. Nec mora, factum est, quod dixi, plus causa nostri facinoris, quam pro merito victoris. Hanc ineffabilem et nimis invincibilem aerumnam, avium undique secus huc congregatarum, et semetipsas invicem ungulis interficientium multitudo, longe praesignavit, eundemque locum, quo isti postea oppetiere, praeoccupavit. Quod David sanctus monti Gelboe imprecatus est, huic insulae ego nullius meriti semper exopto. *Baldericus* Leodiensis episcopus obiit placide 83) eodem die. In diebus illis in episcopatu meo septem mancipia fungos manducavere non rectos, et acri ardore succensi celeriter mortui sunt. Et in mense Augusto stella quaedam iuxta plaustrum 84) noviter apparens radiis eminus emissis cunctos cernentes terruit. Nunquam enim nostri memoria talis exoritur, et ideo unusquisque hoc admiratur, prodigium hoc esse timet vulgus, sed cum misericordia id finiri fidelis sperat popellus. De his similibus clamat Ieremias veridicus: Qui scit universa, novit illa, et adinvenit ea sulmet prudentia. Stella haec, quae effulsit, plus quam XIIII. dies visa est. In provincia *Northuringun* dicta tres lupi semper congressi, nec antea ex habitatoribus his visi, hominibus multis atque pecoribus ineffabiliter nocuerunt. Hoc quoque indigena omnis vehementer expavescens, maioribus curat impleri detrimentis. Beatus namque loquitur Gregorius, multa debent mala praecurrere, ut illa valeant sine omni fine ventura nuntiare. In supradictis omnibus desuper nobis ira coelestis revelatur, sed circumspectione vigili haec ab humana fragilitate non attenditur. Iste annus nova nuncupatione terrae motio 85) vel magna contritio ex rei veritate appellari potest. Ineffabilis enim tribulatio mundo instabili exorta, habitatores eius undique turbavit, cuius partem praedixi, et tunc

Henrico IV. Wilhelmo, episcopo Traiectensi anno 1064. irrogatum produxit, ex quo sequentia illustrationi inservire possunt. *In Merwede iuxta Dordrecht, inde in Duble, inde in Duvelhaer, inde in Wael, inde iterum in Merwede usque in Dordrecht cum capella noviter constructa de Dordrecht.* — Ex his manifeste apparet, Dordracum in districtu sylvae Merevedanae situm fuisse, et sic ipsius sylvae situs nullo negotio inveniri potest. Plura dabit Altingius T. II. p. 126. cf. ibid. Tab. X. vet. Frisiae. *Urs.*

81) *ablatum fore.* Sic Cod. Dresd. Recentior manus superscripsit *esse*, quod receperunt editores. *Urs.*

82) *conclamantibus.* Cod. Brux. et Ann. Saxo *conquerentibus.* *Urs.*

83) *placide.* Intelligi potest, aliam tamen vocem posuisse Ditmarus videtur. In Cod. Dresd. est *prtiele*, sub quo morbi fortasse alicuius nomen latet. *Wa.*

84) *iuxta plaustrum.* Cod. Brux. ita effert: *iuxta signum maioris ursae, quod vulgo plaustrum dicitur.* Ann. Saxo: *Cometa visa est, quae luctum vastationis Galliae partibus — pestilentiam insuper et mortalitatem mundo nuntiavit.* — Teste Sigeb. Gemblac. ad ann. 1017. Cometes erat ultra solitum mirabilis, qui in modum trabis maximae per 4. menses apparuit. *Urs.*

85) *terrae motio.* Editiones Reinecc. et Mader. habent *termotio*, et, quod mirum, ipse Leibnitius. Non minus ridicule iidem paullo post pro *instabili* dederunt *insta bile.* *Urs.*

Digitized by Google

tunc quae praeterieram alte gemitu tracto explicavi. Balderici praesulis, et Cameracensis episcopi milites pene omnes praedicta oppetierunt in insula, et in proximis tribus provinciis non supererat una domus, ubi saltem non deesset habitator unus. Post tempora Caroli tunc una die vel anno aliquid in his regionibus tale non accidit, sicut vetustas asserit, quomodo unquam ceciderunt tales viri absque damno hostili? Sed nullus id miratur, qui hoc rite meditatur, quia is nil potest pugnare, quem culpa sui gravis vindicta Dei nititur deprimere. Hic inexuperabilis casus postea cito obliviscatur; quia Godefridi ducis auxilio *Athelboldus* antistes cum Thiedrico hoste reconciliatur, et hoc venit non ex voluntate sua, sed ex necessitate summa. Non erat enim istius regionis ullus praepotens defensor, si amplius insurgeret inimicus acrior. Si damnum hoc ex consensu divino factum est, quis potest ulcisci? sin autem, quis vindicatore insanabilior illo? 86) Nunc ut sanctus *Columbanus* in morte magni Imperatoris Caroli fecit, ita nos stringamus lacrimas, precesque fundamus proficuas. Nec tacendum est, quod in *Ruscia* contigit lugubre damnum. *Bolizlauus* namque eam grandi exercitu petiit, multumque ei nostro famine nocuit. Mense enim Iulio et XI. Kal. Augusti praedictus dux ad quendam fluvium 87) veniens, ibidem exercitum suimet castra metari, pontesque necessarios parare iubet. Iuxta quem *Rex Ruscorum* 88) cum suis sedens futurum duelli invicem condicti eventum sollicitus expectabat. Interim Poleniorum provocatione hostis praesens ad bellum excitatur 89) et ab amne, quem tuebatur, ex inopinata prosperitate fugatur. Ex hoc rumore Bolizlauus extollitur, et consocios parari et accelerare rogans, fluvium, etsi laboriose, velociter transscendit. Inimica autem acies contra turmatim ordinata, patriam defendere suam frustra nititur. Namque in primo conflictu cedit, ac nunquam postea fortiter resistit. Ibi tunc caesa est innumera multitudo fugientium, et parva victorum. Hericus miles inclitus ex nostris oppetiit, quem Imperator noster in vinculis diu retinuit. Ex illa die Bolizlauus optata prosperitate inimicos palantes insequitur, et ab incolis omnibus suscipitur, multisque muneribus honoratur. Interea quaedam civitas fratri suo tunc obediens a Iarizlavo vi capitur, et habitator eiusdem abducitur. Urbs autem *Kitaua* 90) nimis valida ab hostibus *Pedeneis* 91) hortatu Bolizlavi crebra impugnatione

86) *insanabilior illo.* Deest aliquid in utroque Cod. et Brux. et Dresdensi, hinc lectio priorum editionum non poterat corrupta et vitiosa non esse. Librario Cod. Dr. haesitabundo spatiolum vacuum relinquere placuit hoc modo: *quis vindica — insanabili 'illo?* Quoad potui, textum in integrum restitui. *Urs.*

87) *fluvium.* Bogus is amnis dicitur Herburto, quem vide Hist. Polon. Lib. II. c. 5. et 6. *Urs.*

88) *Rex Ruscorum. Iarizlaus.* Ann. Saxo.

89) *excitatur.* Sic Cod. Dresd. melius quam editt. *exhortatur.* *Wa.*

90) *Kitaua.* Editiones habent *Kiovia.* Supra Lib. VII. *Cuienoam* magnam urbem dixerat. *Urs.*

91) *Pedeneis.* Contradicente Codice, cui concordat Ann. Saxo p. 451. priores dederunt: *Poleniis.* Sed *Pedenei*, *Petinti* iidem sunt, quos supra Lib. VI. *Pezineigos* appellaverat. Hi devictis et expulsis Mazaris confinitimis suis eorum sedes occuparunt, lateque se ad ostia fluminis Borysthenis in Pontum Euxinum extenderant. *Urs.*

Digitized by Google

ſte concutitur, et incendio gravi minoratur. Defenſa eſt autem a ſuis habitatoribus, ſed celeriter patuit extraneis viribus; namque a rege ſuo in fugam verſo relicta XVIIII. Kal. Septemb. Bolizlauum, et quem diu amiſerat, *Zentepulcum* ſeniorem ſuum, cuius gratia et noſtrorum timore 92) omnis haec regio conversa eſt, ſuſcepit. Archiepiſcopus civitatis illius cum reliquiis ſanctorum et caeteris ornatibus diverſis hos advenientes honoravit in ſanctae monaſterio Sophiae, quod in priori anno miſerabiliter caſu accidente combuſtum eſt. Ibi fuit noverca, regis praedicti uxor, et VIIII. ſorores eiusdem, quarum unam prius ab eo deſideratam antiquus fornicator Bolizlauus, oblita contectali ſua, iniuſte duxerat. Ineffabilis ibi ei pecunia oſtenditur, cuius magna pars hoſpitibus ſuis ac fautoribus diſtribuitur, quaedam vero ad patriam mittitur. Fuerent in auxilio praedicti ducis ex parte noſtra trecenti, et ex Ungariis quingenti, ex Petineis autem mille viri. Omnes hi tunc domum remittebantur, cum indigenas adven-
427 tare, fideles ſibi apparere ſenior praefatus laetabatur. In magna hac civitate 93), quae iſtius regni caput eſt, plus quam quadringentae habentur eccleſiae, et mercatus VIII; populi autem ignota manus, quae ſicut omnis haec provincia fugitivorum robore ſervorum huc undique confluentium, et maxime ex velocibus *Danis* 94), multumque nocentibus Pecinegis hactenus reſiſtebat, et alios vincebat. Hac elatus proſperitate Bolizlauus archiepiſcopum praedictae (eccleſiae) ad Iarizlauum miſit, qui ab eo filiam ſuimet reduci peteret, et uxorem ſuam cum noverca et conſororibus reddi promitteret. Poſthaec dilectum abbatem ſuum *Tuni* 96) ad noſtrum imperatorem cum magnis muneribus miſit, ut ſuam amplius gratiam et auxilium acquireret, et ſe cuncta ſibi placentia facturum indicaret. Ad Graeciam quoque ſibi proximam nuncios miſit, qui eiusdem Imperatori bona, ſi vellet fidelis amicus haberi, promitterent; ſin autem, hoſtem firmiſſimum ac invincibilem fieri intimarent. Inter haec omnia omnipotens Deus aſſiſtat medius, et quid ſibi ſit placitum et nobis proficuum clementer oſtendat. In diebus illis *Udo* comes, nepos meus, *Hirimannum*, coaequalem ſibi tam in nobilitate, quam in poteſtate, cepit, et invitum in ſuam munitionem duxit. Ob hoc vereor aliquam ſilicem periculoſam oriri, quae vix aut nullatenus poſſit eradicari.

De Imperatore noſtro nunc ſermo mihi oriatur, qui de inviſa expeditione 97) reverſus, nil de promiſſis percepit, ſed parum ſibi renitentibus nocuit. Huius miles egre-

92) *timore.* Sic Dresd. et Ann. Saxo, non, quod editores, *amore.* *Urs.*

93) *magna hac civitate*, ſcil. Kiovia; vide *Fischer Gesch. des deutschen Handels Th. I. p.* 206. *Urs.*

94) *Danis*, non *Danais*, quod editores propagarunt. *Urs.*

95) *episcopum praedictae.* Sic, non *praedictum*, et ſubintelligendum *eccleſiae.* *Urs.*

96) *Tuni.* Deeſt hoc nomen in prioribus editionibus, invenit tamen Leibnitius in Cod. Brux. his additis: *in quo regnabat tota hypocriſis.* Conſentit Ann. Saxo. *Urs.*

97) *expeditione.* Ann. Saxo addit: *ex Burgundia.* *Urs.*

Digitized by Google

egregius atque fidelis, dux *Thiedricus*, cum ab eo separatus domum pergere voluisset, a quodam seniore, Stephano nomine, Caesaris atque suimet, ut patuit, inimico, locis impugnatur abditis, et cum iam victor existeret, milite in praedam cadente, iterum initur 98), et proh dolor! superatus cum paucis effugit. Haec fuit ei in talibus secunda tentatio, et faciat Deus, ut non eveniat illi tertia periclitatio. Imperator noster cum de his omnibus efficeretur certus, unum in Suevia regione colloquium de republica habuit, et mox per Renum sollicitus descendit. Namque cooperatores eius et regni suimet columnae maxima parte, proh dolor! cecidere, sibique grave pondus imminebat occultum 99), fidei simulatores occultis resistere insidiis per extraneos nituntur, ut non liceat ei libertate congruenti imperare, eorumque iniustam temeritatem 100) in aliquo minorare.

Finis Chronici Dithmari. 101)

VITA

98) *initur*. Cod. Brux. *appetitur*.

99) *occultum*. Idem: *pondus in occulto imminebat*.

100) *temeritatem*. Cod. Brux. et Ann. Saxo adiiciunt: *et libertatis insolentiam*.

101) In fine: *S. Petro Apostolo Wernherus Eps.* Codicem dedicavit.

Digitized by Google

VITA DITHMARI
ex
Chronico Episcoporum Merseburgensium.

[Chronicon hoc Episcoporum Merseburgensium, quod pergamena charta scriptum servatur in S. R. Capituli nostri tabulario, quinque habuit auctores, inde a Bosone, primo episcopo ab anno 969. usque ad Tilonem de Trotta, trigesimum octavum ordine antistitem, mortuum 1514. Horum quinque auctorum labores in unum volumen collecti, et una eademque manu conscripti sub Tilonis successore, Adolpho, principe Anhaltino; quo factum, ut priorum schedae biographorum vel tum temporis, vel postea, inutiles scilicet neglectae blattas tineasque pascerent. Nollem factum! Scriptorem enim, qui in unum tum omnia volumen coniecit, non recte ubique vidisse suspicor. Quam suspicionem firmat eiusdem Chronici in tabulario Electorali Dresdae reconditi auctoritas, quod tamen nonnisi quatuor priores auctores continet, et in episcopo Nicolao Lubicensi † 1431. desinit. Varias istius Codicis Dresd. lectiones enotavit Menkenius in Scriptt. rer. German. inprimis Saxonicar. L. III. Lipsiae 1730. edito p. 159—164. — Integrum Codicem nostrum edere iam antea sibi visus erat Io. Pet. a Ludewig in Reliquiis Manuscriptor. Tomo IV. Hal. 1722. p. 329—460. sed, ut dicam, quod res est, vel incuria descriptoris, vel typothetarum stupore mire depravatum.

Ex hoc igitur Chronico vitam Dithmari denuo accuratius descriptam dare haud abs re fore duxi, priorum in eo editorum secutus exemplum. Primo enim editori, Reinero Reineccio, hanc episcopi vitam transmiserat Lampertus Distelmeier, cui, dum iuvenis aliquamdiu apud nos viveret, Codicem usurpare contigerat. E Reineccio, vitiosius tamen, depromsit Maderus, cuius vestigiis institit Leibnitius. Ego vero ita hac in re versatus sum, ut Codicem nostrum fundum facerem, eique varias, quas Codex Dresdensis obtulisset, vel ab Anonymo aliquo, paucas illas quidem, sed admodum probabiles ex alio apographo, exemplaris, quo ego utor, orae adscriptas subiicerem contexto.]

I. Post decessum antistitis nostri *Wigberti* fortuna felicior multo 1), quam fuit anterior, pleno ore, vultu laetiore 2) nostrae arrisit ecclesiae, et DITHMARVS Dei gratia pia et 3) dispensatione nostrae ecclesiae pater et rector efficitur. Sed antequam de huius patris episcopali conversatione quid dixerimus, de huius libet 4) carnali ingenuitate perpauca pertexere. 5)

 II. Erat

1) voculam *multo* addit Anon. 2) Sic et Cod. Dresd. et Anon. — Ludew. male: *laeto ore.* 3) Leibn. *piaque*, suavius ad aures. 4) Leibn. *eiuslibet.* 5) Leibn. *perpauca oportet praetexi.* Nil opus: recte Cod. habet, si, quod ego feci, vocem *huiuslibet* dividas, tum enim Infinit. pertexere pendet a voce *libet.*

Digitized by Google

II. Erat enim vero 6) hic verus Saxoniae indigena, non ſtirpe humili, ſed perſpicua, qui natus fuit de comite *Siffrido* et pia matre *Kunegunda* 7) ab utrorumque pietatis linea haud exorbitans. Erat utique uterque parens pollens pia gloria in ſeculo, dives in praedio, et tam divinarum, quam humanarum rerum par circa honeſtatis ſtudium excitatio. 8) Tam potentibus, piis honeſtisque parentibus *Dithmarus* felix in opere editus, aetate competente clericali vitae aſſignatur, et tener adhuc in annis ſancto Mauritio in Magdeburg ſervus ac ſpiritualis frater dicatur, ac ubi per incrementa temporum ramum attigit Pythagoricum, laevi rami devitans declivia dexter contendit ardua. In quantum ſivit 9) carnis lascivia mundi calcavit lubrica et clericatus ſui officium, claruit per pietatis ſtudium.

III. Praepoſitis ſuis fuit obediens, fratribus in caritate ſerviens, plus 10) humillibus humilis, compar ſingulis ſimilibus. Miſeris erat indeficiens refugium, oppreſſis conſtans auxilium, ſuperbis iuſte reſiſtens, bonis coeptis indeſinenter inſiſtens. Talibus gemmis virtutum ornatus, quovis honore erat aptatus, placens tam Deo quam hominibus. Erat enim quibusque aequandus ſublimibus. 11)

IV. Imperator autem comperta 12) huius eccleſiae viduitate, pie indoluit, et qualiter hanc aut tali aut meliori paſtore muniret, cum fido collaterali *Tammone*, archiepiscopo 13) ſuo revolvit, cui ille ſagax in conſiliis inquit: *eſt quidam in noſtro coenobio Canonicus, Sifridi comitis filius, in quo elucet clericalis ſtudioſitas, quem non arguit ulla enormitas.* Ac rex interloquens inquit: *Novi, quem dicitis, ſed ſi genus attenditis, hic tam parva deſpicit, quia forſitan maiora* 14) *reſpicit.* Cumque cognitor futuri 15) paſtoris noſtri ornamenta morum laudando multiplicaret, rex ſubridendo reſpondiſſe dicitur: *licet apud vos ſit laudabilis, apud nos tamen aliquantulum eſt notabilis: Vidi enim ſemel eius clauſtri egreſſionem ante primae pulſationem.* Tandem poſt multiplices *Iecelinus* 16) ſermocinationes in beneplacito utriusque legatus mittitur, qui eum iuſſu regis ac archiepiscopi in proxima 17) paſcha ad *Auguſtam* venire indiceret. Nec mora, legatus mandatum peragit, et proxima nocte, antequam venturus erat, vidit vir Dei per ſomnium quendam ſibi aſſiſtentem, episcopalem baculum in manu tenentem, eique dicentem: *Vis curam* 18) *Merſeburgenſis eccleſiae ſuscipere?* et ille, *ſi Deus*, inquit, *vult et dominus Imperator, et meus ſpiritualis pater, ego quis ſum, ut contradicam ſermonibus ſancti?* 19) At ille dans bacu-

6) Leibn. enim *vere.* 7) Id. Leibn. *Kunegundi.* 8) Cod. Dr. et Leibn. *exercitatio.* 9) Leibn. *ſivit,* recte, ni fallor. Cod. noſter *ſic.* Praeterea vero poſt *lascivia* et *lubrica* ponas commata, idem vero deleas poſt *officium,* et habebis ſenſum idoneum. 10) Anon. *pluribus.* 11) Lud. *ſublibimus*, quem errorem ipſe retractavit in Corrigendis. Vtinam plura ſustuliſſet eiusmodi. Anon. pro *aequandus* habet *comparandus.* 12) Leibn. *cognita.* 13) hanc vocem parentheſeos nota incluſit Anon. 14) Idem: *ad maiora.* 15) Lud. *fucuturi* quid? episcopi caſtiſſimi? 16) Cod. Dresd. et Anon. ignorant, et quid ſibi velit, equidem non expuio. Primitus fortaſſe ſcriptum fuit *ioculares.* 17) Anon. *proximo.* 18) Anon. *cauſam.* 19) Leibn. *ſanctis.*

Digitized by Google

baculum prosequitur: *cave*, inquit, *commovere cerebrum sancto Laurentio, quia omnes hoc agentes periculosa frenesi* 20) *percutiuntur.* Et ipse, *me tueatur*, dixit 21), *custos hominum Deus, ne in hoc aut in aliquo offendam maiestatem divinam sanctorumque intercessionem avertam.*

V. Quare vir beatus coelesti commotione 22) praemonitus, et ad meliora ex tunc intentus 23) ex hac allocutione obstupefactus lecto prosiliit, et facto mane praedictus legatus introiit, datisque duabus epistolis 24) ad *Augustam* eum venire praecepit. Accepta legatione, certificatus ex praedicta visione, cur vocaretur, praenovit, et memor Apostoli dicentis: *qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, non renuit, sed praedictum iter ocius movit. Tertia autem feria sancti 25) paschae ad loca venit praefata, et ab archiepiscopo pie suscipitur. Causa vocationis intimatur, et suavissimis adexhortationibus 26) patris ad promissa percipienda animatur.

VI. Postera die, id est in quarta feria istius solennitatis Dithmarus in capellam regis venire mandatur. Cum vero crastina illuxisset dies felix nobis in eventu, pater noster iam in proximo locum condictum intravit, et viso eo rex ad se vocavit. Inchoatur interim missa: *Venite benedicti patris mei*, et cum rex ei baculum pastoralem, simulque arrham ecclesiasticam commisisset, verus sibi commissarum ovium 27) pastor facietenus prosternitur: et ecce compulsatio maioris missae solenniter personatur. Hoc etsi casu contigit, per spiritum tamen sanctum 28) fuisse post rei eventum innotuit. His sic prospere peractis octavo die instantis festivitatis, id est octavo Calendas Maii in *Nuemburg Bavariae* praesente imperatore ab archiepiscopo Tammone in episcopale nomen et officium ungitur, et post admissam 29) curam 30) honorifice transmittitur.

VII. Sed cum his partibus appropinquasset, ab universis huius ecclesiae magnifice occurritur, et in hac civitate ab *Heinrico* 31) antistite et ceterisque viris ecclesiasticis devote suscipitur, cathedra 32) episcopali digne imponitur. De tali pastore clerus gloriabatur, populus laetabatur, et universitas fidelium congratulabatur. Hoc sibi commisso regimine Apostoli sollicitus admonitionis 33), dicentis: *oportet episcopum irreprehensibilem esse*, ad hoc laboravit, bonis actibus invigilavit, commodum suorum augere curavit.

VIII.

20) Leibn. *phrenesi*, rectius. 21) Leibn. *Tueatur me*, inquit. 22) Leibn. *commonitione.* 23) nec aliter Dresd. et Anon. Lud. habet *intuens.* 24) Anon. *dansque duas epistolas.* 25) sic et Anon. et mutato ordine verborum *sancti paschae venit ad loca.* Lud. *sanctae.* 26) Anon. *adhortationibus.* 27) Sic rescripsi praeeuntibus Leibnitio et Lud. ut vox *commissarum* habeat, quo referatur. Cod. noster *omnium.* 28) Cod. Dresd. et Anon. *prosperum tamen casum.* 29) magis placet lectio Cod. Dresd. et Anon. *ad commissam.* 30) Anon. *causam* uti supra not. 18. 31) Sic omnes. Accuratius tamen *Erico*, Episc. Havelbergensi. 32) Lud. *cathedrae.* 33) Anon. *ammonitione.*

Digitized by Google

VIII. Sed quia primus gradus virtutis est humilitas, humilitatem sui sacerdotii, quam relatu veridicorum audivimus, notam faciemus. Habebat enim hebdomadariam suae canoniae 34) in Magdeburg vicem sic annotatam, ut, quando revolveretur, vicem suam ipse sic humiliter perageret, ac si episcopatus dignitate sublimatus non esset. Audivimus piam eius in Dei servitio propter officii sui decorem 35) humilitatem, audiamus et secularem eius austeritatem propter ecclesiae suae exaltationem.

IX. Marchio Orientalis *Egkehardus* 36) et frater eius *Hermannus* forestum ecclesiae bis datum potestativa praesumtione sibi vendicare propter quoddam novale olim 37) *Rochlitz* dictum citra ripam Milde situm ad se pertinere contendebant. Quibus potens tam potenter resistit, ut suam permagnam potentiam impotentiam 38) esse respectu huius praecellentis potentiae profiterentur. Et cum isti, ut potentes seculo contumaci 39), fastu ab incoepto non desisterent, sed creberrime retia venatoria per loca memorata tenderent, in curtem suam *Kurin* 40) placitum cunctis suis militibus indixit, eoque venire praecepit. Quo cum venissent, illatas sibi iniurias conqueritur, et ad ulciscendas quosdam pollicitationibus hortatur, quibusdam bonorum ablatione minatur. Inde vero egrediens omnia tensilia 41) retium, quaecunque inventa, concidi 42) praecepit, domumque veniens legatum ad imperatorem, qui ei praesumtuosam factionem insinuet, dirigit, pacemque suae ecclesiae humiliter expostulet. Sed ut multa paucis concludam, tandem Hermannus senior, quia magis pius, cum in Magdeburg imperator quam pluresque 43) principes regni convenissent, patre nostro privilegium ecclesiae in publico 44) recitante, se peccasse profitetur, fratremque id ipsum facere cohortatur. Sic facta est nobis 45) restitutio iniustae ablationis per huius laudandam celsitudinem dominationis. O quam laudanda in antistite humilitas, o digne imitanda potentiae sublimitas! Humilibus humillimus, potentibus potentissimus, et ut filum laudi 46) eius assignemus, hic moralis 47) ut de beato Sylvestro legitur, inter pauperes et divites sic medius, ut pauperes ceu patrem illum haberent, et divites longe super se illum ditiorem viderent. 48)

X. De restituendis suae ecclesiae ita curiosus erat, ut, ubicunque meliores regni convenissent, interesset, cunctisque miserandam ecclesiae suae vastationem innotesceret 49), sed ad recollectionem et auxilium ab omnibus peteret. Intererat namque *Bambergensis*

34) pro suae canoniae Anon. *sive canonicam.* 35) *decoram* Leibn. nil opus. 36) Anon. *Ekkehardus.* 37) hanc voculam non habet Anon. Idem vero pro Rochlitz — *Rochelitz*, pro Milde *Mulde.* 38) haec vox a Distelmeiero et Leibnitio neglecta abesse tamen potest *(dass ihre Macht gegen die seinige nur Ohnmacht wäre)* 39) Anon. *continuato.* 40) Dr. et Anon. *Chorin.* 41) Sic Cod. Merseb. et Dresd. Anon. vero et Leibnit. *utensilia.* Lud. *densilia*, quod nihili est. 42) Lud. *conscindi.* Cod. *concindi.* 43) Anon. pro quam plures — *complures*, quod praeplacet, vocem *regni* vero omisit. 44) haec ignorat Anon. 45) Anon. *nobilis.* 46) Leibn. *finem laudibus.* 47) Leibn. *meritalis.* 48) verba ab: *inter pauperes* usque ad *viderent*. Leibn. omisit. Anon. morosior adeo a verbis: *O quam laudanda — viderent* consulto sine dubio ut insulsa repudiavit. 49) Leibn. *intimaret*, sine causa. v. Ind. Latinit. v. *innotescere.*

Digitized by Google

bergensis ecclesiae dedicationi, in qua erat *Iohannes*, patriarcha *Aquilegiae* 50) et plus quam triginta alii episcopi. Postera die facta est illic synodus, et noster pastor in medio stans antiquam 51) querimoniam diserte reiteravit, et synodali censura plenissime restitutio nostrae ecclesiae ab iniuste tenentibus promissa est, sed non adimpleta. 52) Huic promissioni tam diu tenaciter inhaesit, donec *Gero* archiepiscopus partem parochiae nostrae ecclesiae super quatuor, scilicet *Schuditz*, *Cothuri*, *Bichin*, *Wurtzen* 53) urbes et duas villas remisit, reliqua vero in posterum se relicturum promisit, sed non adimplevit.

XI. Post vero aliquod temporis intervallum, cum imperator in 54) Magdeburg moraretur, et cum illis plurima regni utilia agerentur, iterum noster antistes *Hildewardum* 55) *Misenensem* episcopum, quia partem parochiae nostrae teneret, accusavit. Sed imperator utrisque satisfaciens hoc instituit, ut parochiam citra Mildam Merseburgensis obtineret, quae vero eis esset, Misenensis haberet. Attamen noster renuit, quantum potuit, quia non commodo cambio 56) hoc fieri poterat. 57) Quantum vero praediorum et regalium donorum suae addiderit ecclesiae, haud facile explicabitur, tamen pro posse temptabitur. 58)

XII. Has villas nostrae ecclesiae ab Imperatore *Heinrico secundo* requisivit: *Truazis* 59), quae vocatur nova *Roilitzi*, *Busszin* 60), *Boiondorff*, *Wirbme*, *Schladewico* 61), *Contzi*, *Tornuwa*, *Pisti*, *Bothfeld*, *Ztinane*, *Passini* 62), *Brysnitzi*, *Trawarde*, *Gostuo*. 63) In *Gussua* tres mansos et dimidium, in *Moschaw* tres, in *Schonberg* regalem mansum, et in *Skitheber* 64) similiter. Quandam etiam villam *Celizeni* dictam et vinarium unum sub ipso Merseburgensi suburbio situm rogatu huius antistitis imperator ad ecclesiam sancti Petri in *Aldenburg* donavit 65), haec praedicta in uno chirographo apud nos tenentur inscripta. In sequenti vero anno quoddam praedium *Azinestedi* 66) dictum per manum imperatoris scripta 67) idem eidem dedit. Huius in temporibus quidam *Ludolffus* praedium suum, quod in *Brodizi* habuit, ecclesiae nostrae pro remedio animae suae tradidit. Postmodum vero dulcissimo ipsius hortatu *Henri-*

50) Leibn. *Aquileiensis*. 51) hoc, suadente Anon. recepi in textum, quum, quod obsederat codicem, *antequam*, apodosin non haberet. 52) Leibn. hic inserit: *Ille tamen huic* cet. 53) nomina haec urbium desunt ap. Anon. 54) voculam hanc addit Leibn. 55) Anon. *Heilwardum*. 56) Anon. *concambio*. 57) Leibn. *sibi acciderat*. 58) Leibn. periodum claudit verbo *explibitur*, et, quae sequuntur usque ad *in Altenburg donavit*, omisit, Reineccium secutus, cuius tamen notam marginalem addere debebat: *inserta hoc loco praediorum et vicorum nomina consulto praetermisimus*. Longe amplius hiat codex Anonymi, in quo inde a verbis: *quantum vero praediorum* usque ad finem §. XII. desunt omnia. 59) Cod. Dr. *Trutzis*. 60) Cod. Dr. *Wilzi*, *Russin*. 61) Idem: *Wirbine*, *Ladebizi*. 62) *Toruwa*, *Risti*, *Bochveld*, *Cmane*, *Rasini*. 63) Dr. *Gusna*. 64) Dr *Schitlburi*. 65) Hic Leibn. praeeunte Reineccio codicem Dresd. sequi iterum incipit, pauculis, ut aptius nectatur oratio, vel additis, vel mutatis, sic: *Continentur* tamen omnia, quae ab Imperatore Henrico II. acquisivit, in uno chirographo apud nos *perscripta*. 66) Cod. Dr. et Leibn. *Minestedi*. 67) Ludew. *scriptam*.

Digitized by Google

Henricus Comes praedium suum in *Tunderzlevo* situm sancto Laurentio pro spe 68) retributionis aeternae consensu fratris sui *Friderici* coram multis testibus bis stabiliendo dicavit. Hoc praedium idem Archimandrita in usum fratrum suorum ea videlicet ratione concessit, ut praepositus ipsorum sex talenta in usum fratrum singulis annis ad vestitum et pisces per tres annuales quadragesimas in anniversario 69) suimet convivium peroptime saginatum expenderet. Super haec ipsis charitative donavit argentum et linum atque lanam, quae ad ecclesiam feruntur, et decimationem mellis ac porcorum super burgwardium Zcolme 70) et villas duas *Dubin* et *Budegast.* 71) Haec omnia pluraque et alia suimet martyrologio propter testificationem rerum inscribi praecepit. Et revera illic invenientur, si studiose investigantur, nos autem multa praetermittimus, ne fastidium irrogemus legenti. Et haec ut cunctaque suae ecclesiae accrescentia stabilia et incommutabilia permanerent, duorum Apostolicorum i. e. *Sergi* et *Benedicti* scripta confirmationis suae ecclesiae expetivit, quae adhuc apud nos in una membranula transcripta a cirpo tenentur. 72)

XIII. Anno vero decimo ordinationis suae, nativitatis vero quadragesimo primo divertit ab omnibus seculi huius dorsum eius faciemque mentis in tranquillitatem quietudinis 73) instituens, ac animo tribulos 74) sollicitudinis evellens, fructus permanentes novae plantationis germinavit. Scripsit enim chronicam per quinque regum tempora digestam, incipiens ab Henrico humili, qui primus hoc imperii nomine et huius narrationis ordine 75) ab *Ottone Magno*, secundo et tertio vicissim sibi succedentibus, ad *Heinricum* pium nostrae ecclesiae reparatorem ac exaltationis auctorem progreditur. In his scriptis quam multorum pie fecit memoriam piorum, ut facile cognoscatur verus pietatis amator, qui tot *piorum* beneficiorum memor est relator: perraro enim ab orbita pietatis exspatiatur, si memori corde vita piorum frequenter teneatur. 76)

XIV. Postquam sedem sibi commissam tam factis quam dictis exaltavit, anno dominicae incarnationis Millesimo XIV. 77) indictione decima tertia, decimo quinto Calendas Iunii ipsius dulcisono hortatu et efficaci rogatu imperator hanc nostram fundari praecepit ecclesiam antistite praesente, ac quatuor lapides in modum 78) sanctae crucis in fundamento primitus 79) iacens 80) superaedificantibus spes aeternae retributionis optabilis, detrahentibus ultio divina repensabitur 81) formidabilis 82), et quia templum nostrae ecclesiae iussu imperatoris aedificatum diximus, quantum nostram eccle-

68) Leibn. *prosperae*, male. 69) Sic reposui pro *animadversione* Cod. Merseb. quod sensu caret. Lud. *anniversarum.* 70) Cod. Dr. *Czolin.* 71) Leibn. *Zolin*, *Buldegast.* 72) verba *in cirpo* desunt ap. Leibnit. Est autem cirpus (scirpus) corbula vimine contexta. 73) Anon. *quietudine.* 74) Anon. *turbulos.* 75) hic inserit Leibn. *imperavit, et.* 76) totum locum a verbis: *In his scriptis* de industria, ut puto., omisit Anon. ut ineptum. 77) Lud. *millesimo sexagesimo* stulte. Anon. autem propius ad veritatem: *millesimo decimo sexto.* 78) Leibn. inepte: in *monte.* 79) Leibn. *primus.* 80) Sic, rectius *iaciens.* 81) Lud. *repraesentabitur.* 82) verba: *superaedificantibus — formidabilis* absunt in Anon.

Digitized by Google

ecclefiam multiplici ornatu decoraverit, velut fcriptis reperimus, quam breviffime perftringamus. 83)

XV. Dedit hic imperator nobis plurima divino officio convenientia, fcilicet tria plenaria, unum de auro et eburnea tabula ornatum, quod minimum eft; fecundum auro, gemmis et eburnea tabula variatum, quod pretiofius eft; tertium auro, electro et pretiofiffimis gemmis artificiofe decoratum, quod optimum eft. Praeter haec tres auratas cruces et duas argenteas, et duas ampullas eiusdem metalli, et tres calices, unum argenteum magni ponderis, fecundum aureum et gemmatum, tertium arte omnigenisque gemmis elaboratum, quod pretium redemtionis animae fuae fuiffe adhuc vulgatur. Tabulam altaris auro et gemmis honorifice diftinctam, ad quam praeful *Dithmarus* quinque libras auri de priori altari fe dediffe teftatur. Pyxidem auream et gemmatam, thuribula argentea tria, dorfalica ferica plurima, campanas, cappas fericas multas, plurimaque alia, quae aut enarrare perlongum eft, aut nobis nota non funt.

XVI. Inter cetera difperfionis ecclefiae noftrae collecta a *Noltoldo* 84), Misnenfi episcopo, partem parochiae noftrae, fcilicet fuper duas urbes *Wiffenburg*, *Loscana* 85) requifivit. Ab *Hildewardo* autem Citzenfi episcopo parochiam duarum urbium, id eft, *Tribeni*, *Thuchufi* concambio trium villarum uno nomine *Crozina* 86) dictorum redemit. 87) Haec in fecundo privilegio renovationis huius ecclefiae, nam duo idem dedit, reperiuntur. Tertium vero confirmationis huic patri noftro Dithmaro ab eo exoratum donavit.

XVII. Pretium vero redemtionis animae fuae fratribus noftris conceffit has villas, fcilicet *Burckersdorff* 88), *Telka*, *Vdene*, *Vbedere* 89), *Vphuffen* et *Tutemburg* 90) quoddam etiam praedium *Rochelitze* dictum ab *Hadoldo* concambio fibi placito acquifivit, et fratribus noftris in fuftentationem corporalium donavit, fcriptis manu propria figillatis confirmavit, multaque alia dedit, quae nec enarrare fcimus, nec quivimus. Poftera vero die poft datum *Regalice* 91) rex antiftiti noftro, de quo fermo

83) Lacuna hic magna ap. Anon. qui omnino usque ad finem §. XVII. omnia omifit. 84) immo vero *Volcoldo*. v. Chron. Dithmari p. 57. et *Calles* feries episcopor. Misnenf. p. 39. 85) Sic uterque, et Merfeb. et Dresd. In ipfo Chronico l. l. *Loftatauua*. Leibn. *Coftana*, Lud. *Rofoana*. 86) Leibn. verba: *uno nomine Crozina dictorum* ignorat. Cod. Dr. *Trozina*. 87) Haud iniucunda fpero erunt lectoribus, quae ad illuftrandum totum hunc locum rerum Merfeburgenfium peritiffimus olim margini Ludewigiano adfcripferat: *Loscana*, i. e. Loefau, *ein Dorf zu Delitz an der Saale gehörig. — Trebent ist die wüste Mark Treben, nebst einer Kirche auf dem Trebener Berge, auch zu Delitz an d. Saale gehörig. — Thuchufi ist Teuchern. — Crozina ist Greussen oder Greufslau.* 88) Leibn. *Burkersdorff*. 89) Ludew. *Vkedere*. 90) Leibn. *Lutenburg*. 91) Leibn. *Rogelize*. (Röglitz?)

ſermo eſt, in amplificationem dignitatis has eccleſias cum appertinentibus eorum in *Gaszua*, *Czozini* in *Liptziche*, in *Olzenitze*. 92)

XVIII. His ſupra dictis plurimorum honorum actibus pater noſter *Dithmarus* a ſordibus vitiorum expiatus, [et quia templum noſtrae eccleſiae iuſſu imperatoris aedificatum diximus, plurimorum actibus pater Dithmarus a ſordibus vitiorum expiatus,] diem exitus ſui exſpectabat intrepidus. 93) Anno vero nativitatis ſuae *quadrageſimo ſecundo*, tum 94) eccleſiam ſibi commiſſam gubernaculo iuſtitiae per fluctivagas mundi procellas ad terram viventium *annis decem*, *menſibus ſeptem*, *diebus totidem* duxiſſet ergaſtulo babylonicae captivitatis ereptus aeternam Hieruſalem perpetui incolatus intravit, quem dominus ſuus pro lucro duorum talentorum introducendo in gaudium ſuum *Calendas Decembris* 95) remuneravit. Hinc pro capacitate 96) intellectus noſtri hoc brevi carmine proſequamur, et quanto dignius poterimus, eius beneficia recolamus. Vnde verſus:

Tertius eſt factus pietate, ſed ordine quartus
Praeſul Dithmarus pietate per omnia clarus,
Lux praecedentum patrum, ſed forma ſequentum
Extulit hos dictis, hos munit ad omnia ſcriptis.
Quod melioris 97) habet locus, hic merito ſibi debet,
Invigilabat ei 98) non dando locum requiei,
Ergo beavit eum vitam donando per aevum
Cui ſe commiſit ſub prima fronte Decembris.

XIX. Huc usque omnem narrationis noſtrae artationem 99) ſcriptis huius patris noſtri declinavimus et quodammodo dicta memoriter recenſuimus. Nunc vero quia ſcripta nobis deſunt, relatus ſeniorum nobis proſunt. Tu autem, chare lector, de reparatione noſtrae ſedis laetificatus ad recolligenda ſupra dicta plenius reſpirare memento, ut ſequentia facilius capere valeas, audito ſuperintento, in continuis enim rebus interdum reſpirare eſt ingenium recreare. Non enim fallit, qui dicit, quod caret alterna requie, durabile non eſt, ſic reſpirato, ut ad ſequentia tendas. Animo praeparato Dei adiutus auxilio nec ſubſiſte legens, dicendis laetus 100) inhaerens, et cognosce

92) Dresd. et Leibn. *Gusna — Cozini*, *Olsnice*. 93) totus locus corruptus, quam ob cauſam iam ſuo tempore, quae uncis incluſimus, eiecit Reineccius. Scriptor incurioſus bis eadem intra paucos verſiculos poſuit, et verba: *quia templum — diximus* ex §. XIV. repetita. Anonymus etiam conſentit, qui a voce *plurimorum* reviviscit, paullo poſt moriturus, nam in voce *remuneravit* deſinit. 94) Sic Merſeb. Lud. *dum*, rectius: *cum*. 95) *Calendas Decembris* v. infra ad finem not. 104. 96) Cod. Dresd. et Leibn. *paucitate*. 97) Leibn. *melluscule*. 98) Sic et Dresd. non, ut Ludew. *Dei*, adverſante metro. 99) Cod. Dr. *tractationem*. 100) ignorat Lud. hanc vocem, quae tamen abeſſe non poteſt, ut verſus ſibi conſtet.

Digitized by Google

gnosce patres hos reliquos ea res 101) Diversos mores, diversos monstrant honores, qui vixere pie, nomen et ecclesiae plantabant, palmam caro cum parit accipiendam. Qui minus id fuerant, flos ut agri ruerant. Hi devitandi tibi sunt, hi imitandi. Prodest exemplum, quando fugat vitium. Vita probatorum tibi forma sit et reproborum. Sic tibi quid valeat colligis ac noceat. Hic lucerna mentis 102) in conspectu domini iugiter lucente. Ab hoc seculo nobis flentibus migrante. Negligentia ut cancer morbus corpori, sic ecclesiae nostrae subrepere coepit. Nam de subsequentibus patribus parum quid scriptum reperimus, nos autem confisi solatio dicentis, bonum in voluntate opus habentibus 103) Deo annuente quandoque erit in perfectione, de exequendis patribus sollicitius scrutari curavimus. Deo propitio bono usi consilio in scrutione (*scrutatione?*) non defecimus. Immo per chirographa nostrae ecclesiae nobis dubia certissime cognovimus, praeter id, quod in martyrologio domini nostri *Dithmari* reperitur.

101) equidem non intelligo, uti plura huius epimetri. Sensum haud incommodum habebis, si legas: *reliquosque pares.* 102) Lud. *meritis.* 103) Lud. *voluntate in opus.*

De tempore, quo Dithmarus obierit ad §. XVIII.

104) In die emortuali, *Calendis Decembris* consentiunt omnes, plura etiam necrologia, in anno non item. Codicem nostrum si sequamur, ecclesiae gubernaculum rexit Dithmarus *annos decem, menses septem, totidemque dies.* Quae sententia nonnisi anno *ordinationis* accurate constituto diiudicari potest. Auctor Chronici supra quidem §. VI. *octavo Kal. Maii* episcopum unctum fuisse narrat, annum autem non addit, quem si 1009. fuisse voluit (eundemque et annum et mensem et diem habet Annal. Saxo p. 412.) optime procedit computatio, *Kalendisque Decembris* 1019. episcopum obiisse conficitur. At vero sibi ipse non constat Codicis nostri vel auctor, vel descriptor: initio enim vitae sequentis episcopi Brunonis Dithmarus anno dominicae incarnationis *octavo* ordinatus et in Calendis Decembr. defunctus, successor autem anno praescripti numeri *octavo* (qui numerus aperte cubat in mendo, eiusque loco Annal. Saxo ponit *decimo nono)* successisse dicitur. — Addit etiam auctor noster, Dithmarum *annum vitae quadragesimum secundum* attigisse. Nescio, an recte. Dissentientem enim habet ipsum Dithmarum, qui Chronici p. 51. VIII. *Kal. Aug.* anni 976. natum sese affirmat. cf. etiam Leukfeld Antt. Halberst. p. 60.

Alii ad plures abiisse episcopum nostrum anno 1018. putant, v. c. Chronicon Quedlinburg. ap. Leibnit. T. II. p. 291. et aliud Chron. Quedlinb. ap. Menkenium T. III. p. 196. quibus accedunt Reineccius in vita Dithmari p. 5. Heineccius in Antt. Goslar. L. I. p. 30 f.


Sunt porro, qui anno 1021. Dithmarum in vivis adhuc fuisse existiment, nixi quippe diplomate, quod in S. R. Capituli nostri tabulario etiamnum servatur, quo Imperator Heinricus II. episcopo Dithmaro urbem Lipsiam cum pertinentiis donavit III. Non. Octobris 1021.

Digitized by Google

quod diploma legitur ap. Peiferum in Lipsia p. 108. Vogelium in Lipſ. Annal. p. 13. Anni adeo 1022. literae donationis de nova curia apud nos exſtant; utriusque vero anni diplomata iſta quoad externa ſaltem criteria nihil habent, quod movere ſuspicionem poſſit.

Ex his omnibus apparet, annum, quo Dithmarus vere mortuus ſit, ad liquidum perduci non poſſe. Quemcunque enim ponas, pluribus premi temet ſenties difficultatibus, paucioribus illis tamen fortaſſe, ſi annum 1018. ſumas. Scrupulum omnem eximere poſſit cippus ſepulcralis, ſi, qui verſibus eum decorare voluerunt, annum potius mortis adnotare maluiſſent. Lapis iſte iam non amplius conſpiciendus, anno enim 1760. alius ſarcophagus Praepoſiti L. B. a Zech Dithmarianis exuviis impoſitus. Literas iniuria temporis exeſas atque detritas Moebius, Gymnaſii noſtri olim Rector, auctor Chronici inediti Lib. II. c. 12. tum integras adhuc deſcripſerat. Ad caput nempe cadaveris legebatur: *Reverendus Dnꝰ S. Ditmarus Eps.* — ad ſiniſtram dexteramque verſiculi:

Quid ſapiant, faciant, doceant, qui recta ſequuntur,
Corde, manu, lingua Ditmari geſta loquuntur.
ad pedes: *Gratia Dei ſum, quod ſum.*


Bayerische Staatsbibliothek München

INDEX

Digitized by Google

INDEX
HISTORICVS ET GEOGRAPHICVS.

An-

B.

Benno

Digitized by Google

Buc-

D.

Die-

Digitized by Google

E.

F.

Fames

Gero

Digitized by Google

Guen-

Her-

Digitized by Google

I.

K.

L.

Lan-

Digitized by Google

M.

Digitized by Google

Digitized by Google

O.

P.

Digitized by Google

Ram-

Digitized by Google

S.

Sciciant

T.

Timisi

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Z.

INDEX

Digitized by Google

INDEX LATINITATIS.

A.

B.

C.

Co-

Digitized by Google

Redi-


Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Corrigenda.

Pag. 1. lin. 10. post *nostrae* pone comma. — p. 2. l. 22. pro tuls lege tuVs. — p. 4. l. 17. per martirium, comma hic deletum pone post *confecit*. — p. 5. not. 15. pro *magni* lege *regni*. — p. 9. not. 42. *Grupen* pro Gruppen. ibid. not. 46. pro *haberent* l. haberEt. — p. 11. not. 53. l. 2 pro ex l. eA. — p. 12. not. 57. pro *Codice fere coaevo* lege: *Codicique* fere coaevo — p. 21. not. 94. l. 3. abfOrpferit, — p. 27. l. 11. deest numerus 25. — p. 31. not. 48. l. 7. indicEtur. — p. 32. l. 10. pro *regni* l. *regi*. — p. 37. l. 19. *monaChus*. — p. 40. l. 4. pro *Poso* — *Boso*. ibid. l. 19. SlavoniCa. — p. 41. l. 7. episcopAtum. — p. 52. l. 18. pro *mAritum* — *mEritum*. — p. 72. pro *de Bassel* l. de *BEssel*. — p. 76. l. 12. pro DoLo — DoDo. — p. 86. not. 71. pro *mense* — *mente*. — p. 97. in textu et in nota pro Bobrawa lege Dobrawa. — p. 99. not. 50. pro *in solitum* lege coniunctim: *insolitum*. — p. 136. not. lege StrAVsfii. — p. 144. l. 3. indulgentiaM. — p. 150. not. 66. l. 20. pro *illa* lege *hic*, et l. 21. pro *hic* legas *ille*. — p. 156. not. 2. l. 2. pro Matthei — MatthA. — p. 161. med. *GeRonem*. — p. 209. not. 97. penult. pro *consentaneum est* lege: *cognationem habet*. — p. 210. l. 13. pro *libenter* — *liber*. — p. 233. *profecti*. — p. 244. l. 11. reluctATurum — p. 270. not. 38. abesse tamen *non* potest. ibid. §. IX. l. 6. post *contumaci* dele comma. — p. 271. l. 6. pro *Cothuri* pone *Cothin*. — p. 291. b. l. ult. pro Lavizo lege *Luvizo*. — p. 302. b. l. 4. pro Caminat*us* l. Caminat*ae*.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google